NTENDIENDO QVANTO IMPORTA al seruicio de Dios, y quietud de consciẽcias scrupulosas, saber. Si la Pragmatica del Rey nuestro Señor, sobre la tassa del Pan, ya que obliga à la pena temporal, à los que à mas della, vendiessen, aun por lo que Realmente les tuuiesse de costo, (de la qual, aqui no tractamos.) Los obligue à peccado mortal, y restitucion, de lo que mas lleuassen de la dicha tassa, por la dicha causa, o si el lleuar el dicho costo, los escusa del, y de la dicha restitucion, delante la Diuina Majestad.

¶Y como en el fuero de la Consciencia, se deua entender la dicha Prouision Real, contra los transgressores, o que al precio della, vendiessen el pan.

Saluo mejor juyzio, y sometiendo siempre el mio, à lo que nuestra Sancta madre Yglesia Catholica Romana, tiene determinado, y determinare. Por cũplir cõ lo que por muchos Señores mios Sacerdotes, y Legos, me ha sido mandado, y encargado, dexado à parte lo superfluo, y lo mucho que se pudiera traer, vsando de toda breuedad, por las Conclusiones siguientes, que en el margen van prouadas, Y alegados los lugares, de do fueron sacadas,

¶Digo

¶ Ex, I, Conclusione sequenti.



Egis ea est natura, vt per omnes tendat, ad vtilitatē tamen totius vniuersi. nu. 1.

¶ Natura, quando quæ lædit partē, vt cōseruet totū. ibidē

¶ Legis Humanæ considerata intentione, ex ea quis recte agit, vel punitur, quod ita ad bonum cōmune sit regulatus nu. 2.

¶ Vendere quis compellitur merces, vbi Respublica, annonæ penuria præmitur. Etiam si venales non exposuerit & quidē iusto precio, à Principe, vel Magistratibus definito. nu. 3.

¶ Princeps, aut Magistratus, seu Rector Prouinciæ, ingruente omnium rerum penuria, ac annonæ caritate, precia rerum taxare potest: etiā minus quam valeant. nu. 4.

¶ Caristiæ tempore, quilibet de populo cogitur ad vendendum subiectus, etiam si diues sit. nu. 5.

¶ Diuites penuriæ tempore, compelli possunt ad eleemosynam faciendam. ibidem.

¶ Eleemosynam tenetur quis sub mortali peccato, exhibere, existenti in extrema necessitate, Etiam ex bonis, quæ ei necessaria sunt, ad statum quem habet, modo ipse his nō indigeat, ad naturalē, & propriam necessitatem subleuandā. nu 6.

¶ Eleemosynā tenetur quis ex precepto facere nō solū extreme indigētibus, sed et alijs pauperibus penuria, & egestate oppræssis, ex his quæ pro suo statu, abūdātius habet, sub pœna pecc. mort. nu. 7

¶ Eleemosyna facienda est etiam his pauperibus qui propria culpa in pauperatem inciderunt. nu. 8.

¶ Res Ecclesiæ alienari possunt ad aleudos pauperes, & Redemptionem eorū, qui ob crimina carceribus publicis opprimuntur: & quomodo id accipiendum sit ibidem.

¶ Priuilegia, à iure concessa his, qui inopia & paupertate laborant, non competunt his, qui data opera, ex culpa, ad casum paupertatis præmeditata, & ordinata, in paupertatem incidunt, vt dictis priuilegijs vtantur. nu. 9.

¶ Priuilegia, concessa à iure, his, qui Inopia, & egestate, opprimuntur, non sunt seruanda, quoties alteri fit præiudicium, si pauperes, & inopes in eum statum, ob scelera, & propriam culpam deuenerunt. nu. 10.

¶ Lex. 1. tit. 1. lib. 3. Ordina. Regia. Citatur, & intelligitur. ibidem.

¶ Alienare prohibitus rem aliquam ex causa fidei commissi expressi, vel taciti, non potest eam vēdere, ad hoc vt ex eius precio, liberetur à carcere publico, vel à publica condennatione: etiam si ob paupertatē, nō possit aliūde soluere cōdennationem: & quomodo id accipiendum sit. num. 11.

¶ Pauperibus, & egenis, Caristiæ, seu penuriæ tempore, pro victus tantum necessitate, licet furari, & derobare diuitibus, eleemosynam eis facere recusantibus, nu. 12.

¶ Iudex, ex officio procedere debet contra vendentes alimenta Caristiæ tempore, Carius quam sit taxatum. nu. 13.

¶ Ciuitas cogere potest rusticos habentes frumentum, & victualia, vt illa vendant in ciuitate, & nō extra territoriū: & statuta super hoc facere, pœnam contrauenientibus imponendo. nu. 14.

¶ Saccus, in quo panis, seu frumentum asportatur, non cōprehenditur in cōfiscatione panis, vel frumēti. nu. 15. & quomodo id intelligatur. ibidē.

¶ Pragmatic. + De las dagas, y puñales + Madricia, ann. 1566. Citatur: & explicatur. ibidem.

¶ Pragmatica. + De los estoques, y verdugos + Madricia, ann. 1564. Citatur: & explicatur, ibi.

¶ Animalia, seu plaustra, aut vasa commodata, vel conducta, non veniunt in condennationē, seu confiscationem: nisi scienter ad illum vsum prohibitum fuerint data. nu. 16.

¶ Dominus ignoranter commodans sua animalia, habet regressum contra asportantem, quando statuto cauetur, quod huiusmodi animalia, cuiuscunq; sint, confiscentur. nu. 17.

¶ Restitutio in integrum ex clausula generali, datur domino ignoranti, aduersus statutum, si asportans non sit soluendo. ibidem.

¶ Dūi iuramēto, quod ignorauerit, statur indubio: et ignorātia præsumitur, quādo est dubiū. ibi.

¶ Minori extrahenti granum, contra statutum, beneficio ætatis succurritur. nu. 18.

¶ Minori portanti res, non soluto vectigali, subuenitur beneficio restitutionis. ibidem.

¶ Minor, deferens contra statutum res prohibitas, de patris vel domini, aut alterius mandato, non restituitur nu. 19.

¶ Minor, deferens res suas de nocte, vel per loca insolita, & inusitata, causa fraudandi gabellā, vel cōtra decretū, non restituitur: ex quo videtur

esse

esse in dolo. nu. 20.

¶ Res prohibitæ, si portantur cum licitis, prohibitæ tantū confiscantur, aduersus cōmunem. nu. 21

¶ Pragmatica. + De los buhoneros + . Madritia, ann. 1562. citatur. & intelligitur. ibidem.

¶ Rem communem contra decretum asportans, inscio vel ignorante socio, amittit tantum partem suam, non tamen socius suam partē amittit. nu. 22.

¶ Statuto stante, quod confiscentur plaustra, & animalia super quibus, res asportantur prohibitæ, si duo super eisdem, asportent prohibita, primo æstimationem soluente, secundus non tenetur, ad plaustrum cum animalibus. nu. 23.

¶ Pœna quando consistit in certa specie, non habet locum multiplicatio. nu. 24.

¶ Licentia correctoris, seu iudicis ciuitatis, non excusat asportantem res prohibitas extra territorium, contra deuectum. nu. 25.

¶ Licentia nulla, & inualida, á pœna non excusat. ibidem.

¶ Ordinatio, 19. ti. + De la entrada del vino +, inter ordinationes Hispalē. cita. & intelligi. ibidē.

¶ Caput. 133. + Sobre que no aya juegos de rifas, ni se echen suertes +, comitiorum Vallis Oleti, ann. 1555. citatur, & intelligitur. Et quod non valeat licentia iudicum inferiorum, id concedens. ibidē.

¶ Repertus in via asportare res prohibitas contra deuectum, quando incidat in pœnam statuti, & quomodo id procedat, & intelligendum sit, late examinatur. nu. 26.

¶ Lex, 42 tit 9 lib. 6. ordina. Regia. citatur: & intelligitur. ibidem.

¶ Transitus causa, frumentum, vel panem, extra territorium asportans, in pœnā non incidit. nu. 27

¶ Ecclesiæ immunitate, non gaudet captus extra cœmenterium, si ducatur per ecclesiam & abea violenter extrahi potest. nu. 28.

¶ Vini metretam, gustus causa, extra territoriū asportans, non incidit in pœnam statuti, prohibētis vinum asportari extra territorium. nu. 29.

¶ Vsus sui causa necessaria, vel volūtaria asportans panem, vel frumentum, extra territorium, non incidit in pœnam statuti, prohibentis asportare panem, vel frumentum, extra territorium: & quomodo id intelligatur. nu. 30. Et quod eius iuramento, statur. ibidem.

¶ Agricultores forenses, possunt frumentū quod collexerūt in territorio, extra impune asportare ad domum suam, non sic ciues externi, cum Agricolæ, eam frumenti partem vendidissent. ibidem.

¶ Asportans frumentum, seu panem, vt in pœnā incidat statuti, id prohibentis, requiritur quod sit captus, & comprehensus, non autem sufficit, quod sit visus. nu. 31.

¶ Statutum, puniens inuentum de nocte, non habet locum, nisi fuerit apprehensus. nu. 32.

¶ Repertus extra domum, qui familia eum insequēte, domum aufugit, non potest capi in domo. ibidem.

¶ Inuentus cum armis per officialem, nisi fuerit comprehensus, non potest puniri per iudicem. Etiamsi faciat scribi in actis, qualiter talem inuenit cum armis, tali die, & loco. Aduersus Hippolitum. nu. 33.

¶ Statutum dictans, quod siquis inuenerit lupum habeat centū, intelligitur si eum interfecerit nu 34.

¶ Statutum disponens, quod siquis fuerit inuentus in ludo, puniatur, oportet quod apprehendatur per familiam ibidem.

¶ Pragma. 71. & . 72. Segouiens. ann. 1531. & . 72 Tolet. ann. 1525. citantur, & explicantur. ibidem.

¶ Pragmat. 133. + De las rifas +, comitiorum Vallis Oleti, ann, 1555. citatur & explicatur ibidem.

¶ Pragmatica. + De los lutos +, ann. 1565. explicatur ibidem.

¶ Lex, 33. tit. 14. lib. 2. ordinatio. Reg. citatur: & intelligitur. ibidem.

¶ Vestes, & Gemmæ, per Pragmaticas prohibitæ desferri, non emittuntur, si visæ sunt per officialem, & non retente. nu 35.

¶ Pragmaticæ plures, & aliæ leges regni, hac in materia citantur: & explicantur. ibidem. Vbi de ordi. Hispalensibus.

¶ Pragmatica Taxæ panis, explicatur, & eius verba citantur. nu. 36.

¶ Ciuitas compellere potest ad panem faciendum & coquendum in diebus etiam festiuis, villas, & loca sibi subiecta nu. 37.

¶ Necessitas magna, si immineat ciuitati, ne præ penuria aliqui pereant, non tantum subiecti, subditi, & ciues, sed & commitatenses, ad deferendum annonam, & victualia in ciuitatem arctari possunt. Quibus, ob hoc, maior summa assignanda est. num. 38.

¶ Prouinciæ alterius vicini, á Superiore suo possunt compelli, portare annonam ad ciuitatem egētem, si Comitatenses supplere non possent, eiusdem necessitatibus. nu. 39.

¶ Necessitatis tempore omnia sunt communia. ibidem.

¶ Rustici

¶ *Rustici vendere debent mercantias in grosso, & non minutatim, ne hac occasione, diu in ciuitate morentur, & Agricultura deseratur. nu. 40*

¶ *Reipublicæ interest, vt rustici studio Agriculturæ vaccent. ibidem.*

¶ *Cultura intempestiua, agrum deteriorem facit. ibidem.*

¶ *Præconium quod aliquando datur, ne homines occupentur in vendendis in foro, aut per calles publicas, victualibus, valet ibidem.*

¶ *Priuilegia Agricolis concessa. remissiue, ibidē.*

¶ *Prouisio Regia, in fauorem Agricolarū. ibidē.*

¶ *Dominus Franciscus Hurtado de Mendoça, Comes Mōtis Acuti, Dominus oppidi de Almaçā, ciuitati Hispalensi præfectus, laudatur. ibidē.*

¶ *Pragmatica: Delos cauallos, è yeguas, nouissime lata en Aranjuez 23. Mēsis Octobris, ann. 1562. citatur ibidem.*

¶ *Iudex stante penuria panis in ciuitate, statuere debet, quantum panis cocti, vendi debet in ea, singulis diebus, habita consideratione, vt plus vendatur, si militum, aut hospitum, multitudo superuenerit. num. 41.*

¶ *Aequalitas in distributione panis seruanda, ita vt pro vniuscuiusque, vicini indigentia, elargiatur, & communicetur visus, pauperi, vt pauperi, & honestioribus, suæ vt exigit qualitates. nu. 42*

¶ *Lex. 4. ti. 28 part. 3. citat. & explicatur. ibidē.*

¶ *Clerici vicini gaudere debent sicut & laici, cōmoditate, & distributione panis. nu. 43.*

¶ *Respublica succurrere si nequeat, omnibus originariis, & incolis, subueniendum prius est infirmis, & inualidis: & data paritate, pauperibus magis dignis. Et qui dicatur magis digni. nu. 44. Et quomodo probetur paupertas. ibidem.*

¶ *Monialibus pauperibus, magis quam viris, etiā Religiosis, facienda est eleemosyna: & qua ratione. nu. 45.*

¶ *Monasterium monialium, præsumitur pauperius. ibidem.*

¶ *Pragmat. De los vestidos y trajes: comitiorū Madritiorum, ann. 1563. citatur: & explicatur. ibidem.*

¶ *Nobilibus pauperibus, potius est eroganda publica annona, quam rusticis: Et potius senioribus, quam iuuenibus. nu. 46.*

¶ *Erogator non videtur culpandus, qui suos consanguineos pauperes, aliis anteponit, quando ordinatum non est, quibus, in specie, erogatio sit faciēda: & quomodo id intelligendum sit. nu. 47.*

¶ *Prælati, licite possunt de redditibus Ecclesiæ, subuenire consanguineis indigentibus. ibidem.*

¶ *Executores testamentorum, licite distribuunt bona testatoris, in suos consanguineos pauperes: & quomodo id accipiendum sit. nu. 48.*

¶ *Executor sibi ipsi erogare potest, si pro veritate sit pauper, contra Panormitanum. nu. 49.*

¶ *Ciuitas, in distribuēdo panem tempore pestis, seu carestiæ, aut magnæ penuriæ, inter pauperes, quē ordinem debeat seruare. nu. 50.*

¶ *Iudex taxare debet precium panis cocti, habita præsentis Pragmaticæ ratione, quæ, in hac panis cocti venditione, normam tradit. nu. 51.*

¶ *Taxatio panis cocti, & victualium, quæ in foro venduntur, etiam si ex Statuto, vel cōsuetudine, à rectoribus fiat ciuitatis, intelligitur, accumulatiue ad Correctorem, vel iudicem ordinarium spectare. nu. 52.*

¶ *Proconsul, generalis est visitator, & circuitor totius prouinciæ, & non tollitur commissio hæc generalis, per aliquam commissionem specialem. ibidem.*

¶ *Statuta confirmata, vt rectores taxent, intelliguntur, sine præiudicio ordinarij iudicis. ibidem.*

¶ *Ciuitas emere potest frumentum, vt necessitatis tempore reuendat, pro ciuitatis prouisione, & abundantia. nu. 53.*

¶ *Ciuitas, dare potest triticum ad renouandum, pro conseruanda annona publica. ibidem.*

¶ *Lex, 5. tit. 19. lib. 8. ord. Reg. citatur, & limitatur. ibidem.*

¶ *Ciuitatis rectores, & præfecti, si in ea sit, vel speretur sterilitas, possunt mittere vnum, vel plures, etiam ex eis discretos viros, pro frumento cōparando, ad alienas prouincias: & constituere eis salarium de publico. nu. 54.*

¶ *Caupones, Stabularij, & pistores possunt emere frumentum, & ordeum, pro suorum officiorum fulcimento: & vendere in minuto ordeum: & in pane cocto frumentum. & quomodo id practicetur, & accipiendum sit. nu. 55.*

¶ *Frumentum interdici potest, ne extrahatur de ciuitate, vel territorio, donec prouisum, & perquisitum fuerit, an ciuitas, abundantiam habeat frumenti: & quomodo id sit practicandum. nu. 56.*

¶ *Necessitate durante, vel imminente, edictum potest sub pœna proponi. & valet, nequis, annonā deferat, extra prouinciam. ibidem.*

¶ *Lex. 3. tit. 9. lib. 6. ordinatio. Regia, citatur. & limitatur. ibidem.*

¶ *Panis*

¶ Famis necessitas, pestis est omnium teterrima, populo perniciosior: & ad omne scelus suadendũ efficacissima: Et qui multa de ea scripserunt, remissiue. num. 57.

¶ Concilium fame urgente, pecunijs si careat, cogere potest in communi dantes, mutuare pecunias ut frumentum ematur, & fiat panis depositum, (quod vulgus Posito appellat) & postea pecuniæ reddantur: & quomodo id sit practicandum. numero. 58.

¶ Nobiles & fijdalgos, compellere potest Concilium, ad mutuandas pecunias, ut frumentum ematur: & fiat panis depositum, quando pecunijs caret, & magna imminet panis necessitas, numer. 59. Et de lege Regis Alphonsi Sexti, in Ordinationibus Antiquis, apud Complutum. ibidem.

¶ Priuilegia silere debent, & non loqui, tempore famis, aut guerræ. ibidem.

¶ Ecclesiasticæ personæ, tenẽtur tempore famis, ad mutuandum pecunias, pro tritico emendo ipsi ciuitati, quando eius Concilium ad id nõ haberet. Et quod eas, & etiam laicos, possit ad id compellere Episcopus. nu. 60.

¶ Lex, 54. tit. 6 part. 1. citatur. ibidem.

¶ Ecclesia, tenetur ad refectionem viarum publicarum, & Pontium, quamuis de nouo fiant: Et quomodo id nostro in Regno, intelligendum sit, & practicandum. num. 61.

¶ Lex. 1 tit. 3. lib. 1. Ordinatio. Regia. expenditur: & citatur. ibidem.

¶ Villa, pro necessitatibus suis, potest sibi imponere collectã, sine superioris licentia, usque ad tria milia dipondiorum, & non ultra, etiam si allegetur, & probetur in contrarium, consuetudo immemorialis, nu. 62.

¶ Lex. 16. tit. 1. lib. 7. Ordin. Reg. citatur, & expenditur, & limitatur. nu. sequen.

¶ Caput. 34. de Corregidores, citatur. ibidem.

¶ Lex, 118. in Regio Gabellarum quaterno, explicatur, & limitatur, ibidem.

¶ Collecta, etiam ultra quantitatem trium mille dipondiorum, imponi potest sine Regia licentia, quando magna imminet necessitas, & periculũ sit in mora. nu. 63.

¶ Ciuitas, tempore necessitatis, pro utilitate publica, & ubertate in commum habendi, facere potest inter ciues collectam, ut mittant frumentũ, & aliaque habent victualia, quibus Respublica eget, singuli singulo die, ad uendendum in foro publico, certam Annonæ mensuram, pro rata, & facultate frumenti, & bladorum recollectorum. Ad quod etiam Ecclesiasticæ tenẽtur personæ. numero. 64.

¶ Pragmaticæ taxæ panis verba, citantur, ibidem.

¶ Ecclesia tenetur ad onera realia. ibidem.

¶ Lex, 49. tit. 7. part. 1 expenditur, & eius verba citantur. ibidem.

¶ Personæ Ecclesiasticæ, aliena rapere conuincũtur, si quidquam, ultra necessaria, sibi retineant. numer. 65.

¶ Clerici abutentes redditibus Ecclesiasticis, ad restitutionem tenentur, ac si fures, aut latrones essent. num. 66.

¶ Clericus, aliquid expendens de bonis Ecclesiæ, ultra debitum, ad restitutionem tenetur. ibidem.

¶ Susceptores, & depositarij seu præfecti Annonæ, qui aliquid de publica Annona, siue ex pecunia, aut frumento publico subtrahunt, aut male distribuunt, vel quidpiam mercati sunt ultra peccatum, & restitutionem faciendam Reipublicæ, in quadruplum tenentur: & pœna deportationis & publicationis bonorum. nu. 67.

¶ Rectores ciuitatis, aut populi, salarium habere non debẽt, quia intersunt distributioni panis Annonæ publicæ. nu. 68.

¶ Obligatus aliquid facere, debet facere gratis: & suis saltem expensis. ibidem.

¶ Rectores Conciliorum non possunt, Nec debent habere salarium, ob hoc, quod intersint operibus publicis construendis, seu reficiendis. Et si de facto perceperint, restituere tenentur, iure fori, & poli. Nec remissio Conciliorũ, eos excusat, à Reali, & vera restitutione. nu. 69.

¶ Rectores Conciliorum, salarium sibi constitutũ percipere licite valent, quando deputantur ad negotia, Rempublicam concernẽtia, extra eius muros, terminos, seu districtum per agenda, in quo, eos oportet, aliquas facere expensas. nu. 70.

¶ Concilium populi, potest in expeditione cuiuslibet negotij, salarium administrantibus deputare pro exigentia temporum, & personarum qualitate, cum decreto, & autoritate iudicis. ibidem

¶ Lex. 19. tit. 2. lib. 7. Ordinatio. Reg. citatur, & intelligitur. ibidem.

¶ Tutor, salarium percipere non potest, pro administratione, cura, & solicitudine bonorum minoris secus si peregre proficiscatur: & ultra solicitudinem, & animi intentionem, pecuniam expẽdat. numer. 71.

¶ Dam

¶ *Damnum quidquam, publicæ Annonæ obueniens, depositarii, vel susceptoris negligentia, ad depositarium, vel susceptorem pertinet. nu. 72.*

¶ *Depositarius, seu Annonæ publicæ susceptor, diligens esse debet: & tenetur admouere Concilium, pro vendendo, aut renouando Annonæ frumento: si præ vetustate, vel alia ratione, immineat, vel adsit, deterioratio nu. 73.*

¶ *Concilium; vbertate imminente, si non sint, qui frumentum emant publicæ Annonæ, vel accipiant ad renouandum, vel quia præ vetustate, speretur corrumpi, potest ordinare, quod quilibet ciuis, seu popularis, teneatur de dicta Annona emere certam quantitatem: vel ad renouandum accipere, secundum ratam patrimonij: & quod clerici ad id teneantur. nu. 74.*

¶ *Concilium ciuitatis, cōpellere ne possit, ad hāc partitionem, & frumentum ita accipiendum, vicos, & oppida, quæ ipsi subsunt ciuitati? Quæstio Noua, in vtramq; partem. Et quod ciuitas, hoc facere non possit, nec debeat, licet Hispalense Cōcilium, contrarium fecerit, olim, numero. 75. 76. & 77.*

¶ *Vici, seu villæ, & castra ciuitatis, Reguntur lege, & consuetudine ciuitatis, sub qua sunt. ibidem.*

¶ *Fidi exequutores ciuitatis Hispalensis, fundatam habere videntur iurisdictionem, ad cognoscendum in territorio eius, ex collatione tituli, qui sibi à Rege datur, de Seuilla, y su tierra. Et quia vnum corpus, territorium sit, cum ciuitate, cui subest, & eisdem regatur ordinationibus, & statutis. Et quod ita determinatū fuit in supremo Hispalensi Tribunali, contra Vtrariam. ibidem. numero 76.*

¶ *Collecta, vulgariter, sisa, appellata, quam pro seruicio Regio, ciuitas Hispalen. à Rege nostro, super ea, & toto suo territorio, distribuendam petierat, ad totum ipsius territorium, ex iussu Regiæ Maiestatis extenditur. ibidem.*

¶ *Forenses exteri, aut Comitatenses, possidentes bona immobilia, in alieno territorio, tenentur ratione bonorum, contribuere pro fortificatione Castri, aut villæ, licet ibi non foueant domicilium. Ex eo quod dicta fortificatio, & refectio, concernit commune omnium bonum. ibidem.*

¶ *Legis, omnes, C. de operib. publi. Intellectus. numer. 77.*

¶ *Ciuitas, aut villa, in contributionum solutione, collectam facit: cum locis sibi subditis. Et quomodo, Hispali practicetur. ibidem.*

¶ *Ciuitas, á territorio differt. ibidem.*

¶ *Natus ex villa, vel Castro subdito alicui ciuitati, non dicitur ciuis illius ciuitatis. ibidem.*

¶ *Interesse secundarum, non habetur in consideratione. num. 78.*

¶ *Commodum veniens alicui in consequentiam, non habetur in consideratione. ibidem.*

¶ *Collecta pro viis reficiendis, aut pro fontibus, vel similibus ædificiis, comprehendit quoscunq; commorantes in loco, non tamen forenses. ibidem.*

¶ *Ciuitas, seu quæuis alia Respublica, quæ frumētum habet corruptum, de per se non vendibile, aut erogabile, sine querela, potest illud miscere cū frumento bono & ita vendere impune. nu. 79.*

¶ *Iura, prohibentia deceptionem, seu speciem falsitatis, procedunt, in vēditione rerum, quæ ita incorporantur, quod discerni non possint. numero. 80.*

¶ *Fraudem licet committere, ad excludendum dolum. ibidem.*

¶ *Mistura quando patet, & cognosci potest, contrahens, non potest allegare dolum, vel fraudem. numer. 81.*

¶ *Licet, per additionem boni veneni, tollere & velare nocumentum mali. Et ex inde fit optimū antidotum. ibidem.*

¶ *Mistura, vel quæcunq; velatio prohibetur, in frumento, ordeo, tipha, & cuiuscunq; generis pane, qui solui debeat creditoribus. ibidem.*

¶ *Pragmat. 18. lata enel Real de la vega de Granada. 5 die mensis Augusti, ann. 1491. Quæ habetur in volum Pragmatic. verb. diezmos, citatur, & explicatur. ibidem.*

¶ *Aromatarij, & alij corrumpentes aromata, & merces seu alios liquores, puniuntur extra ordinarie. ibidem.*

¶ *Princeps primo cogitare debet bonum publicū, quam singulorum vtilitatem nu. 82.*

¶ *Reipublicæ salutem, propriæ suæ anteponere, in Principe gloriosissimum est ibidem.*

¶ *Princeps, maritus est Reipublicæ. ibidem.*

¶ *Pacto fieri non potest, quod Princeps, aut dominus non teneatur administrare iustitiam, & reddere ius subditis. nu. 83.*

¶ *Cupiditas, Radix est omnium malorum. numero 84.*

¶ *Lex, 7. titul. 15. lib. 2. Ordinatio. Regiar. citatur. ibidem.*

¶ *Pragmaticæ Taxæ panis verba, citātur. ibid.*

¶ *Ratio*

¶ Ratio finalis legis, colligitur ex proœmio: ideo proœmium, multum operatur in statutis. nu. 85.

¶ Dispositio, ab ipsa Ratione proœmiali Regulatur, sicut corpus, ab Anima. nu. 86.

¶ Lex, tota, talis est, quale legis vel statuti Principium, ibidem.

¶ Disponentis mens, & voluntas, ex proœmio maxime colligitur. nu. 87.

¶ Statutum non habet locum in casu, in quo, non verificatur proœmium ipsius statuti. nu. 88.

¶ Dispositio cōstringitur, & declaratur, ex præfatione statuti. ibidem.

¶ Ratio legis, iuris noui inductiuæ, colligitur ex eius præfatione & finalis eiusdem legis appellatur nu. 89.

¶ Causa omnis, in lege apposita, finalis præsumitur veluti ipsi legi coherens. nu. 90.

¶ Legis ratio, mens est legis. nu. 91.

¶ Legis ratio, seu causa, lex est ipsa. ibidem

¶ Legis ratio, debet attendi, tanquam virtus intrinseca legis, & tanquam genus prædicans de suis singulis speciebus. nu. 92.

¶ Statuti ratio, facit ius. ibidem.

¶ Regis nostri mens, ex præfatione Taxæ panis, deprehenditur: & secundum eam, Verba illius Pragmaticæ, declarantur, & sunt interpretanda sequentia. nu. 93.

¶ Iustitia, habitus est animi, communi vtilitate conseruata, suam cuique, tribuens dignitatē. nu. 94.

¶ Aequitatis Constitutio, Ius est Naturale. ibidem.

¶ Aequitas, lex est quædam tacita. nu. 95.

¶ Exceptiones, suapte propria natura, procedūt ex æquitate. nu. 96.

¶ Ius regulare, Ius dicitur strictum. ibidem.

¶ Ius summum, summa malicia, & summa iniuria. ibidem.

¶ Aequitas, Humanitas appellatur. nu 97.

¶ Legum scriptura, valet de per se, ad addendū, vel detrahendum aliquid, Iuri Naturali, sed æquitatis regula, ad exitum perducitur. num. 98.

¶ Natura, sic accedit, & consentit legibus, vt in eis regnet, & dominetur semper ibidem.

¶ Legis voluntati, coniunctissima est Aequitas, & eam sequitur, quocunque tendat, siue ad humanitatem, siue ad acerbitatem. nu. 99.

¶ Aequitas, non est propriè clementia, idest seueritati contraria. Et de casu horrendo, quod Hispali euenit ibidem.

¶ Aequitas, ab æquabilitate, & moderatione animi, constantia, appellatur. nu. 100.

¶ Clementia, & Misericordia, longe diuersa sunt, ab æquitate. ibidem.

¶ Iudex, verum sequi semper tenetur: & tantū se exorari sinere, quantum iustitia causæ, patitur. ibidem.

¶ AEquitas, quandoque, appellatur Clementia, & benignitas, per quandam similitudinem. num. 101.

¶ Legislatoris voluntas, in præsentis Pragmaticæ intellectu, maxime attendenda est. numero. 102.

¶ Lex, non verbum legis, aut scriptum est, sed sententia. ibidem.

¶ Legis mens, debet attendi, etiam si verba disponentium, contraria sint menti. num. 103.

¶ Vendens maiori precio, ex cupiditate magis lucrandi notabiliter, quam à Pragmatica sit taxatum, mortaliter peccat: & restitutioni super excessus venditionis, obnoxius est, num. 104.

¶ Lex Humana, aliquid sub pœna temporali præcipiens, ad mortalem culpam, ex sui natura non obligat, num. 105.

¶ Legislator humanus, subditos suæ legis transgressores, ad pœnam æternam obligare non videtur. Qui potius omni cura, diligentia, studio, ac conatu prospicit, ne illorum illaqueentur animæ. numero. 106.

¶ Obligatio ad mortale crimen non cessat, nec tollitur, quod à Legislatore, pœna fuerit transgressori imposita nu. 107.

¶ Franciscus Messiæ, Iuris vtriusque Doctor, in Bononiensi Hispanorum Collegio, Collega, & Domina Ioanna Ponce de Leon, eius vxor, Parentes Autoris ibidem.

¶ Pœna, ex quo à Legislatore imponitur, quo minus legis transgressio fiat, obligationem in foro Animæ, remouere non debet. Ne transgrediendi Legem, occasionem præbeat, & ita operetur contrarium eius, ad quod ea pœna, sint apposita. numero. 108.

¶ Lucrari magis, quam per Pragmaticam præsentem taxatur, de genere prohibitorum est, quæ à Iure Diuino, & Naturali descendunt. Ideo pœna adiecta, vel non posita, huiusmodi transgressor, Reus est peccati, & culpæ, in foro Animæ. numero. 109.

¶ Culpa vnius violatæ legis, non minuit culpam, commissam in altera, quæ etiam violatur Lege, ibidem.

¶ Pramaticæ Taxæ panis, ex animo lucrandi, & magis interessandi trăsgressor, non ex eo peccat, & restitutioni super accepti, obnoxius est, quod lex hæc quam trăsgreditur, iusta sit, & à Rege non recognoscente superiorē lata, bono q; innitatur publico, sed quod Diuinæ, & naturalis legis, talis transgressor sit. nu. 110.

¶ Lex, quando iusta est, à lege Diuina, vel Naturali deriuata, obligat necessario transgressorem, ad mortale. Nec ex voluntate Legislatoris, pendet, vtrum talis transgressor peccet, nec ne, Neq; desinit peccare, quod à Legislatore fuerit expressum, eiusmodi transgressorem, ad culpam æternā nō teneri aduersus Alphōsum Castrēsem. nu. 111

¶ Potestas defficit ex parte tam Legislatoris, quā subditorum, ad dispensandum, cum præcepto Diuini, vel naturalis iuris, ibidem,

¶ Princeps, quamuis legibus solutus, tenetur ad obseruationem præcepti, quod est de iure Diuino, vel naturali. nu. 112.

¶ Martini ab Azpilcueta Nauarri, opinio refellitur. nu. 113.

¶ Cupiditas nimia, in conuentionibus & contractibus, de iure Diuino, & naturali prohibetur, nu. 114.

¶ Preceptum, quod tibi non vis, alteri ne feceris, de iure est Diuino, & naturali. nu. 115.

¶ Lex. 6 tit. 1. part. 1. Expenditur: & eius verba citantur. ibidem.

¶ Lex Ciuilis, quæ iuris Diuini, aut naturalis præcepto innititur, non tam noua, quam Diuinæ, aut naturalis legis, detectio, aut repeticio esse videtur. nu. 116.

¶ Ius Diuinum, aut naturale, esse non desinit, quamuis Principis secularis præcepto, repetitum sit, Nec ob id, efficitur ius ciuile. nu. 117.

¶ Statutū, continens ius commune, non dicitur statutum, sed ius commune. Et ex hoc, recipit omnem interpretationem, quam recipit ius commune. nu. 118.

¶ Agit nihil denuo, qui declarat: sed quod antea erat, modo repetit, aut detegit, ibidem.

¶ Iuris Diuini, aut naturalis præcepti transgressor, tam imperatiui, quam prohibitiui, & si iussu humanæ legis, aut Principis repetiti siue ea, sit pœnalis, vel non, Diuini, & naturalis iuris, est reus quo ad pœnam æternam. nu. 119.

¶ Opinio Dominici à Soto, & Alphonsi Castrēsis, circa regulā prædicatorū, suspecta est, ibidē.

¶ Ius naturale, est ius Diuinum: non vero omne ius Diuinum, est, Naturale: cum in multis, sit super naturale. nu. 120.

¶ Lex naturalis, subijcitur legi æterne, & ex ea participat. & qua ratione id procedat. nume. 121.

¶ Legitimum nihil est, aut iustum, in lege temporali, quod ex æterna lege, non deriuetur. nu. 122.

¶ Lex, inuentio est quædam, & donum Dei, ibidem.

¶ Naturali iuri, quæcumq; fiunt aduersa, voluntati Diuinæ, probantur contraria. nu. 123.

¶ Iuris naturalis præcepta, ita sunt iusta, & necessaria, vt eorum. Contrarium, non possit, non esse nefarium ibidem.

¶ Iustitiæ, primum munus est, ne cui quis noceat, ibidem.

¶ Vendens frumentum ita deprauatum, quodq; quia corruptum esset, tribus solum argenteis constaret, precio per præsentē Pragmaticā taxato, peccaret mortaliter: & ad ampliorem super excessum precij, quod vendens accepit summam, restituendam tenetur. nu 124.

¶ Precium, quod sit iustum, ad bonam fidem pertinet. nu. 125.

¶ Deceptio intra dimidiam iusti precij, contingens, non est licita in foro consciēciæ: cōtra Bald. & alios. nu. 126.

¶ Iura, non omnia quæ illicita sunt, puniunt: quæ quibusdam ex causis, ommitti, & dissimulatione quadam, possunt tolerari: satisq; est, vt ea prouideant, quæ ad hominum conuictum, & reipublicæ integrum, & illæsum statum attinet. nu. 127.

¶ Lex naturalis, dictat in contractibus commutatiuis à republica, & hominū moribus in vtrusq; vtilitatem institutis, re ipsa exactam & summā æqualitatem requiri ex iusticia commutatiua partis, ad partem. nu. 128.

¶ Vendens fanecam tritici, communi æstimatione valentem quinq;, & tanti vendi solitam, pro precio, per præsentem Pragmaticam taxato, peccat mortaliter: & ad restitutionem super excessus, tenetur, ibidem.

¶ Læsio, intra dimidium iusti precij, contingens, licita est, si modica sit: secus si notabilis. numero. 129.

¶ Læsio intra dimidiam notabilis, illicita est. Etiā si quis bona fide, existimans se iusto precio emere, aut vendere, alterum etiam intra hanc dimidiam læserit. Contra Antonium de Burgos, & Aretin. nu. 130.

¶ *Mala fides, superueniēs ante completam vsucapionem, eam impedit: & vsucapiens, Domino rem restituere tenetur, nu. 131.*

¶ *Restituere quis non tenetur rem legitime iam præscriptam, licet postea mala fides superueniat. nu. 132. cum communi contra communem.*

¶ *Deceptio notabilis, & si intra dimidiam, reipsa esse dicitur, in foro (quem vocant) conscientiæ: & qua ratione id procedat. nu. 133.*

¶ *Veritas in foro conscientiæ, quocunq; in tempore, omnis erroris est correctiua. ibidem.*

¶ *Præscriptio, hodie non procedit cum mala fide: aduersus Michaelem Centisontanum, & Suarez. nu. 134.*

¶ *Præscriptio immemorialis temporis, cum mala fide non procedit. nu. 135.*

¶ *Peccatum non tollitur ex temporis antiquitate, imo, peccatum, quo antiquius, eo grauius dicitur. ibidem.*

¶ *Præscribit nullo temporis tractu, aut continuatione, qui habet malam fidem tempore possessionis inchoatæ, aut continuatæ, etiam si centum annis, vel vltra, possessionem continuet. nu. 136. aduersus Saly. Deciū, & Nicol. Boærium ibidem.*

¶ *Præsumptio malæ fidei, tollitur, & purgatur possessione triginta annorum. Et quomodo id procedat, & intelligendum sit nu. 137.*

¶ *Tempus immemoriale, non inducit iusti tituli præscriptionem si constet de titulo iniusto, & vitioso. ibidem*

¶ *Præscriptio triginta annorum, non procedit cū mala fide, & scientia rei alienæ, cum communi, aduersus Menchacensem. nu. 138.*

¶ *Præscribi non possunt actiones personales cum mala fide, sicut & actiones reales, reiecta distinctione Barto. & aliorum, inter has actiones. nu. 139.*

¶ *Statuta, & leges, de præscribendis actionibus personalibus, ab his qui sciunt se veros debitores esse, minime valent, ob peccatum, & malam ipsius præscribentis fidem, cum communi. nu. 140.*

¶ *Lex secularis, cedit, & subiicitur Pontificiæ, quo ad vtrunq; forum: vbi de peccato vitādo agitur. ibidem.*

¶ *Leges, 21. tit, 29. part. 3. & 3. & 4. tit. 13. lib 3. ordi. Reg & 63. Tauri, citantur & explicātur. nu 141 & quomodo practicentur ibidem.*

¶ *Præscriptio non procedit cum scientia rei alienæ, etiam si possessor nullum crimen, nec culpā mortalem contraxerit ex eo quod nō restituit rē, & differre posuit eius restitutionem. Aduersus Panor. & alios nu. 142.*

¶ *Confessio partis, admittitur in casu. l 3 tit 13. lib. 3 ordi. Reg. & cap 125. Comitio. Madriti. ann. 1528. nu. 143.*

¶ *Lex. 5. tit. 8. lib 3. ordina. regia. citatur: & explicatur. ibidem.*

¶ *Creditor, cōpellitur iurare, tam decisorie, quā de Calumnia, elapsis decem diebus, assignatis ad probandum, in casu l. 5. tit. 8. lib 3. ord. reg ibidē.*

¶ *Probatio per confessionem aduersarii, admittitur, licet via probandi, sit præcisa. nu 144.*

¶ *Confessio partis, tacita, & præsumpta, sufficit, contra iuris & de iure præsumptionē nu. 145.*

¶ *L. 1 tit 3 lib 3. ordin reg expenditur: & explicatur ibidem.*

¶ *Confessionibus partium, non intelligitur renunciatum, post conclusum in causa, & probationes omnes renunciatas. ibidem.*

¶ *Iudex sententiam ferre potest, etiam post peremptam instantiam, si pars confessa sit. nu. 146.*

¶ *L. 6. tit. 16. lib. 3. ordin reg. citatur: & explicatur. ibidem.*

¶ *Via agendi per denunciationem Euangelicam, non excluditur per leges regias, audientiam negātes, post præscriptionem, & lapsum terminum. nu 147.*

¶ *Debitor, qui post finitam præscriptionem legalem, fatetur pecuniam solutam non esse, ad restitutionem compellitur: nisi ab eo, probata fuisset bona fides & iuste ignorasset, an debitum fuisset solutum, Imo crederet solutionem eius interuenisse, quia defuncto successit: vel quando hæc ignorantia, ex facto alieno, processisset. nu. 148.*

¶ *Præscriptio, non potest à dubitante incipere, quia dubitans, bonam fidem non habeat: cum cōmuni: aduersus Panormit. & Menchacensem. nu 149.*

¶ *Debitor, tutus non est in conscientia, quando ignorat, debitum ne sit, an indebitum. ibidem, contra Menchacen.*

¶ *Præscriptio ciuilis regia, procedit cum mala fide, quando agitur de præscribendo iure exequendi aliquem contractum. nu. 150. & qua ratione id procedat. ibidem.*

¶ *Præscriptio actionum personalium, obtinet quo ad vtrumque forum Pontificium, & seculare. Etiam cum mala fide præscribentis, quoties agitur de actionibus à lege ciuili inductis, & ab initio per eam Legem, certo tempore,*

 difin-



Rimeramēte, que el zelo de nuestro Señor el Rey, en lo que asi dispuso, fue, y es Sancto, Iusto, a y .

a 1 

vsto. Cū ad finem conserua tionis, & vtilitatis omniū, contingat: Legisq; ea sit Natura, vt per omnes tēdat, ad vtilitatē tamē totius vniuersi, & boni cōmunis. Ac ita dicitur, legē debere esse iustā, vtilē, & cōmunē, nullo priuato cōmodo, sed pro cōmuni ciuiū vtilitate cōscriptā: c. erit autē. l. 4. dist. Bonum autem commune, cōstat ex tribus, primo ex personis, ex tempore, & secundū Negotia. vt Lex respiciat, ad personas, ad tēpora, & ad negotia: vt declarat Diuus Antoninus Archiepiscopus Florentinus, in. 1. part, suæ summæ Theologi. titul. 17. cap. vnic §. 4. Triaq; requirūtur, vt lex astringat, primum, finem boni communis, secundum auctoritatem, videlicet quod lex lata, nō excedat potestatem ferentis. Tertium, æqualitatem oneris impositi, secūdum proportionem ad bonum commune: teste subtili Iuris vtriusq; Doctore Fortunio, in tracta. de vltimo fine Iuris Cano. & Ciuil numer. 160. Nec si ex hac communi regula, vnus magis læ latur, quā alius, vel tribuatur vni ex particularibus, magis quam alteri, cum ad dictum finem procedat, iniusta censetur: siquidem ipsa natura lædat quādoque partē, vt cōseruet totū. & de alicuius partis cōseruatione nō curet, subueniēs, & accurrēs toti, vt explicat Diuus Thom. in. 1. 2. q. 96. art. 4

2 ¶Et hinc est, vt hac legis humanæ considerata intentione, ex ea quis recte agat, vel patiatur, quod ita ad bonum commune sit regulatus. Ab ipsa quæ Æterna lege, hæc regulandi potestas, inest humanæ, vt iuste ad vniuersum fiat, quamuis particularis aliquis damnum patiatur. Et secundum hoc, (vt dicit idem Thomas, ibidem) Leges huiusmodi onera proportionabiliter inferentes, iustæ sunt: & obligant in foro conscientiæ: & sunt leges legales. Bonus est tex. l. quod reipublicæ, ff. de iniurijs. Ex quo notat Ioānes Franciscus à Ripa, de remedijs præseruatiuis contra pestem, numero. 143. quæ publicæ vtilitatis causa fiunt, & sine contumeliā alterius cedant, redarguenda non esse. Nec Magistratus, ex hoc iniuriarum posse conueniri. Et ita accipienda sunt, quæ nouissime Aymō crauet, tradit, in Cōsi. 132. incipien. homines, col. fin. nu. 23. & sic procedit tex. l. si ita vulneratus §. penul. ff. ad legem Acquil. ibi. +Multa autem in iure Ciuili contra strictam rationem disputandi pro vtilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest. +Quem dicit (vltra alios Doctores) notabil. Hippoli. Marsil. (multa adducens de hac publica vtilitate) in suæ practi. §. Aggredior, numero. 61. Et ita intelligitur lex, si quando, 1. C. de operib. publicis, quod huius publicæ vtilitatis causa domus priuatorum possint dirui. Et procedit Specul. in ti. de satisdatio §. est quoq;, versic. circa hoc quæritur. 2. col. numero. 2. dum scribit quod pauper nobilis cogi potest ad vendendum palacium quod habet destructum, & propter paupertatem nō valet reficere, ne ciuitas eius destructione deturpetur, per iura quæ ibi citat quē refert & sequitur Roma. in singul. 777. incip. paup. nobilis.

3 ¶Sic, vbi Respublica annonæ inopia præmitur, compellitur quis merces vendere, etiam si venales nō exposuerit. Nec eas publicæ venditioni obtulerit: & quidem iusto precio, à Principe, vel Magistratibus definito, ne quis ob rei penuriam, libere vendat quocunq; precio grauissimo, res quidē hominum alimentis necessarias: notant Bart. &. dd. communiter in. l. 1. C. de Episcop. audien. Panorm. & alij, in. c. 1. de emptio. & vēdi. Idem Barto. in. l. Annonam, ff. de extraordin. crimin. Bald. & Angel. in. l. si pendentes, §. si quid cloacariū, ff. de vsufruc. Ias. in. l. 1. col. 2. ff. de legib. Mathe. de Afflict. in proœm. Consti. Neapol. quæstio. 3. Felin. in. c. 1. de iudeis, glosa in. l. 3. tit. 5. part. 5. Lucas de Pena eleganter, in. l. 1. C. de quib. muneribus nemi. liceat se excusare. & omnium optime, ita accipiendus, Reuerendiss. Couarru. Episcopus Segouiensis, vtriusq, iuris emporium refertissimum, Præceptor meus Colendissimus in cap. 3. nu. 5. lib. 2. varia. resolut. Et ita obtinet. l. Imperatores, & ibi Bart. ff. ad leg. Iul. de anno. quod ciuitas potest statuere preciū iustū in frumento vendendo. Et sic procedunt, & accipienda sunt, quæ tradunt Romanus in. l. 2. num. 12. ff. solu. matri. Alexan.

in Con

in Consil. 190. incipien. æterni Numinis, 2. col nu.3.volum.2. Andre Tiraquel.in præfatio.lib.1.de Retractu,nu.28.& Ioan. Anton. Rubeus,in Consil.92. incipien. viso statuto, nu.2.optimus est tex.in.l.2 ff.de nundin. & in simili,in.l.1.C. vt nemi.liceat in emptio. specie.lib.10.

4 ¶Et inde,si ea ingruat Rerum penuria, & Annonæ Caritas, vt populo,præ inopia magnum immineat periculum, Princeps, aut Magistratus,seu Rector Prouintiæ, vt Reipublicæ Consulat, & ne fame, aut egestate,aliqui moriantur,taxare possunt frumenti,& aliarum victualium precia,suo arbitrio,etiam minus quam valeant:secundũ Barto.Communiter receptum in.l.1.§. Cura carnis,nu.1.de offit.Præfect.vrb. Ac Panormitam,d.c.1.de emptio.& vendit. nu.6. Dummodo omnibus statuatur personis, & in communi,non autem certis personis, vt Iudeis,vel vni, aut quibusdam tantũ Christianis.vt not.idem Bart.in.l.nemo.C.de Iudeis,& in.l.toties,ff.de pollicitatio. quẽ citat.Sequitur,& prosequitur Iaso.in. l.1. col. 1.cum sequen.ff.de legibus. Et hac ex Ansa (vt opinior)orta est præsens Pragmatica; quæ Iusta est,vt Ioan.de Medina,multis cõprobat,in Codice de restitutione,quæst 36. col.3.cum sequen.(cuius singulares rationes,quæ hac in parte annecti deberẽt,Pragmaticæ huius Iustitiam fouentes, scienter ommitto,cum ibi videri posint)Et ita procedit Prouisio acordata,data valliOleti,anno.1548.quod hac occasione,frumentũ retrahi posit pro tanto à conductoribus (vt ibi disponitur.)

5 ¶Et cogi potest quilibet de populo ad ita vendendum:vt not. Paris de Puteo,in tracta.syndica.ca.de excessib Baron.nu.17 per tex.l.item si verberatum, ff.de rei vendica. &in.l.Lutius,ff.de euictionibus.Etiã si diues sit,vt voluit Bart.hac in specie intelligẽdus in d.l.Annonã,& Frãciscus Marcus,in decisione,542 part.1.decisionum Dalphinalium. Qui necdum minus iusto precio, ad sic vendendum cogi potest, sed officio iudicis tũc temporis compelli ad eleemosynam pauperibus faciendam:vt inquit glosa,verbo,esurientium,in.c.sicut.47.dist.quam ita intelligit Panorm.in.c.cum causam,col.fin.de electio.Ioan.de Anania,in.c.si quis propter necesitatem,de furtis,Felin.in can.1.col.vlt.1. dist.Anton.de Burgos,post Panorm.in.d.c. 1.de emptio.& vẽdi.& est similis glosa,verbo,necessitate,in. c.domino sancto, 50. distin.& in.c.exigũt.1.quæst.7.notat Alberi. in dictio.æleemosyna,Speculat.in tit.de instrumẽto.editiõ.§.nũc aliqua,nu.66.Felin. in.c. 1.de officio iudi.& in.c.si qui testium, de testib.Carol.Moline.de cõtractib.quæst.2.nu. 73.&.74.Et enim quoties quis tenetur eleemosynam facere,id contingit ex legali debito:teste Diuo Thoma,in.2.2.quæst 118.arti.4.ad secundum Ideo compelli poterit diues officio Iudicis,& Magistratus, pauperibus distribuere,quæ ratione iustitiæ,ad cõmune bonum pertinentis,pauperibus elargiri tenebatur.Cum ea retinens,& dare recusans,omnino violet iustitiam ipsam,quæ ad communẽ vtilitatem ipsum debitorẽ cõstituit:vt pulchre docet Cayetan.in.d.art.4 & Domini.àSoto,illustris vita,&literis Dominicanus,deliberationis in causa pauperũ cap.4.ratio.2.Et inde,glosa in.d.c.1. de emptio.& vẽditio.quæ de admonitione,hac in re loquitur,ad coactionẽ erit trahẽda,&deducẽda,quoties cõtigerit casus,in quo quis sub peccati mortalis culpa eleemosynam facere teneatur.

6 ¶Quod ea probatur ratione,nam in extrema necessitate existenti,cum quis teneatur sub mortali peccato eleemosynam exhibere,etiã ex bonis quæ ei necessaria sunt, ad statũ quẽ habet,modo ipse his nõ indigeat, ad naturalẽ & propriam necessitatem subleuandã,c.pasce fame morientẽ,86. dist. ex quo illa extrema proximorũ, & priuatorũ necessitas præferatur necessitati, quã alter habet,pro suo statu,& conditione sustinẽdis:Diues ergo,existenti in extrema necessitate,tenetur elargiri quæ ei necessaria nõ sunt,secundum naturam :quamuis pro eius statu,eis itidem indigeat:& cũ extrema necessitas pauperis,faciat bona diuitum communia esse.d.c si quis propter necessitatem, cõsequẽs est,quod diues teneatur bona illa cõmunia,pauperibus distribuere ad cõmune bonũ,Quodquidẽtẽdit,vt arbitrio boni viri,& discreti,necessitatibus occurratur maioribus:secundũ Durandũ in.4.sentẽ. distin. 15.q.6.& ibi sanct.Thom.q.2.art.1.ad quartã quæst.& Palud.q.3.art.2.Ioã.Maior,ibi,q. 7. versic.circa tertiã cõclusio.Cardinal.à Turre cremata,in.c.singulis,nu.6.dist.86.Cõtra. de cõtract.q.19.cõclus.3.Siluest verbo eleemosy.§.1.&.1.q.2.Almayn,in vespia.cõclus.1.

Corola.4.& sentit idem Thom.2.2.d.quæst. 118.articu.4.ad.2.vbi scribit, ex debito legali quem teneri ad eleemosynam, altero ex duobus casibus, vel propter extremam alterius necessitatem, vel si sibi supersunt bona, & voluit ipse Thomas in.d.2.2.quæst.32. art.6.dű à Regula per eum proposita quod eleemosyna non sit ex præcepto, quo ad bona necessaria pro cuiusq; statu, & dignitate, excipit casum extremæ necessitatis. Et eandem sententiam veriorem ac magis receptam esse Ioan.de Medina opinatur in tracta. de Eleemosyna. cap. de necessitate dandi eleemosynam, & idem sensit Cayeta. in.d.arti 6. Tametsi contrariam sententiam Conentur probare, & veram esse contendant ipse Cayetan.in summa, verbo, Eleemosyna, Archiepis.Floréti.2. part.tit.1. cap. 24.§.5.Panormit.in.c.si vero, col.pen.de iure iuran. Quibus ad stipulantur (vt quibusdam visum est) ipsius diui Thomæ scripta, in dict.quæst.32.arti.5.&.6. quorum sensum eruditissime explicat idé Cayetan.in Opusculo de præcepto eleemosynæ, prioré sententiam omnino sequutus.

7 ¶Ex quibus etiãfit, teneri qué ex præcepto, subpœna peccati mortalis, nősolű extreme indigétibus, sed & alijs pauperibus penuria, & egestate oppræssis, eleemosyná facere, ex his quæ ꝓ suo statu abundãtius habet, si quidé iusta verbű Domini, Lucæ, 3. iubeatur quis absq; vlla mentione extremæ necessitatis, si habeat duas tunicas, dare vnam non habenti, & bona sua cum pauperibus communicare, quo se a gehenna ignis liberum reddat. & ita hanc opinionem sanctus Thomas tenet in.4. sententia.d art.1. ad.4. quæstionem, & in.d quæ.118.art.4. Ricard. & Paludan. in.4.distin.15. quæst.3. Cardin. de Turre cremat.in.d.c.in singulis, nu.6.cő clus.5.Siluest.d.q.1.felin.in.d.c.1. ad finem.1. dist. Latius & erudite Cayetan in dict.tracta.de eleemosyna, vbi magnis rationibus contendit hanc sententiam vbiq; deduci à verbis Diui Thomæ, & idem annotauit Domini.à Soto in causa pauperum, cap.8. Quæ opinio tutior est, salté vbi contingerit grauis, & maxima necessitas, quæ tamé extrema non sit: nec itidem communis; quicquid contrarium teneant, Alex.Hales in.4.part. quæst.113.Gerson part.2.Alphabet.32. litera O, Panormit.in.d.c.si vero, Gabriel, & Maior.in.4.sententia.distin.15.quæst.7.& Cayetanus sibi aduersarius in tracta.de indulgẽ. quæst.3. censentes extra necessitatem extremam, nullum esse præceptum obligationis ad mortale crimen de danda eleemosyna, etiá si quis habeat bona minime sibi necessaria pro suo statu & dignitate. Quorű sententia, posset meo Iudicio procedere, data communi necessitate, & inopia; quæ maxima non sit, secus autem si inopia & egestas grauis sit, ac maxima (vt supra notauimus) licet Paulo quidem minor, quam extrema quod & Ioan.de Medina censuit in. d.capi. de necessitate dandi eleemosynam, quãuis Durandus in.d.q.6. Archiep.Florentin.in.d. c.24.§.4 & Conradus.d.quæstio.19.Cóclusio.6. non audeant, nec priori, neq; huic posteriori sententiæ, accedere, existimantes probabile esse vtrumq;, non tamen certű.

8 ¶Quæ nostra procedit sententia, etiam quádo huiusmodi ita pauperes, in paupertaté & inopiam, sua propria culpa incidissent; argum.glosæ, in c.sacrorum.12.quæst.2 probãtis res Ecclesiæ, alienari posse ad alendos pauperes, etiam eos qui propter crimen, & prauos mores in paupertatem inciderunt: & ad redemptionem eorum, qui ob delicta carceribus publicis opprimuntur: quam cőmendat Bald.in.l illud, in prin. C.de sacrosan.eccles.Campetius in.3.part.tit.ã. de dote, quæst.12.& eam sequuntur Alexan. in.l. quamuis.2.col.ff.solut.matri. Decius in.c.pastoralis, §.verum, de appella.col.3.Ioan. de Anan. & Felin. in.c.significauit, de Iudeis, idem Felin. nu. 67. & Decius, col.pen. in.c. quæ in Ecclesiarum, de Cőstitutio.Ioan.Lupi à Pala.rub.in repet.rub.de donatio.inter vir.& vxor.§.78.nu.30. Quæ tamen accipiéda est, quoties quis in extrema constitutus sit paupertate, ita vt fame periturus sit, nisi ei subuentum fuerit: tunc enim Ecclesiarű bona vendi possunt, ad eorum aliméta, qui tali præmuntur inopia: vt colligitur ex Decio in dict.§.verum, Secus vero ad soluendam pœnam ipsorum delinquentium, vt à carceribus quibus iuste detinentur, liberentur, & redimãtur. cum hæc punitio iusta sit, & Reipublicæ conueniens. Et inde nec permittenda est rerum Ecclesiæ alienatio, nec pignoris datio, vt ex pecunia, & precio, à triremibus hi redimantur, qui in id opus publicum ob scelera damnati fuerűt. Nec pro redimendis his à carceribus, qui ob æs alienű, & debita in illi detinentur. Nec pro alimen

tis pauperum, tunc demũ hoc fieri, nisi quãdo maxima & ingentissima necessitate, & egestate pauperes præmerentur: Cum non liceat vasa & ornamenta sacra vẽdere, aut pignori dare, vt subueniatur cuicunq; pauperum necessitati: vt Autore Theophilato super Marcũ docuit CHRISTVS IESVS dum ægre tulit, Apostolos molestos fuisse mulieri, preciosissimo vnguento eius corpus vngenti, ex eo quod maiorem curam haberent pauperibus subueniendi, quã colendi sacratissimum CHRISTI corpus: & quod ei cultus exhiberetur. Nisi vel quando ipsa vasa nimis essent preciosa: & posset pauperum inopia, simul & cultus Diuinus, honeste, ac decore, ex eorum precio tolli atq; exhiberi, vel pauperes extrema vrgerentur fame, & necessitate: vel nisi debitores ipsi, eorum ve parentes, aut filij, ex ea carcerum oppræssione, fame alioqui perirent: vel in eo sint periculo constituti, vt ni à carceribus liberentur, fame sint perituri; à qua, ob eorum industriam, artem, & laborem à carceribus soluti, vero simili cõiectura liberabuntur: qua in re omnino prælatorum Arbitria, præuio diligenti examine exhibenda sunt.

77 ¶ Reuera tamen, verum (vt ingenue fatear) dicta. lex, omnes, C. de operib. publi. meo iudicio, non probat illam, ad quam, eā citauimus conclusionem: si quidem territoria ciuium, in illo textu, quæ pro æstimatione operis futuri, adscribenda sunt, ea censentur, quæ vnusquisq; ciuium, possidet immobilia, adscribenda, pro futuri operis æstima-

matione, ne plus, aut minus, ab eis poscatur. Quod, confestim apertius explicatur, dum ibi, dicitur, oportet namq; per singula nõ sterilia iuga, certa quoq; distribui, vt par cunctis præbendorum sumptuum, necessitas imponatur. Sit quæ citra rem, ea textus verba, in id citare, quod oppida, & vici, ac villæ, teneantur ad opus in ciuitate faciendum: quia de territorio ciuium, ibidem mentio fiat: exquo, de hoc, illic non tractetur, nec (vt intuenti liquet) disponatur. Nec glosæ, eidem conclusioni fauent, ad quam, superius adductæ sunt. Exquo Accursius. in. d. §. siquis igitur, super verbo, persoluit, solum notet, villas, & castra, sub ciuitate, cui subsunt, collectam facere, quasi velit, quod ciuitas, aut villa, cum locis, sibi subditis, collectam faciat, in solutione cõtributionum: prout eadem Ciuitas Hispalensis, hodie facit. Quæ, ita solet distribuere, vt duæ solnẽde partes, ipsius ciuitatis corpori cedãt, tertia vero pars, populis, sibi subiectis, diuidenda singulis, per sex deputatos, ad id electos, à maiore parte vniuersitatis populorũ subiectorum. Ex his quæ notat Calderinus (ita intelligendus) in titul. de his quæ fi. à præla. sine consen. capit. dicens quod maior pars vniuersitatis, potest imponere collectam toti vniuersitati, etiam si minor quæ contradicit, habeat soluere maiorem quantitatem: quem citat, & sequitur Felin. in. c. cum dilecta, col. pen. numer. 20. de rescrip. Sed neq; alia allegata iura, eandem fundant conclusionem: cum ciuitas, à territorio differat. c. Rodulphus, & ibi glo. de rescript. c. si. 12. q. 2. Et non conueniant, ex ipsa dominantis natura, cum ciuitas sit dominus, & vicus dominatus. d. l qui ex vico, cum alijs, aliudq; (vt patet) sit dominans, & aliud dominatum. Quodquæ cum diuersa habeãt nomina, neutrum, ergo, est alterum. argum. l. à nullo. C. de seruitu. l. si idẽ, C. de codicil. §. & aliud, insti de donatio. Inde ciuitas & Castrum, species sunt oppositæ. l. fin. C. de testamen. cap. statutum, de rescript. bonus est tex. in. d. §. si quis igitur, authen quib. mod natural. effi. sui, vbi super verbo, si vero non ciuis, Angelus. nu. 5. dicit, nota singulariter istum textũ quod licet villa, vel castrum, subditũ ciuitati, dicatur pars Ciuitatis, vt in. d. l. insulæ Italiæ, de iudic, tamẽ natus ex villa, vel castro, non dicitur ciuis illius ciuitatis. Et ideo si quod priuilegium datur ciuibus, pro forma legis, vel statuti, non porrigitur ad comitatinos: quoniam comitatini nõ sunt ciues, per hanc literam. Quod glosa voluisse videtur: in. l. prouinciales, ff. de verbo. signi. Ciuitates enim proprie, & stricte intelligendæ sunt, de his, quæ eo nomine appellatæ sunt: & nõ improprie, & large. Et ciues accipiendi sunt proprie, & stricte, scilicet pro his qui nati sunt in ciuitate, vel in Suburbijs, vel in cõtinẽtibus ædificijs. l. siquid relictum, l. ciuitatibus, in prin. l. siquis à filio, §. fin. l. si hæres, §. vicis, ff. de leg. 1. l. omnibus, ff. ad S. C. Trebel. l. qui in continentibus, l. vrbana familia, ff. de verb. sig. l. seruis vrbanis, ff. de lega 3. l. ciuibus, & l. cum Senatus. ff de reb. dubijs. (Et hoc iure vtimur. Et vi. præcita. Burgen. de Paz in. 3. cõclu. 1. part. l. 3. Tauri. à nu. 329. vsq; ad num. 545.) Præterea nõ est dubiũ, quin dictum frumentum, pro cõmorantibus Hispali, aduectum fuerit, igitur, cũ ad eos pertineret, inter eos, dumtaxat distributio illa facienda est: & eorum expensis. l. si irruptione, §. ad officium, ff. fini. regund. l. sed & hæreditas, §. plane, ff. ad exhiben. Barto. in. l. si postulauerit, ff. ad leg. Iul. de adulter. tradit Iason, in. l. prætor, §. etiam, ff de eden. Felin. in. c. quia indicante, de præscriptio. Etiam si de dicto frumento, resultasset commodum Forensibus, seu alijs extra ciuitatem ipsam degentibus.

78 ¶Cum interesse secundarium, non habeatur in consideratione, sed quod principaliter agitur: vt est glo. verbo, detrimẽtum, in c. 2. de pact. in. 6. vbi Georgius Natham, concordantes adducit. Sic commodum veniens alicui, in consequentiam, non habetur in cõsideratione: secundum Angel. per tex. ibi, in l. nauis, 2, ff. ad leg. Rhod. de Iactu, quem cũ alijs Auendanius nouissime refert, & sequitur in c. 10 nu. 24. lib. 2. de exequen. Princip. mandatis. Inde, quãdo imponitur collecta, pro vijs reficiendis, aut pro fontibus, vel similibus ædificijs, quibus principaliter vtuntur habitãtes in loco, & non forenses: in huiusmodi casu solummodo commorantes in loco, vbi fit talis refectio, debent collectari pro istis operibus, & non forenses. Secundũ glo. & Bart. (ita accipiendum) in. l. rescripto. § pen. ff de muner. & hõ. & in. l. libertus. § sola, ff. ad municip. & in. l. 1. C. de mun. & hon. in quo loco, & Francis. Lucã in tracta. de fisco, in. 3. part. nu. 16. Et ita intelligẽda est lex. 20. ti. final. part. 3. quæ (vt Reor) orta est, à. d. l.

à.d.l.omnes,C.de operi.pub.Et quod istud, pertineat tantummodo ad habitantes, notat Guido Pap.in decisio. 444. quem citat & sequitur idem Anédanius,in.d. lib.2.cap. 3.in fine,subiungens hoc facere, vt habẽtes bona immobilia, intra territorium, quo sit fons,non teneantur pro fabrica contribuere,quia non sunt loci habitatores. (Qui vero dicantur habitantes tradit Thomas Grãmati in decision.87.incip.succedẽte) Collecta ergo distributionis tritici, quæ sic imponitur,diuidi debet in easdem personas, quæ tenerentur ad onus, quæq; reciperẽt principale commodum: & extendi non debet, ad aliorum bona, extra ciuitatẽ degentiũ, pro quibus principaliter frumentum illud aduectum non fuit:vt docet Barto.in.l.1.C. de mulier.& in quo loco,3.col.nu.28.versic. sed quæro,lib.10.bonus est tex in.d.l. rescripto,in fin.verb.ff.de muner.& hono. tradit Ripa,in suis respon.titul.de rescrip. respon. 20.nu.3.facit Reg.qui sentit, de Reg.iur.lib. 6.&.d.l. secũdum naturã,ff.eodẽ.æquiorq;, ac sustentabilior hæc pars mihi videtur. Et Admonitos vellem iudices, summa ope ac vigilantissimo studio,intendant, ne talia fiant,in necem,& damnũ Rerũ publicarũ, & singulorum subditorum,siquidem ex officio iniunctum sit eis, omnibus prospicere: & ius suum cuiq; redere,in prin.& in. §.iuris præcepta,instit.de iure natu. gent.& ciuil.c.cum deuotissima, 12.q.2. Et ea ratio, quod lucrum acquirendum,distribuendum sit pro ipsius communitatis necessitatibus, in publicam vtilitatem, hoc in casu, minus iusta sit.cum possit aliunde publicis oneribus,& expensis, subueniri.vt aduertit Reuerendissim. Dida.à Couarru.in.2. part.relecti.regul.possessor,de reg.iu.lib.6.§.4.nu.7.

79 ¶Maxime cum ipsa ciuitas, seu quæuis alia Respublica,sibi aliter possit consulere,etiam si frumentum vetus,vel nouum, adeo corruptum sit,quod de perse vendi,vel erogari,sine querela,licite non possit, miscendo scilicet corruptum, cum frumẽto bono. Nam huiusmodi velata corruptio, rempublicam cõseruabit à damno.tex. est in .dict. l.1.C.de condit.in pub.horre.& ibi not.Bar. dicens menti tenendam. & Bald. qui dicit pulchram legem,& Antonius Corsetus celebrem,in singul. 50.in parte commistio, & singulrem Angelus in.d.l.Annonam, ff.de extraordi. criminibus. Nec talis mistura, peccatum in se habet: secundũ Ioan.de Platea in eadem leg.1.nu.4.

80 ¶Dicentem iura prohibentia,deceptionẽ, seu speciem falsitatis,procedere in venditione rerum,quæ ita incorporantur, quod discerni non possint:vt in vendente currum feni, vel paleæ, qui apponit desuper bonum fenum,& in medio fœtidum:vel cum venditor in summitate Sacci, vel Cophini, ponit rem sanam,aut bonam, & in infimo corruptam,qui extra ordinem puniuntur.l.Saccularij,& ibi glo.ff.de extraordin. crimin. Et ita obtineut,& practicari debent leg.8.& si. tit.16.part.7.Sicq; procedunt tradita,per Petrum Nunium de Auendaño,in lib.1. de exequend.Princip.manda cap.19.nume.30.cum sequen.& Roman.in singul. 526.incip.fui interrogatus,Angel.in.d.l annonam,& Ripã, in.1.part.tracta.de remed.præseruat. cõtra pestem,nu.147.

81 ¶At cum frumentum corruptum, commistum,cum nõ corrupto,possit discerni, quale sit,& omnibus apparere,non dicitur species falsitatis,ex quo est apparens: sed quædam industria se conseruandi indennem,sicut,& aliás, pro conseruatione sui iuris, licet committere fraudem, ad excludendum dolum.l.at qui natura,§.si cum me,ff de nego.gest.l.cum pater, §.Titio, ff.de lega.2.l. recusare,§.pen.ff.ad.S.C.Trebel.Et Plateã citat,ac sequitur Ripa,in.2.part.d.tract. nu. 145.dicens,hoc in casu, contrahentem non posse,dolum vel fraudem allegare, exquo mistura patet:& cognosci potest.l.1. §.si intelligatur, &.l.quæritur.§.fin.ff.de ædil.edicto.Et facit,quia etiam licet,per additionẽ boni veneni,tollere, & velare nocumentũ mali: ex indeq; fit optimum antidotum.l. quod sæpe,§.veneni, ff.de contrahen. emptio.l.qui venenum,ff.de verbo.signi. Quæ tamen in predicto tantum (de quo loquimur)procedunt themate,secus tamen,si triticum,frumentum,ordeum,Tipha,aut huius generis panis sit,qui solui debeat creditoribus ex quacumq; locatione,contractu,vel deposito,aut qualibet alia ratione,nam tũc quæcũq; mistura, vel velatio, prohibetur sub pœnis cõtentis in Pragmat.18.data.+ En el real de la vega de Granada+.5. die mẽsis Augusti,Anni.1491. quæ habetur in volumine Pragmaticarũ, in verb.+ Diezmos+.ibi, +No seã osados de mezclar ni boluer,ni mezclen,ni bueluan con el pan que ouieren de

dar

dar paja, tamo, ni tierra, ni arena, ni piedras, ni neguilla, ni mezcla de otra cosa alguna, ni lo den mojado, saluo que lo den limpio, y seco, y enxuto, y tal, q̃ sea de dar, y de tomar.† Et iuxta eius tenorẽ fuit punitus annis, proxime elapsis, quidam Gaspar Chaparro, vicinus ciuitatis Hispalensis. Qui quandam similẽ misturam fecerat† En cierto diezmo de pan† In oppido de Teua. Sic etiã, extra ordinarie puniuntur, aromatarij, & alij corrumpentes aromata, & alios liquores, siue merces, quia sunt mercimonij falsatores, argum. l. Bassi. C. de vestib. olober. lib. 11. & tenet Frãcis. Marc. in decisio. 540. nu. 16. part. 1. post Angel. in. d. l. annonam. Plura autem alia, quæ ad hanc annonam spectant publicã, ex sequentibus hoc in opere patent dictis.

fundado en bien publico. b Auido respecto, à que la cobdicia. c de los vẽdedores del pã, no creciesse, y las ganãcias, e interesses suyos,

b
82 PVBLICO. Quod Princeps primo cogitare debet, quã singulorum vtilitatem: textus est, & ibi notat Bart. 2. col. nu. 4. in authen. de hæred. & falcid. in princip. coll. 1. tradit Chasen. in consuetud. ducatus Burgund. in prin. nu. 1. Et ad vtilitatem Reipublicæ, suum debet habere intentũ: suæq; saluti, Reipublicæ salutem ante ponere, in Principe gloriosissimũ est: vt habetur in somno viridarij, cap. 34. quippe qui, eius sit maritus, vt notat Lucas de Pena, in l. quicunquæ, C. de omni agro desert. lib. 11. vbi n. 3. & 4. colu. per plura cõprobat, quomodo inter Principem, & Rempublicam, matrimonium istud coniugat. Sed, & Aristoteles, 1. Ethicorũ scribit, quod bonum gẽtis, melius est, quã vnius hominis. Et Plato Atheniẽsis, inquiebat, quod qui Reipublicæ præfecturi sunt, duo præcepta tenere debent, vnum, vt tueantur vtilitatẽ ciuium, obliti commodorũ suorum, alterum vt totum corpus Reipublicæ curent, ne dum aliquam partem tuentur, totum deserant.

83 ¶Neq; per pactũ fieri potest, quod princeps, aut Dominus non teneatur administrare iustitiam. & reddere ius subditis: vt scribit Bald. arguens pro, & contra, in consilio. 483. incipien. magnificus, 2. col. vol. 1. facit, c. Regũ. 23. quæstio. 5. præclarissima enim virtutum, videtur esse iustitia, & nec Hesperus, nec Lucifer ita mirabilis, teste eodẽ Aristotele, lib. 5. Ethicorum. Et iuxta Salustiũ, in Catilinario, labore, ac iustitia, Respublica excrescit. Et Macrobius, de Somnio Scipionis, lib. 1. in principio, inquit, sine iustitia, non solum Respublica, sed neq; exiguus hominum cœtus, nec quædam parua domus, constabit. Et sic Boethi, in. 1. de consolatione, dicebat, obtemperare iustitiæ, summa libertas est. Et secundũ eundẽ Boethium, de eadem consolatione, lib. 4. imperãte, florente q; nequitia, virtus, non solũ præmijs caret, verum etiam sceleratorum pedibus subiecta calcatur, in loco facinorum supplicia luit. Et Ecclesiasti. cap. 10 Regnum, agẽte ingentem, transfertur, propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.

c
84 CODICIA. Quæ radix omnium malorum est. 1. ad Timot. 6. & c. quia radix, de pœniten. dist 2. c. bonorum, 47. dist. cap. 11. Sessionis 22. concilij Tridenti ni, in princ. & in Authen. vt Iudices sine quoquo suf. Coll. 2. l. 7. titul. 15. lib. 2. ordina. Regia: (vbi glossa, noua.) Et cum hæc causa, in proœmio præsentis pragmaticæ posita sit, & pro decidendi, & eandem legem condendi, ratione, assignata, ibi,† Que de razon deuia valer, y vender se à justos, y moderados precios, toda via por la cobdicia de algunos de los que lo tienen.† Finalis ideo censetur: & secũdum eam in foro Animæ, Regia hæc dispositio intelligenda est: & accipienda: teste Baldo, in. 1. Cõstitutio. codicis. §. quibus, nu. 1.

85 ¶Qui ex textu. l. fin. ff. de hæred. instit. (quẽ ad hoc expressum esse testatur) notat, quod ratio colligitur ex proœmio, & ex hoc proœmium multum operari, in statutis: quia ex eo colligitur ratio finalis: & quod est menti tenendum. Et per eandem legem finalem, scribit, in. l. cum hi, circa princip. ff. de transactio. quod proœmiũ est causa finalis, ipsius legis, & intelligitur per totã legẽ repetita. Et tenet ipse Bald. in proœm. feudo. 3. col. quod refert, & sequitur Cepola, causa. ciuiliũ, cõsil. 34. incipiẽ. casus, 2 col. nu. 3. subiũgens, intentionẽ statuẽtiũ, seu statuti: ex eius ꝓœmio. ꝓbari probationẽq; hãc legitimã esse. Et voluit idẽ Bal. in. l. 1. ff. de origin iuris, & in. l. 1. in prin. vbi etiã Barto. ff. ad senat. C. Macedõ. idẽ Bart. in. l. ambitiosa, col. peu. nu. 27. ff de decret ab ordi. faciẽ. textus est, in. l. regula, §. licet, versic. initiũ cõstitutionis demostrat, ff. de iuris, & fact. ignor. à Baldo citatus, in. l. vt liberis, 1. notab. C.

de collatio.tradit.Philip.Decins in Consil.10. incipien.viso puncto.1.col.nu.2. textus est in. c.ex multa,de voto,& ibi Panor.notat.2.col. nu.6.Cardin.in.c.fi.de electio.& in. c. peu,de conuersio. Cõmgat.Bart.Bald.& Angel.Imola,& alij.in.d.l.fin.de Hæred. instit. vbi id dicit Bald.in.2.notab.notatu dignum : Nec aliã esse Legem, quæ ita bene probet, & iterum ibi,in 1. oppositio. & in l. nostram, versic. tu dic,C.de testamen. & in consil. 250. incip.in quæstione domini, col.fin.versic. item proæmium,vol.1.Ludo.Roman.in. Consil. 180.incip.si admittimus,2.col. nu.6. Alexan.in consil 119.incip viso processu causæ,col.fin.versi. circa secundum,vol.5.Angel.Aretin.in. §. sed & si quis 2.col.nu.3.instit.quib.mod. testamẽ. infirmen.Philip.Francus,in.c.quoniam.1.col. nu.3.in fine,de immu.Eccles.lib.6.Bartho.Socin.in consil.67.incip.visis, inuestituris,3. col. nu.12.vol.1.vbi dicit,omnes hoc concludere. Et in consil.165.incip.visis,3.col.nu.6. & in cõsil.159.incip.in præsenti consultatione, 5. col. nu.20.versic.quarto , & vltimo , & in consil. 273.incip.in præsenti,col.fin.nu.11.vol.2.Iacobin.à sanc.Georgio,in.l.fin.1.col. C. de edict. di. Adriani tollen.Francis.Curtius senior, in consil.39.incip.visis,& diligẽter,col.1.Decius, in consil. 379.incip.requisitus pro consilio,3. col nu.5.versic.& vlterius ista conclusio, Ioã Francis.Ozer,in.§.præterea,3.col.nu.10. institu. de milit.testamen.Marian.Socin.in consil. 21.incipien.circa propositam quæstionem,colu.1.volumin.1.

86 ¶Et inde , sicut corpus ab Anima , ita hæc Pragmatica,eiusq; dispositio,ab eiusdem ratione prænotata proœmiali,regulatur,& regitur:vt not.Iason,in.l. qui quadringenta, 2. col.ff.ad.S.C.Trebel.refert, & sequitur vidẽdus Gometius,in regul.de annal.posses.quæsti.1.in princip.

87 ¶Mens enim,& voluntas serenissimi nostri Regis , Legislatorisq; , ex proœmio ipsius Pragmaticæ,maxime colligitur,& quo disponens fuerit voto,& intentione hinc notatur, ac aperte arguitur.l.itẽ quia,§.fin. ff.de pact. l.cum hi,in prin.& ibi Bart.col.1.& in.§. eam transationem,vbi Raynerius , ff.de transact. l.regula,§.siquis,& ibi,ipse Barto. & Bald. ff. de reg.iuris.l.Tria,§.idem respõdit,ff.de verbo.ob.tradit,Hippolit.in consil.19.incip. inuocato Diuino præsidio,2.col.nu.5.

88 ¶Textus est, in.c.quoniam contra, de proba.& ibi Lanfran.de Oriano , in princip. in.2. notab.post eundem Baldum notat, dicens tenendum menti propter statuta , in quorum principijs ponitur proœmium, nam si reperiatur aliquis casus,in quo non habeatur proœmium statuti,nõ habebit locum etiam ipsum statutum.Et ita Romanus,in consil.16. incip. viso themate,col.1.& in consil.90. incip. viso themate quæstionis;respondet,& probat,ex statuti præfatione,dispositionem constringi, extendi,&declarari.Sic ergo Lex ista Regia, ex eius præfatione declaratur, & secundum illam intelligitur.Et omnia posita in præsenti Pragmatica procedunt , ac in foro conscientiæ (de quo solum agimus) accipienda sunt, secundum eiusdem legis principium : vt continuetur idem casus , & cauda nõ separetur, à capite:glo.in c.consuetudinis,11.dist.& scribit Hieron.Gratus,in resp.101. incip. ex serie facti,col.fin.nu.51.lib.2.bonus est tex.in.c.maiores,de baptis.

89 ¶Et facit,quia cum lex hæc Regia,Iuris noui sit inductiua,ex præfatione illius , ratio eiusdem colligitur:& ista magis proprie appellatur causa finalis,quam ratio.l.cum pater, § dulcissimis,de lega.2.l.illis libertis,ff.de condi.& demost.l.adigere,§.quamuis, ff. de Iure patrona.Et hac cessante,cessat lex, (vt ibidẽ dicitur,)&.l.generaliter,C.de episcop. & cleri.leg.quod dictum,ff.de pact.l.illud, ff.ad. l. Acquil.l.1.§.hoc interdictum, ff. de fonte , c. Neophytus,& ibi glo.verb.causa, 61.distin. c. quod pro remedio,& ibi glo.verbo.cessante, 1.q.7.Citat plura Tiraquel.in.1.part.lib.cessante causa,nu.55.&.nu.130.

90 ¶Quibus adstipulatur , quod tradit Accursius, verbo non cohæret,in. l. cum tale legatum,§.falsam causam, ff. de conditio . & demost.scribens omnem causam, in lege appositam,finalem præsumi, veluti legi ipsi cohærentem.Et ita intelligit, & sequitur Bal.ibi,& Cynus,in.l.1.ff.solut.mat.vbi idem Bal.col. 5. versic. item an cessatio, Angel. qui eam glosam singularem dicit, in.l.sciẽdum.2.& ibi Cepola,col.1.ff.de ædilit.edicto.Cardin.& Imola,ad finem,in.c.exparte , de cleri . coniuga. Alexan.& Iacobin . illam glosam singularem dicentes,in.d.l.fin.1.col. de edict. di . Adrian. tollen.Philip.Francus,in.d.c.quoniam,de immuni.eccles.lib.6.dicit notabil . Cardin . Alexan.in.c.verum,2.col.nu.3.de conditio. appo sit.& singularem doctissimus Fernãdus Vasquius Menchacensis, dignissimus Canonicus nunc Hispalensis,ex Doctorali præbenda,(ad quã applausu Almæ illius Ecclesiæ illustris Senatus,fuit electus,& eius possessionẽ adeptus

adeptus, 28. die mensis Octobris, Ann. 1567.) in c. 39 num. 17. lib. 2. quæstio. vsu frequent.

91 ¶Ratioq; hæc, in præfatione præsentis Pragmaticæ posita, mens est Legis eiusdē Regiæ: vt scribit Dinus, in c. fin. ad finem, de reg. iur. in. 6. Cyn. in. l. non dubium, col. fin. versic. primo quæro, & ibi clarius Barto. 2. col. versic. secundum dubium est, & Bald. col. 3. versic. sequitur videre de tertio. C. de legib. bonus est tex. l. scire oportet, §. aliud autem, versic. sed & si maxime, ff. de excusatio. tuto. vbi ex eo not. Bal. ipse, & in. l. 1. col. fin. in prin. ff. Si cert. peta. quod ratio, est mens, & medulla ipsius statuti, & Cardin. in. c. si quando, de rescrip. ad finem, dicit, mētem legis, & rationem, idē esse: Ideoq; rationem, seu causam Legis, esse ipsam Legem. Quod, & glo. verbo, rationem, vel Legem, paulo post princip. voluit, in. l. 2. C. quæ sit long. consuet. (& plura congessi, in 2. part. prælectio. l. 5. tit. 3 lib. 7. ordin. Reg. 2. fundam.)

92 ¶Et inde scribit Bald. in Authē. post fratres 2. col. versic. item frater, C. de legit. hæred. quod ratio legis, debet attendi, tanquam virtus intrinseca legis, & tanquam genus prædicans, de suis singulis speciebus. Et idem Bald. in. c. 1. §. & quia vidimus. 6. col. ante nu. 13. versi. extra quæritur. de his qui feud. dare pos. asserit, quod essētia legis, vel statuti, consistit in mente statuentium. & in. c. dilectus, 1. col. versic. item nota, de rescriptis, quod sicut sententia, vel statutum inducit dispositionem, ita ratio statuti, quia ratio facit ius. Et qui satisfacit rationi legis, in omni lege positiua, dicitur legi satisfacere: vt per multa docet Felin. in d. c. quoniam contra, de proba. & post Panormitanum ibi, secundum Curtium Iuniorem, (eundem, cum alijs citantem) in consil. 12. incip. innocato. 3 col. nu. 10. contraueniens Legi positiuæ, non peccat, quando cessat ratio Legis positiuæ.

93 ¶Ex præfationis tandem præsentis Pragmaticæ, ante notata ratione, deprehenditur ipsius nostri Regis pijssimi mēs: & dispositio qualis sit: & interpretantur, ac declarantur sequētia. l. si defensor, §. qui interrogatus, ff de interrog. actio §. præterea, instit. de inutil. stipul. c. cæterum, de fide instrumen. (& diximus plenius, in. d. 2. fundamento.) Ad quod potissimum aduertendum est, vt plene sciatur, qua ratione, quo ve in casu, præsens Pragmatica transgressores obliget ad mortale: & restitutionem: & quando non. Quod maxime vero doctis quadrabit Theologis, qui iuxta illud Dauiticum, psalm. 110. illa amplexantur, & existimant fidelia mandata, quæ in veritate, & æquitate sunt facta: ab ipso DEO id mutuantes, qui suauis dominus est vniuersis: vt idem Dauid concinit in psalm. 144. ibidem subiungens, iustum esse dominum, in omnibus vijs suis, & sanctū, in omnibus operibus suis. Quiq; rectus est dominus, & rectū eius iudicium. Ac omnia fecerit in vero iudicio, & in pondere & mensura quæ fecit.

94 ¶Quibus Alludens Cicero, iustitiam esse dixit, habitum animi, communi vtilitate conseruata, suam cuiq; tribuentem dignitatem, & ad Herennium scribit, esse æquitatem, vnicuiq; tribuentem pro dignitate vniuscuiusq;: & in lib. 3. officiorum, imprimisq; operam dabunt, vt iuris, & iudiciorum æquitate, suum quisq; teneat. vnde legum sane omnium hic finis est, in quo consistat æquitatis constitutio quæ nihil aliud est, quam ius naturale, quod (vt infra super verbo. + Natural + dicetur) ab æterna ratione deriuatur: & ita in. l. pen. ff. de Insti. & iure, ius naturale, & Æquum, & bonum, pro eodem, ponitur, & in. l. 1. eiusd. titu. Ius, est Ars boni, & æqui. Et Cicero ipse in Topicis, definit æquitatem: esse q; dicit, quod naturalis ratio persuasit. Et legum omne studium, consumitur in conseruatione naturæ. Neq; aliud quicquam moliuntur, aut agunt, quam vt Naturæ Ius suum saluum sit, & integrum. Ex quo quidem fit, vt earum volūtas, ad naturam trahenda sit: in quam toto animo, & totis (vt aiunt) viribus inclinant. Quod proprium est æquitatis officium, vt verba legum ciuilium, ad naturæ legem accomodet: Quod cum facit, nihil alienum facit consilio, mente, voluntate q; Legislatorum, quin potius sententiam eorum sequitur: quanquam à verbis, aliquantulum recedat. Et sic procedit lex, filio præterito, ff. de iniust. rup. irri. q; fact. test. in. dum dicit, + Licet subtilitas iuris refragari videatur, attamen voluntas testatoris, ex bono, & æquo tuebitur. + Et. l. si ita scriptū, ff. de lib. & posthu. & l. si tibi, ff. de dona. & in. l. per fundum, ff. de seruitu. rust. prædio. l. si fundus, §. si pluris, ff. de pignor. &. l. si tibi, ff. si cert. pet. l. generaliter, §. si quis seruo ff de fideicom libert. l. in bello, §. codicilli, ff. de capti. & postlim. reuers. l. si quis ita scripserit, §. 1. ff. de manumis. test. optimus textus. l. si ex duobus, §. sed, & si plures, ff. de pecul. ibi. + Sed licet hoc iure contingat, tamē æquitas dictat + Et in. l. 1. C. de legi. ibi, + Inter æquitatē, ius q;, interpositam interpretationem.

95 ¶Ex quibus intelligitur, æquitatem esse tacitam quandam Legem quod, & insinuat textus, in.§. conductor, institut. de locat.&, leg. 2. §. quanquam, ff.de aqua pluuia.arcen.ibi, hoc † Æquitas suggerit, etiam si stricto iure deficiamur.†Et in. l. si res tuas, C. ad exhibé.ibi,†Intelligitur nullam te actionem stricto Iure habere, vtilis tamé tibi propter æquitatis rationé dabitur depositi actio.†

96 ¶Atq; hinc percipies, Exceptiones suapte propria, & gennina natura procedere ex æquitate.l.qui æquitate, & ibi gl.ff.de dol.mal. exceptio.Et sic intelligitur tex.l.pen.ff.de cóstı.pecu.&.l.siquis cũ aliter, ff.de verbo. obliga.Et quod scribit Egregius Azo, in summa, tit.de exception.in fine, omnem exceptioné inniti æquitate. Et Bart. in.l.1.ff. de vacatio. muner. Alberi.in.l.plane, ff.de peti.hæredi. & Signorol.in Consil.139.incip.casus, col.2.dicũt æquitatem esse matrem exceptionis.Et inde fit, ipsum ius regulare, strictum dici, & strictã rationem vocari.l.si ita vulneratus.§.fi.ff. ad leg.Acquil.l.adeo.§.1.ff.de acqui.re.domi.l.1. §.accusatioué, in fine, ff.ad.S.C Turpil.l. sunt personæ, & ibi, glo.ff.de religio.&sumpt.fun. vbi, & ea opponi videtur summæ rationi, qua de re, antiquiores, id ius strictum, summũ ius vocabant: vt patet ex Columella, lib.1. rei rusticæ.c.7 dicente, summum ius, antiqui summam putabant crucem, & ex Terétio in Heauton. summum ius, sæpe summa malicia, & apud Ciceronem, lib.1.officio. summum ius, summa iniuria est. Et apud eundem, summo iure agere, sæpe dicitur, pro eo, quod nõ ex bono, & æquo, sine ex æquitate, sed iniquiore quodam iure, ac præfacto agere: vt inquit Budeus, hoc multis autoritatibus probans in initio Annotatio. priorum, in.ff. Cui alludit eiusdem Terentij, in Adelphis, nimium ipse durus est, præter æquum, & bonum. Et Suetonij, in Claudio, cap.14. Nec semper præscripta legum sequutus, duriciem lenitatemq; multarũ, ex bono, & æquo perinde, vt afficeretur moderatus est. Et sic duritia, pro summo illo iure accipitur, in l.seruus, in fine, ff.de seruis exportan.& durior interpretatio dicitur, in l.nulla.ff.de legib & in.l.2.in prin.ff. de custo. reo. Quibus referri potest, illud Ecclesiastes, 7.capi.(ita accipiédum)†Noli esse iustus multum.†/Et illud, † Iustus perit in iustitia sua. † Quæ repetuntur verba, in c.plerunq;, 2.quæstio.7.& in.c.non potest, 23.q.4.& in.c.serpés de pœnit.dis.1.Et ex eis patet, huiusmodi sententias pertinere ad immodicam illam rigidamq; acstrictam iustitiam: quæ ab hac æquitate necessario temperenda est, Et sic itelligi debet illud prouerbio.21.† Qui sequitur Iustitiam, & Misericordiam, inueniet vitam. † Et in 1.&.2.cap. Iustitiam, iudicium, & æquitaté, Salomon requirit: & in psalm 9.dicitur. † Ipse iudicabit orbem terræ, in æquitate, & iudicabit populos, in iustitia. Et Esaiæ, cap.11. Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate, pro mansuetis terræ. †

97 ¶Quæ alio ex nomine, humanitas appellatur.in.l.Pautonius, in prin.ff de acqui.hæred. vbi glo.&.dd.interpretantur hanc humanitatem, pro æquitate facit tex.l.1.§. qui operas, ff.ad.S.C.Tertul.& in.l.pen.§.de illo, ff.de cõdi.& demost.& in.l.Thais, §.libertatem, in fine, ff.de fideicom lib.l.si debitor.§.1.&.l.inter eos, §.1.ff.de fideiussor. Cui conuenit Cicero, dum, in lib.1.officiorum scribit, tanta q; pœna afficiamus, quanta æquitas humanitasq; patitur, bonus est tex.(ita accipiendus)in.c. fi.de transactio.vbi ipsa æquitas, atq; humanitas seueritati opponitur, vnde Donatus Terentianus(sic intelligédus)in Adelphis, inter ius (inquit) & æquitaté hoc interest, ius est, quod omnia recta, & inflexibilia exigit, æquitas est, quæ de iure multum remittit.

98 ¶Itaq; scriptura legum, & institutorum valet ipsa per se, ad addendum, aut detrahendũ aliquid iuri naturali, sed æquitatis regula, ad exitum perducitur. Nec alius est vtédæ fruédeq; Legis modus, quam qui ab æquitate cõstituitur. Nam in eo quod scriptum est, vult ius naturæ obseruari. Quæ natura sic accedit, & consentit Legibus, vt in eis Regnet, & dominetur semper: atq; illarum ius omne, ab ea vna, sit & petendum, & impetrandum. Ipsa q; est æquitas, quæ mostrat iter, quo ad naturam eundum est: & quæ patefacit aditum, ac intercedit, rogat, impetrat, & nobis subministrat ius, quo ad legum moderationé vtamur. Quod, quoniam aduersus scripturam legũ obtinemus, beneficio æquitatis, æquum, & bonum dicitur. Cuius enim hoc solum, & vnum negotium est, legum scriptarum voluntates, & quasi cogitationes, & sensus omnes, bene nosse: eos q; pro sua bonitate, adducere ad naturalem rationem: quod facere non potest, si à se sola consistet. Nec ad alicuius Legis scripturam accommodetur. Lex igitur, & Æquitas, in ijs sunt, quæ cum aliquo conferuntur. Nec vlla æquitas est quæ non sit alicuius Legis æquitas, & Lex nulla, quæ non ita alicuius æquitatis (vt sic dicã)

dicam) lex sit. Quia nihil tam enucleate dici potest, aut scribi, nihil tam plane, & definite, quod non multa æquitate, sæpe sit aut temperandum, aut supplendum: quæ non ad verba legum, sed ad supplendam earum sententiam, & voluntatem, vt quod in ijs deest, perficiatur, naturalis vocanda est: & re vera ius est naturale. & hoc ipsum à natura habuit æquitas. vnde ius naturale, & æquitas in effectu sunt idem: licet differant ratione, textus est in.l.1.ff.de pactis, vbi, naturæ ius, vocat, æquitatem naturalem, quia sumpta est à natura, ad ius gentium & ciuile moderandum. Et ita procedit, & intelligenda est lex, placuit, C.de iudic. † Placuit in omnibus rebus præcipuã esse iustitiæ, Æquitatisq; scriptæ, quã stricti iuris rationẽ. † Vbi mihi videtur, ius naturale intelligere, æquitatis autem verbo, ex æquo, & bono ductam legis expositionem, quæ duo, non alia, quam à me dicta ratione, differunt. Nam re vera, vtriusquæ idẽ est habitus, & natura eadem.

99 ¶Et ideo semper, legis voluntati, cõiunctissima æquitas est: eamq; sequitur, quocunq; tẽdat siue ad humanitatem, siue ad acerbitatẽ. Nec vt plures falluntur, Æquitas, Clæmẽtia, est, id est crudelitati cõtraria. Nam siquid peccatum est in legem, quo tẽpore maxime fuit conseruanda, & timendum sit, ne ea res, exẽplo suo noceat, is verus esse putandus est, & æquissimus legis sensus, qui scriptum eius ad maximam pœnæ acerbitatem Cõtorquæbit. Et ita accipiendum est illud dici solitum, propter enormitatem delicti, licitum esse iura transgredi. Quod cum fiet, non tam summo iure, aut ex scripto, quam ex mente, & Consilio Legislatoris, hoc est ex bono, ac æquo iudicatum esse dicetur. Nonq; plus, quam rei vel atrocitas, vel necessitas postulat. Sicuti Hispali practicatum fuit in quodam Iacobo æthiope, mãcipio cuiusdã Stephani Lopez, satis gracili, & ætatis viginti fere quinq; annorum, qui ex sentẽtia admodum magnifici domini Doctoris Ioannis de Lieuana, doctissimi, & rectissimi, locum tenentis Illustrissimi domini, D. Francisci Hurtado de Mendoça, Comitis Montis Acuti, dictæ ciuitati præfecti in dictum seruum lata, & exequuta die Martis post meridiem, 12. mensis Augusti. 1567. viuus forcipatus fuit, forcipibus ignitis, ac deinde suspensus, & in quatuor sectus partes, vijs in publicis palis affixas, quod hora nona noctis præcedentis, Luciam Rodriguez, nutricẽ, & Eleonorem domicellam Christophori de Auila mercatoris, prope Ecclesiam sancti Isidori degentis, cultello paruo, vno impetu occiderat, & fere post nouẽ horas, necasset dominam Menciam de Ribera, & dominam Cõstantiam Manuel, in quarum domũ, post patratas primas cedes, confestim se receperat, fugiendo per sartatecta. Quod quidem, maxima fuisse iudicatum æquitate, nemo vnquã negabit, cum iuxta delicti mensuram, plagarum debuerit esse modus. Deuteron.c. 25. & conueniat pœnam delicto esse conformem. l.respiciendum, in prin.ff.de pœnis.c. fœlicis, §.cœterum, eod.titul.in.6.

100 ¶Vnde potius æquitas, ab æquabilitate, & moderatione, animi q; constantia, appellanda est. Et ita accipiendum est illud Ciceronis, ad Atticum, perspice æquitatem animi mei, & quod dicitur, æquo Animo esse, id est nõ efferri supra modum, aut defficere: neq; rebus prosperis insolescere, neq; concidere aduersis. Quod, & Lactantius notat, in libro quinto Diuinarum institutionum, capit. 15. & Diuus Augustinus, in libro de quantitate Animæ. At clæmentia, & misericordia, longe diuersa est, quia vtraquæ harum, plus quam iustũ, & æquũ est, remittit, nec Iudici permittitur, sed est eius, qui iniuria affectus est, & habet vlciscendi facultatẽ. quæ idcirco maxime elucet in Principe, qui rerum omnium habet licentiam. Et ita Seneca, dicit, clæmẽtiam esse, temperantiam Animi, in potestate vlciscẽdi, vel lenitatem Superioris, aduersus inferiorẽ, in pœnis constituendis. Ideo solius est Principis, aut eorum magistratuum, qui parem habent cum Principe, in iudicando potestatem. Non autem Iudicis, qui semper verum sequi tenetur: & tantum se exorari sinere, quantũ iustitia causæ patitur. Et ita intelligitur illud Exodi, c.23. † Pauperis quoq; non misereberis in Iudicio. † Et quod dicit Cicero, lib. 2. de inuentione, nullum esse deprecationis vsum, in Iudicijs. Sed nec ipse iudex, imaginariam, & sui capitis debet sequi æquitatẽ, sed rationi, Legibus, vel consuetudinibus coniunctam: vt scribit Bald.in rub.C.de const.pecu.2. col. & in Cõsil.99.incip.super primo, col.1.in fine, vol.4. & Roman.in Consil.149.incip. conclusionem, col.2.versicul.non est ratio, (vbi, & alios citat,) & Paul.de Cast.in.d.l.placuit, circa medium.C.de Iudic.

101 ¶Nec me falli oportet, quodquãdoq; æquitas appellari videtur, ꝓ clæmẽtia, & benignitate: id enim à cõmuni cõsuetudine tractũ est, similitud. quadã, ꝓpterea quod vt plurimũ desum

Iure,multa remittit. & acerbitatem legis,lenitate,vt fere semper temperat : exquo humanus sensus legis,isdictus est,qui æquo, bonoq; innititur. Et ita procedit tex. Qui summam æquitatem nominat,in.l. bona fides,ff. deposit.& in.l.eum qui,ff.de dona.Et Cicero in Epistol.ad.Q fratrem,dum inquit, æquitas quæ personis tribuitur, similis sit ei , quæ explanandis legibus accommodatur . Et re vera legũ,institutorumq; vsus, in æquitate positus est. Et vt inquit idem Cicero, in Oratione pro Aulo Cecinna,non quibus verbis,quidq; dicatur,quæritur,sed quæ res agatur, etiã vt iam longius à verbis recedamus , ab æquitate,ne tantilum quidem. Hæcq; vna,totius Iuris habenas, tanquam moderatur , & Regit, easq; remittit,cum vult,vel adducit,cum necesse est: semper tamen ex Legislatoris mente,& voluntate.

102 ¶Quæ, in præsentis Pragmaticæ intellectu, maxime attendenda est,ac spectãda.l. in omnibus quidem,ff.de regul.iuris. Quam qui sequitur, ex æquo, & bono Iudicat . Imo etiam ex legis volũtate , vt vel potius solum voluntati legis obtemperare dicendus sit , qui non verba , non literas, aut vocem , sed Cõsilium , & sententiam eius amplectitur . Lex enim non verbum legis , aut scriptum est sed sententia.l.non figura, ff.de actio.& obli.l. pen.ff.ad exhiben.l. credendum , ff. qui pet.tut.l.2. §. si mater, versi.si non fuerint,ff.ad.S. C. Tertul.ibi,putolicet verba defficiant , sentẽtiam constitutionis locum habere. l.sed sciendum, ff.ad leg. Pompe.de parricid. l. nominis & rei,§.verbũ ex legib.ff. de verb. sign. (lexita accipiẽda.)9.tit.1.part.1.

103 ¶Sicq, procedit quodcitando Angel. & alia Iura, Alexan.de Imol.respondet,in Consil.116 incip.animaduei sis statutis,3.col.nu.14.vol.2

se refrenassen,y moderassẽ. Y siẽdo esto,el obiecto final,y principal su puesto, de la dicha su Pragmatica.

104 ¶Que las personas,que por mas ganar, lleuassen notablemente à mas del precio por ella dispuesto, (allẽde de la pena que pone) peccarian mortalmẽte,y seriã obligados à restituciõ,delo que ansi mas ouiessen de la dicha tassa,segũ los muy Doctos Ioã de Medina,[d] Alõso de Castro,[e] y Domingo de Soto, [f] Segũ esta Cõclusiõ,entẽdidos. Y que no los excusaria el dezir , que la dicha Ley,esmeramente penal, y no obliga la tal,à peccado mortal , como Cepola,[g] y el Mathesilão,[h] y otros Doctores quisierõ , [i] y que la intẽ-

quod mens debet attendi, etiam si verba disponentium,contraria sint menti,tradit Hippol.in.l.siquis viduam,ff.de quæstio.(& dicetur Latius infra in.2.conclu.verbo. + Daño + Mens namq; radix est verborum, & eius substantia prima: & sub iugo mentis,verba consistunt,tanquam sub suo proprio originali,& digniori,teste Baldo,in.c.mandatum,in prin. de rescrip.alia iura citante. Non enim intentio verbis,sed verba intentioni,debent deseruire.c.in his,de verbo.signifi. Et de verbis nõ curamus,vbi ius,vel ratio naturalis, vel mẽs dequa constat,aliter sonãt . vt scribit Constãtius Rogerius in tract.de iuris interpretatio. pagi.121.& in tracta.statut.tit. de statut. fœmin.excludent.§.nunc videndum, versic.quæro vlterius est statutum.

d MEDINA, in Codice de restitutio. q.36. fol.104.versic.quo præmisso.

e CASTRO. lib.1. de potest. leg. pœnal. c. 12.pagin.17.

f ¶SOTO,lib.1.de Iust.& Iu.q.6.art.6.argumẽ. 5.pagi.58.à.&lib.5.q. 8 arti.4.pagi.464.b. &Reuerẽdis.Couarru.in.c.14.nu.3.lib.3. varia.resolutio.

g CEPOLA, ciuil.Causarũ, Consil. 13.incip . in causa quæ,col.2.nu.4. versic.pro quo facit.

h MATHESILano, nota bi . 78.inci. nota doctrinam.

i QVISIERON. Docẽtes Legem Humanam, aliquid præcipientem, &pœnam temporalem addentem,non obligare trãsgressorẽ ad mortalem culpã.Philip.Decius,in 2.lect.c.nã concupiscentiam,de cõstitu. Ludoui. Gometius, Sarnensis Episcopus,in.c.2.nu.60.codẽ, titul. lib.6.Hostien.& IoannesAndre.in.c.relatum, ne Cleri,vel Monach. à Iasone sequuti, in. l. 2.nu.143.C.de iure emphyteo.& in. §. Item si quis postulante,nũ. 78. instit.de actio. existimante,

mante, veram esse sententiã: & satis esse trãsgressorem ipsum, se obtulisse periculo pœnæ temporalis: qua, legislator censuit, trãsgressoré Legis sat puniri. Nec eum velit ad mortale obligare. Quod, & Cayetan. voluisse videtur in sua summa, verb. præcepti trãsgressio, circa finem, versic. hinc etiam, & in. 2.2. q. 186. artic. 9. in respon. ad primum dubium, & quartum responsionis, ad primum, & in eodem articul. in respon. ad. 2. & Henrricus de Votis, in tracta. de Synodo, 3. part. arti. 2. ad finem.

106 ¶Quinimo tantum abest, vt Legislator humanus, subditos, suæ Legis transgressores, ad pœnam æternam obligare voluisse videatur: Qui, potius omni cura, diligentia, ac conatu prospicit, ne illorum illaqueentur Animæ. in Authen. vt ij, qui obligise hab. perh. in prin. col. 6. Et omnium Legislatorum animum, talem fore, præsumendum esse, Menchacensis: notat, in lib. 1. Controuersia. illustrium, cap. 29. nu. 7. per tex. l. quæ sub cõdicione, in prin. ff. de condicio. instit. vbi in hanc videtur inclinare sententiam. subiungens ibidem, nu. 16. id probe se expertum esse, qui Iuri dicendo, & Reipublicæ administrationi præfuit: id quod Theologi harum rerum (vt ipse dicit) inexperti, nosse non possunt.

107 ¶Cuius tamen cõtrarium, Dominicus à Sãcto Geminiano, & Philippus Francus tenuere in. c. perpetuæ, notab 6. & in. c. commissa. 2. notab. de electio. lib. 6. glo verb. sententijs, & idem Domini. in. c. 2. de constitu. eod. lib. Felin. & Decius (sibi aduersarius,) in. 1. lect. d. c. nam concupiscentiam, Fortunius Carsiæ ab Erzila de vltimo fine vtriusq; Iuris, illatio. 18. col. 89. (in Insigni Bononiensi Collegio Hispanorum, concollega Francisci MESSIÆ, Iuris vtriusq, Doctoris, genitoris mei, post cuius præcocem obitum, in insigni Oppido, de Erena, vbi in seruicio Regio, illius Legionensis prouinciæ moderatoré agebat, vnicus dũe Ioannæ Pontiæ de Leõ, eius fidelissimæ vxori, annos tunc viginti, & vnũ, dũtaxat habéti, vnius fere mẽsis natus, meæ charissimæ matri, superstes remãsi) tenet, & eandẽ sententiam, Syluester, in verbo, inobedientia, Ioannes Dryedo, lib 1 de libertate Christiana. art. 3. Hieronymus de Curiel, in trac. de vsuris, q. 29. argum. 3 part. 1. regul. 7. versic. põno exemplũ, pagni. (mihi.) 145. vbi nostra in specie nũcupatim loquitur. & Reuerẽdiss. Couarr. in. c. 14. nu. 3. lib. 3 varia. resolutio. Ioã. de Medina, in. d. C. de restitu. q. 12. & 36. ad sextũ. Alphonsus à Castro, dict. lib. 1. de potesta Leg. pœnal. c. 8. cũ seq. Dominic. à Soto, lib. 1. de Iust. & Iure, quest. 6. art. 5. asseuerãtes, obligationẽ ad mortale crimen nõ cessare, nec tolli, quod à Legislatore, pœna fuerit trãsgressori imposita.

108 ¶Quibus adstipulatur, quod cum pœna illa imponatur, quominus trãsgressio fiat, obligationẽ in foro Animæ remouere nõ debet, ne trãsgrediendi Legẽ occasionẽ præbeat: & ita operetur cõtrariũ eius, ad quod ea pœna fuit apposita, cõtra Leg. eatamẽ adiectio, ff. de. lega. 3. l. legata inutiliter, ff. de adimen. lega. l. non ideo minus, C. de procurato.

¶Quodq; cũ magis lucrari, quã per præsentẽ Pragmaticã taxatur, ex genere sit prohibitorũ, quæ à Iure Diuino, & Naturali descẽdũt iuxta illud. †Quod tibi nõ vis, alteri ne feceris, & quæ velis tibi fieri, alteri facias† (vt infra, in textu, & in glosis ostẽdetur.) Et hac ex causa, quãuis pœna adiecta nõ sit, huiusmodi præ hac cupiditate trãsgressor, reus efficiatur culpæ, & peccati, cõsequẽs est, etiam pœna adiecta, in foro Animæ, reũ hunc esse, culpæ, & peccati. Et multo magis, postquã lex hæc Regia, quã trãsgreditur, lata est: Nã hoc in casu, gemina culpa est: cũ nõ solũ Legis Diuinæ, & Naturalis, sed etiam Legis positiuæ; transgressio fiat: argumẽt. l. sicũ dies, §. fin. & l. Celsus, ff. de arbit. & not. Bal. in. l. cũ quis, 7 col. nu. 14. C. de Iuris, & fact. igno. Nec culpa vnius violatæ Legis, minuit culpã cõmissam, in altera, quæ etiam violatur lege: sed potius eam auget. l. 2. ff. de priua. delict. & §. fin. in fine, instit. si quadru. paup. fecis. dicat.

109 ¶Sic sane fit, huiusmodi transgressorem, nõ exeo, peccare, & restitutioni super accepti, obnoxium fore, quod Lex hæc Regia, quam transgreditur iusta sit, & à Rege non recognoscente superiorem lata, bonoq; innitatur publico, (vt Paulo ante citatus Curiel, & fere omnes qui de re hac scripserunt, & cõcionati sunt, opinantur, ne dicam somniantur,) sed quod talis sit trãsgressor Legis Diuinæ, & Naturalis, quæ vetat, quempiam cũ suo proximo facere, quod sibi fieri nolet: quæq; sanctæ præcipit, eidem velle, & facere, quod sibi quis fieri vult. Quodq, in quouis negotio, frater non circumueniatur, aut transgrediatur. Satis q; supergredi dicatur, quando solo affectu magis interessandi, & lucrandi, supra taxatum precium, aliquid ab eo notabiliter super accipit: aut, transgressor extorquet.

110 ¶Vnde, admiror vehementer, Alphonsum

cion del hazedor de la dicha Pragmatica, no fue de los obligar à lo tal. Ni que por la transgresion della se comete. Como le parescio al erudito Doctor Martin Nauarro,[l]

113 ¶Pues esta claro que toda cobdicia demasiada, en razon de semejantes interesses, es prohibida de derecho Diuino,[m] y Natural,[n] que prohibe quiera vno para su proximo, lo que no querria para si. Y que en el caso propuesto, seria venir cõtra el dicho Derecho, y auria ya culpa à que de mas de la dicha pena, el

Castrensem, virum alioqui circunspectissimũ in lib.1. de potesta.leg.pœnal.cap.5.versic.lex humana, sic, hoc in themate alucinare, vt putet ex voluntate legislatoris pendere, verum legis humanæ trãsgressor, peccet, necne, quãdo ita iusta erat: siquidem hoc in casu, non quia ipse Legislator vltra taxatum precium, frumentum vendi prohiberet, peccet maiori vendens precio. Nec identidem etiam non peccaret, si legislator, solum intendens pœnæ temporali, expressim statueret, transgressorem huiusmodi, ad æternam non teneri. Cum hac in specie, defficiat potestas, ex parte tam legislatoris, quam subditorum, ad dispẽsandum cum ante relato præcepto, c. cum inferior, de maio.& obedien.l.nam magistratus, ff. de arbitris.

112 Ipseq; Princeps, (quãuis legibus solutus, l. Princeps, ff. de legib.) ad huius Præcepti, quod de iure Diuino, & naturali est, teneatur obseruationem: vt ibidẽ per nouissimos traditur. & in.l.1.ff. de constitu. Princip.c. duo sunt, c. si Imperator, & c. omnes, de maio. & obed. tradit late Barba. in Consil. 1. vol.1. quẽ citat Gometius, in proœmio Regularum Cancellariæ, quæst.4. versicu suadetur hoc. & idẽ Gometius, in.1.&.2. quæstio. de infirmis resignantib. Ac scribit Panormi. Communiter receptus in.c.1. de constitu.nu.6.&.7. Qui loquitur in Papa, & Imperatore, (& diximus Latins in.17. fundamen. part.2. prælect.l.5.tit.3. lib.7. ordinatio. Regia. & dicemus infra, in 3. Conclusio. inglo. super verbo, mortal. (Cœtera vero, quæ legem pœnalẽ respiciũt, an & quãdo huiusmodi Lex obliget ad mortale & quando non, in eadem.3. Conclusione adiecimus, super verbo, Naturales.)

l 114 NAuarro, in suo libro, quem inscripsit, Manuale cõfessorum, cap.23.nu.55. cum seq.& nu.85. vbi censuit, Pragmaticæ huius transgressores, nõ peccare mortaliter.

m DIVINO. Ne quis supergrediatur, neque circũueniat in negotio fratrem suum. Ad Thesalonicẽ.1.cap.4.&.25. Leuitici, quando vendes quippiã ciui tuo, vel emes ab eo, non contristes fratrem tuum. Omnia ergo, quæcũq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex, & Prophetæ. Mathe.7. glo. verbo, summam.l.1. in prin.ff. quod quisq; iuris.

n 115 NATVRAL. quod tibi nõ vis, alteri, ne feceris. Thobiæ.4. Lucæ, 6. Mathe.7 &.c. Humanum genus.1. distin.c. dilecti, de maio. & obedien. vbi, glosa, verbo, noles, hos citat versus; quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non, mihi noli, sic potes in terris, viuere iure poli. bona est glo. verbo, alterum non lædere, in. §. iuris præcepta, institut. de iusti. & iure. Et quod hoc, sit præceptũ de iure naturali, tenet glosa, verbo, dispositione, & ibi Panormita. in.c. firmiter, de sum. trinit. & fid. Cath. & glo. iuncta textui, in.l.1.ff. de furt. & Robert. Marant. de ordi. Iudicio. part.3. nu.6. textus est Regius.l.6.tit.1.part.1. ibi, †Como los omes se amen vnos à otros, queriendo cada vno su derecho, para el otro, guardando se, de le no fazer, lo que nõ querrie q̃ fiziessen à el. Ca en guardando bien estas cosas, biuen derechamente, è con folgura, è enpaz, è aprouecha se cada vno de lo suyo, è à sabor dello† Atq; ex hac regula, quæ à iure Diuino, & Naturali, descendit, procedit etiam, vt mechus non sis, non fur, non latro, non falsus testis, nõ iniquus iudex, quia isthæc ab altero, inte fieri noles, ad Roman.c.13.C. Mathei 22. D. Non quoque sis auarus, quia si alter te ditior, talis esset, is tibi egenti, non subueniret: sic vt talis esset vicinus tuus, noles. Et per eandem rationem,

frumen

frumentum si emeres, veles tibi, nihil magis precio taxato, à venditore super accipi. Et si lex ciuilis statneret, nemiuem debere fundũ alienum, puta vineam, aut hortulum, aut domum ingredi inscio domino (interpretaris, id pleruną; fieri, domino non annente, sicą; includi sub illo præcepto, quod tibi non vis, alteri, non facias.) iusta esset lex, & qui contra faceret, non solum ad pœnam temporalem, ea lege definitam, vel ad arbitrariam, teneretur. Sed etiam, quo ad DEVM, Reus esset peccati, non tam ob transgresioné illius legis humanæ, sed potisimum, eo quod, trãsgressor extitisse videatur, illius præcepti naturalis, quod tibi non vis.

116 ¶Hocą; in casu, lex hæc ciuilis, non tam noua, quam Diuinæ, aut naturalis legis detectio aut repetitio esse videtur, quam nunc adiuuat pœnam addendo, l. Ius ciuile, ff. de inst. & iure, & notat, Egregius Fernandus á Loazes in consilio, pro Marchione de Velez, pagin. 419. nu. 52. dicens tunc non esse legem, aut ius ciuile, sed Diuinum aut naturale: eius ve confirmationem.

117 ¶Nec quamuis præcepto Principis secularis repetitum sit, desinit esse ius Diuinũ, aut naturale, nec efficitur ius ciuile. Quia tunc Princeps non tan ius nouum fecisse, quam quod antea erat, repetisse videretur. Neą; vero, ius naturale, si describatur, ciuile putandum est: quia scriptura, non facit ius ciuile, sed rei natura, & condicio, quæ prohibetur, aut iubetur: vt aduertit doctissimus Franciscus Conanus, in. 1. libro commentariorum iuris ciuil. capit. 7. nu. 5. & voluit Barto. in. l. de quibus, ff. de legib.

118 ¶Et Angel. per tex. ibi, in. d. l. ius ciuile, nu. 7. scribens, argument. esse ad quæstioné, quod si statutum continet ius commune, quod nõ dicatur statutum, sed ius commune: & per hoc recipiat omnem interpretationem quã ius commune. Not. glo. & dd. in. c. 1. de consti. lib. 6. bonus est tex. in. c. pastoralis, de fid instrum. & in. c. exparte. 3. de verb. Signif. & ibi Ant. de But. Andre. Tiraq. in lib. de retract. ti. 1 §. 9. glo. 2. num. 54. Facit rex. l. 1. §. 1. &, 2. et ibi Bart. ff ad leg. falcid. & notat Mathe. de Afflic. in cõstitu Siciliæ, incip. de quæstion. Nam qui declarat, nihil denuo agit, sed quod antea erat, modo repetit, aut detegit. l. hæredes palam, §. sed si notam, ff. de testamen. l. adeo, §. cum quis ex aliena, ff. de acqui. re. domin.

119 ¶Vnde si comprehensa in præceptis Diuinis, aut naturalibus, tam imperatiuis, quam prohibitorijs, violauerimus, Diuini, & naturalis iuris, rei esse videbimur, quo ad pœnam æternam. siue ea Præcepta, mandato, aut iussu humanæ quoą; legis, aut Principis repetita, aut confirmata sint, siue nõ sint. Licet quãdo eis, humanæ legis, aut Principis præceptũ adiungitur, quasi crescente contumacia, videamur aliquantulum magis rei, ac obnoxij pœnæ æternæ. Et si pœna temporalis accedat vel expræssa, vel arbitraria: vel non etiam accedat. Nihil enim hac in specie interesse existumo, inter huiusmodi legem humanam, pœnalem, aut non pœnalem, quo ad obligãdos transgressores ad peccatum. Quandoquidé, quæ lex non habet pœnam expressam, eam habeat implicitam, arbitrio iudicis imponendam. Quodą; earum transgressor, (supra vt notauimus,) nunquam fiat peccati mortalis reus, ex vi, & virtute solius legis huiusmodi, sed ob id potisimum, & per prius, ex vi iuris Diuini, & naturalis, quod implicite pariter violatum reperitur. Nec curo, quod vt Lex hæc Humana obliget in cõscientia, à superiore, seu eiusdem legislatore expressum sit, vel non: pro vt in regula Predicatorum loquendo, Dominicus, à Soto distinguit, lib. 1. de inst. & iure, quæst. 6. art. 4. post Alphon. Castren. in. 1. libro de potest. leg. pœnal. cap. 4. dicentes adiectionem illam, in eius exordio positam, quod non obliget ad culpam, sed tantum ad pœnam, argumento esse, quod nisi illa fieret adiectio, nõ posset non obligare ad culpam. Quod mihi, ex infra dicendis in. 3. conclusione valde suspectum videtur. Nam satis est. quod eiusdem legis transgressor, transgrediatur ius Diuinum, vel naturale, cui illa humana dispositio innititur. Cum eius transgresio inducat peccatum mortale: provt in iuris diuini transgresione, Soto, & Castro ipsi, & reliqui omnes fatentur. Et in iuris naturalis transgresione admittunt: ac est indubitatũ, excepto Gersone, qui de vita spirituali, lectiõ. 4. id vltimum negat sed non iure.

120 ¶Quia omne ius naturale, est ius Diuinum: licet ex diuerso, non omne ius Diuinum, sit Naturale. Cum in multis si super naturale: (quale est, in multis Sacramentis Ecclesiæ:) solumą; ius Diuinum, & naturale, differunt inter se, tanquã genus, & species. Et quicquid est, iuris, naturalis, iuris est Diuini, non econtra.

121 ¶Lex enim naturalis subijcitur Legi æternæ & ex ea participat, quia ex impræsione eius

habet inclinationes in proprios actus, & fines Nam Rationalis creatura, Diuinæ prouidentiæ subiacet:& est eius particeps, cum sibi, & alijs, ipsa ratione prouideat. Vnde in ipsa rationali creatura, participatur æterna ratio: exqua mouetur ad debitum finem. Et talis participatio, lex, & ratio naturalis dicitur de qua percunctanti, quis ostendit nobis bona? Dauid psalmo;4. respondet, signatum est super nos lumen vultus tui domine. Quasi dicat, per ipsam sigillationem Diuini luminis, ratio hæc in nobis demostratur: qua discernimus, quid sit bonum & malum, quodq; nobis fieri nolumus, alteri non faciamus. Hoc enim ipsum lumen intellectuale, quod in nobis est, nihil est aliud, quam quædam participata similitudo luminis increati, in quo continētur rationes æternæ: vt tradit sanct. Tho. in.1.2. quæst.91. arti.2. Atcum æterna ratio, lex sit, qua, supremus gubernator, omnia Diuina, & humana regit. c. gloriosus, de reliq. & venera. sanctorum, lib.6. Necesse est, quod omnis Ratio, qua ista inferiora gubernātur, à Lege æterna deriuetur. Quæ quidem ratio Lex naturalis vocatur: à qua Canonica, & Ciuilis derinantur.

tal trāsgressor quedasse obligado.o

124 ¶Y que ansi por consiguiēte, quiē vēdiesse el pan, que solamente, por ser muy malo, o corrompido, valia tres, a el precio de la dicha Pragmatica, o algo menos della, peccaria mortalmente. Y quedaria obligado à restitucion, de lo que ansi

122 ¶Et hoc est, quod Augustinus, in lib.1. de libero arbitrio, scribit, in temporali lege, nihil esse iustum, aut legitimum, quod nō ex æterna lege homines sibi deriuauerint. Et quod dicitur, prouerbio.8. per me Reges Regnant, & potentes decernunt iustitiam. Epistol. interclaras, de sum. trin. & fi. cath. Et secundum eundem Augustinū, in lib.8. de ciuitate DEI, omnium legum, inanis est censura, nisi Diuinæ legis imaginem gerat. Debet enim iudicium Regis, conforme esse iudicio Diuino. c. DEVS omnipotens.2.q.1. Et exclamat Esaias 10.c. contra Principes, leges iniquas ferentes. Ideoq; lex tantum habet virtutis, quantum magis assimilatur legi naturali, & participat de lege æterna: secundum præallegatū Thomam, in.1.2.q.90. art.1.&.2. Atq; hinc, in rebus humanis, id iustum ex eo dicitur, quod est rectum, secundum regulam rationis. Rationis autem prima regula est: lex naturæ, (vt ex supradictis patet.) vnde omnis lex humanitus posita, in tantum habet de ratione legis, in quantum à lege naturæ deriuatur: si vero in aliquo, á lege naturali discordet, iam non erit lex, sed legis corruptio: vt notat Sanct. Thom. in.1.2. quæstio.95. art.2. Et sic Cicero, in sua inquit Rethorica, quod initium Iuris, est à natura profectum. Ac hoc est, quod Iurisconsultus docet in.l. omnes populi, ff. de iusti. & iur. Ius esse, quod omnibus, ratio naturalis præscribit. Sed & Demosthenes, apud Grecos, Oratorum Princeps, dicebat, Legem, esse inuentionem quandam, & donum DEI, facit.l.1.§. sed neq;, & l.2. C. de iure vete. enuclean. Et resoluit Dominicus à Soto, in.d.lib. 1. de iusti. & iure, quæstio.5. arti.2.

123 o OBligado. Cū enim in naturali Iure, nihil aliud præcipiatur, quā quod Deus vult fieri, & nihil aliud vetetur, quam illud, quod DEVS fieri non vult, consequens est, quæcunq; fiunt aduersa dicto iuri naturali, volūtati diuinæ probari contraria. c. nō sana, §. cum ergo, 9. dist. dict. c.1. dist.1. c. vt nostrum, vt Ecclesiast. benef. sin. diminutio. conferan. Et cum præcepta iuris naturalis, ita sint iusta, & necessaria, eorum contrarium non potest non esse nefarium. Et peccatum, Charitati DEI aduersum, mortale est: vt concludit Menchacensis in cap.29. nu.14 lib.1. cōtrouers. illust. Nam cum nos ipsos amemus, inclinatione naturali, propter bonum totius vniuersi, quod est DEVS, & DEVM tāquam nos, & vniuersa continentem diligamus, necesse est, vt humanos quoscunq; amemus, tāquam fratres ab eodem opifice, & patre: quē natura ipsa, etiam apud Iurisconsultos, veritatis ignaros, ostendit DEI veri, operum vniuersorum opificis, religionem l. veluti, ff. de iust. & iure. l. qui per salutem, ff. de iure iurād. Cumq; proximis faciamus, quæ nobis nō velimus, per consequens, eos, ac ipsum DEVM non amamus: Contra præceptum Decalogi primum. Inde Cicero, ex hoc lumine naturali, in.1. libro officiorum, de iustitia scribens (inquit,) Iustitiæ primum munus est, ne cui quis noceat. Satisq; dicitur nocere, qui suum cuiq; non tribuit: & sibi plusquam par est assumit: & lucrum notabiliter captat: vt infra. n.6. cōclu-

notablemente mas lleuo, del verdadero valor, de lo que vendio. Y anſi lo tiene, el dicho Doctor Nauarro P. Y no lo eſcuſaria dezir, que podia vender el tal pan, à la taſſa dela dicha Ley, mayormente no haziẽdo ella, diſtinciõ de granos, porque allẽde que no lo permitte, y que ſiẽpre el termino pan, de que ella vſa

clusione Latius oſtendetur.

P 125 NAVARRO, in Manual. Confeſſorũ. capit. 23. nu. 86. Ad bonam enim fidẽ pertinet, quod ſit iuſtum precium, teſte Baldo. in leg. cum ipſe, in prin. C. de Cõtrahẽ. emptio. Nec conuenit bono viro, aliquẽ circunſcribere: glo. l. ſemp ff. de regul. Iuris, per quā dicit Bald. in. c. cum cauſa, in fine, de teſtib. quod licet Iura permittant deceptionem intra dimidiam iuſti præcij, non tamen id licitũ eſſe in foro Conſcientiæ.

126 ¶Peccat namq;, atq; ad reſtitutionem tenetur, qui contrahendo, proximum notabiliter lædit, etiam intra hanc iuſti præcij dimidiam: ex ſententia Innocen. Anton. Panormitan. Ananiæ, & Felini, in. c. in ciuitate, poſt princip. de vſuris. Anton. Butrij, & Burgenſis, in. c. cum dilecti, nu. 2. de emptio. & venditio. Gerard. in ſingul. 22. incipien. Rogo vt nunquam obliuiſcaris, idem Anton. in. c. quia plerīq;, de immu. eccleſ. & ibi Panormit. in. 9. quæſtio. Archidia. in. c. hoc ius, 4. col. 10 quæſt. 2. & in. c. ſi cupis, 16. quæſt. 1. Federi. ſenen. in conſil. 21. incip. nunquid hæres, Saly. in authen. ad hæc, 21 quæſt. C. de vſuris, Cepola, in tracta. de ſimulatio. Contractu. 2. præſumptio. col. 3. (vbi ad hoc allegat dictam glo. pro notabili.) Aretin. in Cõſil. 92. incipien. viſo legato, col. 2. Barba. in. c. Raynaldus, col. 173. de teſtamẽ. Iaſon. in. §. ſed iſte, nu. 104. inſti. de actio. & in. l. ſiquis in conſcribendo, nu. 5. C. de pact. & in. l. ſiquis cũ aliter, col. pen. ff. de verb. oblig. Decius, in Conſil. 111. incipien. & pro tenui, 2. col. verſic. ſecundo non obſtat, & in. 1. lectio. c. 1. de cõſtit. 6. col. nu. 18. Fortunius Garſiæ, in tracta. de vltimo fine vtriuſq; iuris, illatio. 17. Ioan. de Medina, in Codice de reſtitutio. quæſtio. 32. Martinus ab Azpilcueta, Nauarrus, in c. qualitas, de pœniten. diſt. 5. nu. 45. Cum ſequen. & Latius, in. c. nouit, de iudit. 6. notab. Corollario, 9. & communem opinionem Ludouicus Gometius fatetur, in. c. 2. nu. 2. de conſtit. lib. 6. & communiorem, & veriorem Andre. Tiraquel. in. l. 9. connubial. numer. 10. Reuerẽdiſ. Dida. à Couarru. in. capit. 4. num. 11. libr. 2. varia. reſolution. Quam etiam tenent, & probāt ſan. Thom. in. 2. 2. quæſtio. 77. arti. 1. & in quodlibet. 2. arti. 10 & in. 4. ſententia. diſtin. 15. quæſt. 3. articul. 2. & ibi Gabriel q. 10. col. 9. & Ioan. Maior. q. 40. verſic. octauo, arguitur, Scotus, quæſt. 2. arti. 2. conclu. 3. Adrianus, quodlibe. 6. articul. 3. Caietan. in. d. 2. 2. q. 77 arti. 1. Conrad. de contractib. quæſtio. 57. conclu. 1. idem Caietan. in quodlibet. 16. quæſtionum, cap. 12. fol. 66. Archiepiſ. Florent. in. 2. part. ſuæ ſummæ. tit. 1. cap. 16. verſic. quantum ad tertium principale, col. 3. & iterum, col. 5. (vbi repræhendit Durandum in ſua ſumma, contrarium tenentem) Silueſter, verb. emptio, quæſtio. 8. Diuus Bernardinus, in libro de Euangelio æterno, Sermone. 35. Chart. fin verſic. circa hoc autem notandum eſt, & in eodem ſermone, 35. art. 1. capi. 2. & nouiſsime Adrianus Florentius, in ſuis, 4. ſententiarum quæſtionibus. vbi de reſtitutione diſerit, in quæſtio. incip. conſequenter quæro, vtrũ indiſtincte tenetur, in ſolutione ipſius quæſtionis, Alphon. à Caſtro, lib. 2. de poteſtate leg. pœnal. cap. 10. fallen. 3. (& diximus Latius in reſpon. ad. 6. partis, 1. Fundamen. prælectio. l. 5. tit. 3. lib. 7. ordin. Regia. nu. 61) Sed & Conradus, in ſumma totius operis, de contractib. quæſt. 57. diſtin. 3. aſſerit, hoc procedere, quātumcunq; modica ſit læſio. (quod ibidem examinauimus) Ex quibus patet, præfatam opinionem, vt communiorem, & veriorem tenendā eſſe. Quicquid Bald. in. d. auth. ad hæc, 21. oppoſ. de vſuris. & in. c. ſi proponẽte, de reſcript. Pet. de Ancha. in regul. peccatum, in. 4. Cõcluſio. princip. de regul. iur. lib. 6. Franciſ. Aretin. in. c. cum cauſa, de teſtib. & in. d. l ſiquis cum aliter, col. pen. de verb. obliga. Socin. ſibi contrarius, in Cõſil. 49. incipiẽ. viſo inſtrumento, col. 2. verſic. his tamen non obſtantib. vol. 4. Andre. Barba. in. c. 1. de emptio. & vẽdi. col 3. Philip. Decius, ſibi aduerſarius, in. d. l. ſemper, in fine, de reg. Iur. & Ioannes Crottus in. c. 2. notab. 1. de conſtitu. in. 6. & quidam Autor tractatuli incipientis, Abbas ſancti Iacobi, qui aliquādo inſcribitur. xij. Doctorum. Contrarium defendere conẽtur: aſſeuerantes, nec in hac deceptione peccatũ ſub-

subesse, nec teneri quem ad restitutioné: hac potissimum ratione, quod ius Canonicum, (cuius principalis est intentio, vt animarum saluti, cósulat, vt est tex. in. d. c. 2. de cóstitu. & ex autoritatibus veteris, & noui Testamé ti, processerit. c. qualiter. 2. de accusa.) approbet huiusmodi contractum, in quo interuenit deceptio intra dimidium iusti precij, d. c. dilecti, &. c. pen. de emptio. & vendi. Nam illa iura, in iudicio forensi loquuntur, in quo, & si læsio intra dimidiam contingens, minime rescindatur, non tamen inde sequitur, permissum esse de iure Canonico, contrahentibus, se intra eandem quantitatem lædere: ita quidem, vt ea permissio licita sit. Nec enim sequitur, actus hic iure non punitur, neq; rescinditur, ergo, & is licitus est.

127 ¶Plura & enim, non omnia quæ illicita sunt, puniunt, nec punire tenentur. Nec actionem itidem dare aduersus eum, qui iure naturali & iusta ratione, quid agere, vel restituere debet: possunt sane hæc, plerisq;, quibusdam ex causis ommitti, & dissimulatione quadã, tolerari, qualia sunt Lupanaria, semisses vsuræ, concubinatus, & alia, quæ iuste interdum dissimulantur, & permittuntur: vt notant scriben. in c. inter opera, de sponsal. Alexan. Ales 3 part. summæ, quæstio. 46. sanct. Tho. in. 2. 2. quæst. 10. arti. 11. Ioan. Dried lib. 1. de libert. Christia. cap. 2. pagin. 112. Alphon. á Castro, aduersus hæreses, verbo, peccatum, hæresi. 7. & Ioannes Coriasius, Tholosan. lib. 1. Miscella. cap. 4. & latius Pet. Rebuf. in. 1. Tom. Cóst. reg. in proœm. gl. 1. nu. 37. cũseq. Satisq; est, ea leges prouideant, quæ ad hominum conuictũ, & Reipublicæ integrum ac illæsum statum attinent: secundum eundé Thomam, in. d. quæstio. 77. arti. 1. & tradit Couarruu. in Epitom. in. 4. Decretal. part 1. cap. 4. nu. 9. & de actionibus aduersus ingratos, & pacto nudo iure ciuili ommissis, ac interdum negatis, in. c. cũ in officijs. nu. 10. de testamen. Nec ius positiuũ de facto statuit, licere vendenti, & ementi se decipere citra medietatem iusti precij. Nam leges ad hoc sonantes, nõ dant licentiam excedendi latitudinem iusti precij, sed solum disponunt, quod non detur actio decepto taliter, dummodo non sit vltra dimidiũ iusti precij deceptus. Et dato quod dedissent licentiã prædicto modo contrahendi, & illud etiam statuerent, non excusarentur taliter contrahentes, cum Legislator, de alienis rebus non habuisset disponere: vt notat hac in specie Conrrad. in. d. tract. de contract. quæst. 56. cócl. 5. Nec, disputatiue loquédo, videatur quod potuissent leges illæ licentiam dedisse: ex quo decipere proximum, & contra iustitiam commutatiuam agere, contra legem sit naturæ, contra quam, nihil valet lex positiua disponere (vt infra latius ostendetur) Et quia secundum Augustin. in lib. 1. de libero arbitrio, in legibus temporalibus nihil iustum est, quod nõ ab æterna sibi deriuauerint homines, nutrirentq; leges illæ peccatum, cum per eas homines excitarentur ad decipiendũ, & ad mala fide, res alienas acquirendum: quare rationabiles non essent, & consequenter non excusarent.

128 ¶Præterea, nostra assertio verissima est: & manifesta constat ratione, quæ dictat, naturali lege, in contractibus commutatiuis, à Republica, & hominum moribus, in vtriusq; vtilitatem institutis, re ipsa, exactam, & summã æqualitatem requiri, ex iustitia commutatiua partis, ad partem: secundum Aristotel. lib. 5. Ethicor. cap. 5. & lib. 1. Polit. c. 6. Quo fit, deceptionem istam, omnino esse, contra virtutem iustitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate consistit: illiusq; Paulo ante citati de iure Diuino, & naturali præcepti: Quod tibi non vis, alteri, ne feceris: Siquis igitur ab hoc iustitiæ medio recesserit, declinans in vitium peccat: & ad restitutionem tenetur. Et inde cum valor naturalis rei, validior sit, & perfectioris existentiæ, secundum speciem, Qui fanecam tritici, communi æstimatione, valentem quinq;, & pro hoc precio communiter vendi solitam, pro nouem argenteis venderet, contendens sibi id licere, secundum taxam præsentis Pragmaticæ, peccaret meo iudicio: & ad restitutionem teneretur notabilis huius excessus: siquidem iuum fuerit contradictum præceptum, ac æqualitas iustitiæ, in hac specie non seruetur, cum per venditorem exigatur precium excedens valorem mercis, & huiusmodi venditio, plus sit in rem venditoris, quam emptoris: vt not: Conrra. d. tract. de cõtract. 3. par. q. 57. conclu. 1. Ac in vitium notabiliter inclinet.

129 ¶Vitium vero intelligo, quando læsio, & si intra dimidiam, notabilis esset. Et quæ non paruum causaret detrimentum: (vt in principio huius glosæ, & in textu supposui) secus autem quando modica esset, paucíq; momẽti, quo in casu antedictus venditor non peccaret, & procedere, ac concordari meo genio possent, proxime citati doctores, qui nostræ aduersantur conclusioni. Et ita accipienda est

est ad glosa, verbo, cum multum, in d.c. si culpis, 16.q.1. quæ dicit in contractibus decipere non esse peccatum: aliás saluari non potest. Atq; etiam concordari potest glosa notab. in §. hoc ius, 10.quæst.2. quã ibi sequitur Archid. & dicit singularem Romanus, in singul. 755. incipien. tuscis, & Bertachin. in tracta. de gabellis, 2.par. princip. 8. quæstio. in fine, dum scribit quod licet lex dicat, quod contrahentes possunt se inuicem decipere. Ecclesia tamen, nõ debet rem vendere pluris quam valeat. Ac ita est accipiendum quod tradit Francis. Marcus, in decis. 540. nu. 34. cum seq. part. 1. Et sic intelligenda, & practicanda est communis opinio.

130 ¶Quæ etiam procedit huiusmodi, (& ex infra dicendis in 3. conclusione) intellecta, non solum, vbi scienter quis in commutationibus proximum inscium, & ignorantem iustũ rei valorem lædit, ac decipit, sed etiam si quis bona fide, existimãs se iusto precio emere, aut vendere, alterum etiam intra dimidiam læserit: vt exemplo esse potest, illis in vasis argenteis, quæ ab Indijs occidentalibus de Peru, annis proxime elapsis, hic Hispali fuerunt allata, & vendita pro precio, quo vendebatur, tunc argentum purum. Cum tamen illa vasa místuram haberent auri, (vt postea quando conflabantur, apparuit,) quare multo pluris valebant: vt quamuis emptores, & venditores, tempore contractus, & traditionis, id ignorarent, & bona fide se iusto precio, & pro eo, quod tunc valebat argentum, emere, & vendere existimarent: qui ea, ita emerunt vasa, restituere venditoribus deberent, quod ratione illius auri, postea reperti, argentum illud magis valebat: vt notant Scotus in. 4. sententia. d. dist. 15. quæst. 2. Sanct. Antoni. Archiepi. Florent. in. d. 2. part. tit. 1. cap. 16. §. 3. Conrad. de contract. lib. d. quæst. 57. Conclus. 5. Caietan. in. d. c. 12. Adrian. in. d. art. 3. Anton. & Panorm. in. d. c. quia plerig; de immun. Eccles. quorũ opinio communis est secundum reuerendiss. Couarru. lib. 2. variar. resol. d. c. 4. pagin. 425. in paruis. Et ea probatur ratione, qua constat, quem ad restitutionem teneri, postquam se proximum læsisse cognouerit: quia rem alienam detinet, inuito domino, & causa detentionis iniquæ, ad restitutionem tenetur.

131 ¶Sicut is qui bona fide rem aliquã adquisiuit, & habuit ab eo, quem dominum esse existimabat, si nondum completa vsucapione, sciuerit rem illam alienam esse, nec domini consensu sibi traditam, tenetur omnino eam domino restituere: vel ratione detentionis iniustæ, domino inuito (præsumitur namq; semper id contingere domino renuẽte. l. qui vas, ff. de furtis) vel ratione ipsius rei, quia aliena est: iuxta erudite tradita per Thomam, & Caietan. in 2.2. quæst. 62. ar. 1. 4. & 6. Et ideo, cum is qui bona fide contraxerit, postmodum cognouerit, re ipsa proximum læsisse, tenebitur ad huius læsionis restitutionem: & compensationem: quãdoquidem ad eum peruenit, vel res ipsa empta, vel pecunia, quæ iustum precium excessit. Quod tamen Aretinus, in. d. c. cum causa. nu. 12. & Burgensis, in. d. c. Cum dilecti, 5. col. nu. 22. non probant: quia post quã semel dominium sine peccato translatũ fuerit, licet superueniat scientia rei alienæ, non sit obligatus restituere:

132 ¶A simili præscriptionis semel completæ bona fide, quod si superueniat mala fides, non tenetur quis rem præscriptam restituere: vt est communis opinio, secundum Angel. in. l. 1. pen. col. C. de iudic. Imolam, in. c. fin. nu. 30. de præscriptio. Felin. in. c. vigilanti, nu. 11. eod. tit. Balb. in, de præscriptio. 2. part. 3. partis principal. quæst. 9. & eundem Didacum de Couarru. in regul. possessor, de reg. Iur. in. 6. part. 3. §. 2. quam etiam tenent Thomas, in quodlibe. 12. arti. 4. Conrad. de Contract. quæst. 15. conclusio. 3. & 4. Et opinioni Aretini, & Burgensis subscribere videtur Gometius in. d. c. 2. nu. 10. de constitutio. Sed & ipse Burgensis, in. d. nu. 22. testatur huic præscriptionis argumento, responderi non posse.

133 ¶Quidquid tamen sit, à nostra conclusione recedendum non arbitror. siquidem quando notabilis sit (supra vt aduertimus) intra dimidiam deceptio, re ipsa esse dicatur: quæ & deceptioni ex proposito, æquiparatur. l. si quis cũ aliter, & ibi, not. Iason, in prin. ff. de verb. obli. l. 2. ff. de doli exceptio. perquæ iura id probat Anchar. in Consil. 39. incipien. pro clariori decisione, & Panormit. in Cõsil. 8. incip. tria ad decisionem. 2. col. & in Consil. 107. incip. quatuor sunt, in 2. dubio, vol. 2. Decius, in Consil. 180. incipien. visa renunciatione, 3. & 4. col. Et licet illa iura communiter doctores intelligant, de deceptione vltra dimidiam, illud obtinet in foro contentioso, in quo non omnis conscientia, est purganda. quæstio vero nostra est in foro, & puritate conscientiæ habito respectu, solum ad DEVM, & læsioné proximi, contra cuius voluntatem res retinetur. Ac nemo ambigat illum iniuriam pati in huiusmodi læsione notabili. Quodq; illud

(cuius

(cuius sæpe meminimus) præceptum Diuinũ & naturale, hoc ipsum admoneat, cũ ita notabiliter læso fiendum, quod ipse, vice versa, velet lædens, si ita ab alio, vel eodem proximo, in illo læderetur contractu: Et quemadmodum hoc damnum resarciri sibi optaret, pari formi profecto ratione eandem teneatur resarcire læsionem: ne contra æquitatem naturalem durescat, argumen.l.vt vim, cum ibi notatis, ff.de iust. & iure. obidq; collectio non concludat, de foro iudiciali contentioso quamuis Canonico, (supra vt notauimus) ad forum Conscientiæ, in quo veritas quocunq; sit tempore, omnis erroris est correctiua: & in quo lege DEI, non autem lege huius seculi, viuimus.c.filius noster, de testamen. vnde superueniente scientia rei alienæ, induci debet correctio fidei putatiuæ, super falso fundatæ.d.reg.possessor, & reg. peccatũ de reg. iur.in.6. Quo fit, vt contrariam, in ipsa præscriptione sententiam, & quod superueniente mala fide, teneatur quis rem legime præscriptam restituere, docuerit Panormit. vtriusq; fori peritissimus, in d.c.quia plerique, de immun. eccles. Bartol. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, denunciationem.2.col Antõ. de Butrio, in.d.c.vigilanti, de præscriptio. Ioan. Andre.in.d.reg.possessor, Petrus Philip. Corne. in consil.251.incip.in hac consultatione, nu.4. vol.3.(qui alios citat) & Frater Geraldus, ac plures Theologi, per Angelum relati, in d.l.2. de iudic.nu.59. Summa Rosel.in verbo, præscriptio, & dicit communem opinionem esse Theologorum, Ioannes Banchel, in breuiario sexti libri, in d.regul.possessor, in fin.quæsti. Sed & Andreas Alciatus, de quinq; pedum præscriptione, nu.43.&. 50. hanc opinionem afirmatiuam, vt restituere teneatur, veriorẽ esse multis verbis cõtendit. Item dato, quod contraria opinio Negatiua, Paulo ante relata, communior esset, & verior; (quam etiam Scotus tenet in 4.senten.dist.15. Archiep. Florent.in.2.part.princip. siue summæ Theolog. tit.1.cap.7. sanct Bernard.in dict.lib.de Euangel. æterno, sermone, 37.cap.1.&. c.3. &.4. Adrianus in suis quæstionibus, & Alij multi per Andrẽ. Tiraquel.ad etiam tenentem, citati, de præscription. in glo.2.ad finem.) Adductum de præscriptione argumentum, super quo Areti.n.& Burgensis fundantur, nostræ admodum non refrægatur conclusioni, cum solum procedat, in ipsa diutina, & longi temporis præscriptione, bona fide incepta, & completa, per quam funditus absortum est omne ius eius, contra quem fuit præscriptum: ita vt de cætero qui sic præscripsit, non habeat scientiã rei alienæ, sed suæ, Ita quod iudex, cui directum est rescriptum, vt procedat cum summa æquitate, non posit tollere in vim huius clausulæ, ius, quæsitũ præscribenti, per præscriptionem: vt post alios Pet. Rebuf. tradit, in 2.Tomo consti.Regia. tit.de resciss. contract. art.vnic.gl.19.in fine.reprobata cautela Chasenei, in consuetudinibus Burgund. rubr. des forestz.§.8 glo.2 circa finem, quæ iniquũ præsidiũ est; teste Bal.in.l.1.C.de præscrip.30.anno. Socin.in cons.86.incip.Consilijs, col.pen. vol.1.& in consil.166.incip.in causa, col.pen. in.2. vol. & Felin.in rubri.de præscript. col.2. ideoq; secundum Rebuffum ibidem, in praxi non seruatur.

134 ¶Nostra quæ assertio, non supponat huiusmodi præscriptionem iam finitam, & lapsum esse cum bonafide, & alijs requisitis tempus, quod ad eam requiritur, quando talis superuenit scientia: & tunc dubium non sit, quin huiusmodi detinens, post quam ciuit alienũ, contra conscientiam detineat, cum sciat ad alium pertinere. §. furtiuæ, instit.de vsucap. Quicquid Michael Centifontanus, Conetur, in leg.63. Tauri, dicens, hodie cum mala fide procedere præscriptionem: cuius dictum omnino falsum est. Et eodem laborat morbo, quod notat Rodericus Suarez, in.l. post rem iudicatam, versic. sexto principaliter, ff.de re iudica. quos etiam nouissime carpit, Petrus Nunus Auendanus, in 2.parte de exequend. Princip. mandatis, cap. 30. ante nu. 12. bonus est tex.in.c.fin.de præscriptio. ex quo notatur præscriptionem cum mala fide, minime valere in foro Canonico, & ciuili, & probatur, in d.reg.possessor. Nec vlla ratio quæ vera censeri posit, aut rationis nomine digna sit, adduci poterit vnquam, vt ex eã permissum cuiquam sit, rem alienam sibi tempore acquirere, si is malitiam, & culpam in eius possessione habuerit. Alioqui lex Humana tyrannidi, & crimini fomentũ daret, quod ab ea alienũ ita oportet esse, vt potius malæ fidei possessores puniat, quam defendat.

135 ¶Vnde nec præscriptio immemorialis temporis, cum mala fide procedit, vt notat glosa verbo, nisi, in.ca.de præscriptio. lib. 6. & ibi Francus, col.fin. Angel. Aretinus, in.d.§. furtiuæ, in prin. Anton. Rubeus, in Consil.13. incipien. viso eleganti consilio, nu. 14. Orlandus de Curte (inter Consilia Calcanei,) Consil.6. incip. secundum ea, col.pen. Bartholome. de

Vulpis de Soncino, inter Consilia eiusdẽ Calcanei, Consil.53.incipien.fons oritur, Angel.in l.qui luminibus, ff.de seruitu.vrba.prædio. Aymon Crauet, in Consil.146.incip. respondi de iure, nu.2.Francis.Balb.in.d.trac. præscriptio. 2.part.3.part.princip.quæst.6.col. 5. Matheus de Afflict.in decisi.368 incip.in causa nobiliũ, nu.10.Capitius in decisio.4.col.7.quorum opinio communis est, secundum Alexand. in. leg.cum aliquis, C.de iure deliberan. Et aperta fundatur ratione, quia peccatum non tollitur ex temporis antiquitate, imo peccatum quo antiquius, eo grauius dicitur. c. non debet, in fine, de consang.& affin.

136 ¶Ideo Dynus, in.d.regul.possessor, nu.5.scribit, quod ille qui habuit malam fidem tempore possessionis inchoatæ, & continuatæ, nullo temporis tractu, aut continuatione præscribit: etiam si centum annis, vel vltra possessionem continuet: quod probant Panormit. in.c fin.notab.1.de constit.Domin.in.c. Sacrosancta, 22.distin.& Felin.in.c.cum nobis, col.1. de præscriptio. Quicquid Conentur Saly.in.l. 2 nu.8.C.de seruit.& aqua, Decius in.l.traditionibus, col.3.C.de pact.& in Consil. 496.incip.in causa domini operarij, nu.5. & in Consil.638.incip.Communitas Spediæ, nu.4.Nicola.Boærius, in decisio.39.nu.7.asseuerãtes posse malæ fidei possessorem, rem aliquam tempore immemoriali præscribere malafide, quasi tanti temporis vis, vitium male fidei remittat: vti opinatur, (licet non iure) Curtius Iunior, in consil.52.incip.circa controuersiam, 4 col.nu.11. id sibi astruens, ex Bart.in.l.vltim. C.vnde vi.

137 ¶Scribente, præsumptionem malæ fidei, tolli, & purgari possessione triginta annorum, quem, quã plures sequuntur doctores, à Couarru.citati, in.2.part.d.reg.possessor, §.8.nu. 3.Qui subiungit, id procedere, etiam si appareat, alium eiusdem rei, fuisse olim antiquiorem possessorem: & possedisse tempore, quo præscribens, eandem propria autoritate fuerit ingressus, esseq; hanc communem opinionem ex Claudio, nu.31.& Balbo.3.part.col.6. in.l.Celsus, ff. de vsucap. Quæ licet vera sit, solum tamen obtinet in præsumpta mala fide, cuius præsumptio, possessione triginta annorum tollitur. Non autem si probatum sit possessorem, vere malamfidem habuisse: quo in casu, nusquam vitium istud remittitur a possessione. Nec locus in eo erit Bartoli opinioni, quæ re vera de præsumpta mala fide agit, non de vera, vt notat Francis.de Aretio in consil.153.incip.consultatio, proposita, col. fin prope finem, & optime Aymon Crauet, in tracta.de antiquita. tempor.4 part.versic. materia ista.nu.20.& sequen. Qui in eadẽ, 4. parte, versic.absolutis, nu.59. probat, immemoriale tempus nõ inducere iusti tituli præscriptionem: si constet, de titulo vitioso, & iniusto: post Paulum de Castro, (quem ibi citat) in Consil.424. col.2. versic.in contrarium facit, part.2. quia secundum eundem Aymonem, in.d versic.materia istã, nu.3. ex hoc vitioso titulo, & iniusto, mala fides apparet. Atq; ideo immemorialis præscriptio, vim propriam amittit, propter malæ fidei vitium. Et ita procedunt, & intelligenda sunt, inuolute tradita per Otalor in tractat.nobilitat. 3. part. capit. 7. numero. 15. &.16. & in 2. part.3.princip.nu.7. Et idem censendum est quoties de initio, & primo titulo constat: cũ eo casu, nõ de pscriptione immemortali, sed de titulo, eiusq; viribus, quas habuit, quasq; ex cursu tanti tẽporis habere iure possit, agatur

138 ¶Ex quibus infertur, non bene sibi constare doctissimum Menchacensem, dum in capi.5. nu.10.lib.1.quæstio.vsu frequen. Carpens glosam communiter receptam, in.d.reg. possessor, asserit, præscriptionem triginta annorum procedere cum mala fide, & scientia rei alienæ. Quæ opinio, salua tanti viri pace, suspecta est: vt deducitur etiam ex Alexandro, in consil.99.incip.videtur prima facie, col.1.vol. 4.Et eodem Menchacen. in libro, de successio.Creatio.§.10.nu. 33. dum taxans glosam, in.d.c.fin.de præscription.communiter reprobatam, in eo, quod præscriptio tricennalis, de iure ciuili procedit, innuit, non posse præscriptionem cum peccato perfici, sed nequæ etiã inchoari.

139 ¶Apparetq; inde, veram non esse distinctionem, & differentiam, inter actiones personales, & actiones reales: vt licet actiones reales non possint præscribi, cum mala fide, tamen actiones personales etiam cum mala fide possint præscribi: quam tradit, & tenet Barto. sibi Constans male: in.l.sequitur, §. si viam, ff. de vsucapion.& in.l.1.eiusdem tituli, & in.l. hæc autem iura, ff.de seruitut. vrban. prædio.Hostien.in summa, de præscriptionibus, rerum immobilium, §.quæ res, colu.1.Romã. in.d.§.si viam Ægidius, de Bellamera, in.d.c. fin.de præscriptio.nu.6.vbi Felin.in.1.col. plures alios congerit, & Latius Balbus, in.d.tracta.præscriptio.2.part.3.part.princip. quæsti. 13.Decisio Tholosa.73.Corne.in Consil. 206. incip.

incip. circa thema, vol. 2. & in consil. 296. incip.
in præsenti consultatione, vol. 3. Aduersus
quos, vrget text. in d. c fin. & c. vigilanti, de
præscriptio. vbi expressim cauetur, actiones
personales, ab eo qui scit debitorem se esse,
præscribi non posse, non magis quam res cor
porea, ab eo possessore, qui scit eam esse alie
nam. Et illæ inibi præscriptiones damnantur,
quæ cum peccato mortali procedunt: vt il-
lud euitetur peccatum. Et cum ille, qui scit se
alteri debere centum actione personali, ha-
beat semper conscientiam Læsam, quod illa
quantitas, per eum alteri debetur, & quod te
netur eam aliquando, restituere sub peccato
mortali, consequens est, non posse hunc præs
criptione cuiuscunq; temporis, se tueri & a
redditione illius debiti se excusare. Vnde a-
ctiones personales præscribi non posse á de-
bitore, qui scit se debitoré esse. Nec eas præs-
criptiones admittendas esse, cuiuscunq; tem-
poris sint, contra præfatos doctores asserũt
Anchar. & Francus, in d. reg. possessor, post
glosam, ibi Alexan. in d. Consil. 99. col. 2. & in 29
Consil. 102 incipien. visis & ponderatis, ad fi-
nem, vol. 1. Anchar. in. Consil. 5. incip. pro par.
nu. 6. Francis. Marcus, in decis. 436. nu. 1. part. &
Paul. de Castro in consil. 98. incipien. in causa
appellationis, 2. col. nu. 4. par. 2. (vbi testatur
dictam decisionem Bartoli communiter re-
probari: ipsumq; Bartolum (sibi aduersãtiũ)
contrarium tenere, in l. omnes populi, 3. quæ
st. princip. ff. de iust. & iure.

140 ¶ Et hanc nostram sententiam sequuntur
& fatentur communem, Ioan. de Imol. nu. 19.
& Felin. col. 2. in. d. c. fin. de præscriptio. idem
Imola, in d. §. si viã, Balbus in. d. quæst. 13. Ioan.
Crottus, in. d. l. omnes populi, conclus. 11. & in
l. nemo potest. fol. ante pen. & ibi Ripa, num.
116. de lega. 1. Ludoui. Gometius, in prin. de a-
ction. nu. 68. Hieroni. Gratus, in respon. 41. in-
cip. quæritur an præscriptio, col. vltim. libr. 1.
Menchacen. in. d. §. 10. nu. 29. & post. Mathesi-
lan. in notab. 23 incip. nota quod omnes leges,
Fortunius, de vltimo fine vtriusq; iuris, illa-
tio. 2. Ex quorum dictis duo sequuntur. Pri-
mum, opinionem glosæ, in. d. c. fin. de præscri
ptio. tenentis leges Ciuiles, quibus præscrip-
tio cum mala fide permissa est, non esse iure
Pontificio sublatas: nec correctas: sed vim le-
gum in foro ciuili, & Laicorũ habituras, quo
ties in iudicium fuerint pro litigantium iure
adductæ: ita tamen, vt nihilominus in animæ
iudicio, & in foro Pontificio, teneatur ad re-
stitutionem, qui mala fide præscripsit, omniũ
iudicio communiter improbari: Nam ex quo
peccatum, ob malam fidem, hac in præscrip-
tione committitur, proculdubio, nec in foro
Pontificio, nec in foro Cæsaris, & Seculari, ad
mittenda est. vt est tex. optimus in. d. c. vigi-
lanti, & in. c. fin. de præscriptio. & in. c. nouit,
de iudic. Secundum, quod statuta Italiæ, Le-
gesq; Imperiales, de præscribendis actionibus
personalibus, ab his qui sciunt, se veros debi-
tores esse, minime valent: nec vim vllam ob-
tinent, ob peccatum, & malam ipsius præscri
bentis fidem: quod & Barto. in. d. l. omnes po
puli, nu. 24. & Balbus, in. d. 2. par. quæst. 14. te-
stantur: communisq; est opinio, huiusmodi
(si quæ sint) leges, præscriptionem cum ma-
la fide approbantes, sublatas esse iure Ponti-
ficio, ob peccatum euitandum. Nam vbi de
peccato vitando agitur, lex secularis cedit,
& subijcitur Pontificiæ, quo ad vtrumq; fo-
rum: secundum glosam ordinariam, in. d. reg.
possessor, quam ibi sequuntur Francus, & do
ctores, Felin. in. c. 1. col. 8. & in. capit. Ecclesia
sanctæ Mariæ, 16. col. de constitutio. & in. c. in
causis, 2. col. de testib.

141 ¶ Interquas, ex iure Cæsareo, ad luci solent
constitutiones, quæ statuerunt, præscriptio-
nem triginta, vel quadraginta annorum, etiã
cum mala fide procedere: & vim præscriptio
nis obtinere. l. siquis emptionis, §. 1. & l. cum
notissimi, C. de præscrip. trig. vel quadragin.
anno. l. 21. tit. 29. part. 3. quæ in personalibus, &
Realibus actionibus loquuntur. Et aliæ, quæ
de actionibus tantum personalibus, præscrip
tione temporis excludendis, tractant, præser
tim lex. 3. & 4. tit. 13. lib. 3. ordina. Reg. & l. 63.
Tauri, quamuis posteriores hæ Constitutio-
nes, palam malæ fidei præscriptioné, nec ad-
mittant, nec refellãt (Et licet dicta lex. 3. dũ
respondet, primo decennio actionem perso-
nalem tolli, accipiatur, & practicetur com-
muniter, vt actio personalis simplex, absq; iu
re exequutionis competens, decem primis
annis tollatur, non sic actio personalis, cum
iure summariæ exequutionis contingens a-
qua, licet primo decennio, ius exequutionis
tollatur per. d. l. 3. manet tamen actio perso-
nalis salua, in aliud decénium: vt in. d. l. 4 pro
batur & in. d. l. 63. Tauri, (ita intelligéda) in pri
ma eius parte, vt post Rodericum Suarez, &
Conarrum. (ita intellectos,) Fernandus Vas-
quius Menchacen. annotat in. d. §. 10. de suc-
ces. creatio. §. 10. nu. 31. qui eos citat.)

142 ¶ Satis est, quo ad institutum nostrum, his
Regijs legibus, & cap. 125. Comitiorum Madri
tiorum

tiorũ ann.1528.de mercede famulorũ nõ exigẽda post trienniũ,ab eo die quo à famulicio cessarũt:nisi probauerint,intra id triennium,à dominis stipendium petijsse, probatã & receptã esse præscriptionẽ actionũ personalium, quæ raro absq; mala fide potest contingere. Qua propter (omnisis interpretationibus, quas Adrianus adducit,ad harũ legũ defensionẽ,in.4.sententiarum,tracta.de restitu.tit.de præscrip.& in quodlibet.6.art.3.)quæ(vt ex eisdẽ cõstat)nõ quadrãt:cũ certissimi iuris sit nõ posse cõstitui præscriptionẽ,nec procedere cũ sciẽtia rei alienæ , etiã si possessor nullũ crimẽ,nec culpã mortalẽ cõtraxerit , ex eo, quod nõ restituit rẽ, & differre possit eius restitutionẽ,ex quo sciẽtia rei alienæ,vel pecuniæ debitæ,impediat præscriptionẽ. Quicquid conẽtur Panormit.in.d.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ,nu.36.& in.c.quod Clericis, de foro cõpetẽ.nu.44 Corneus,in Consil.176.incip.ad euidentiã col.3.vol.1.& in Consil. 277.eiusdẽ initij.vol.4.Socin.in Cõsil.203.incipiẽ. capiendo col.2.vol.2.Andre.Tiraquel.in.l.si vnquam,in verbo,reuertatur,nu.310.C.de reuocã. donatio.Aduersus quos tex est in.d.c. fin.de præscriptio.vbi, & eos reprobant Imola,col.21.& Felin.nu.3.& Couartu.in.c.9.nu.5.lib.1. varia.resol.Et si fatendũ sit,Leges Ciuiles,& Seculares permittẽtes præscriptionẽ cũ mala fide vel actionũ realiũ,vel personaliũ,antiquatas & correctas esse iure Pontificio, ita quidẽ,vt nec in foro seculari seruandæ sint: Tamen ne præfatæ Leges Cæsareæ , & Regiæ , omnino antiquatæ,& sublatæ cẽseantur,aut iniquitatis vitio notẽtur,dici optime posse,per dictas leges seculares,debitores , aut rerũ alienarũ possessores,minime cõsequi titulũ, aut ius aliquod,quibus ex ratione rectæ iustitiæ,liberẽtur à restitutiõe eius, quod vel alienũ est,vel alteri debetur. Et ita procedit,& accipiẽdum est quod nouissime Paulo antecitatus Pet. Rebuf.tradit,in.2.Tomo cõstitutio.Regia.tit. de famulorũ Salarijs,glo.10.nu. 8.in materia eiusdem capit. 157. quod non procedit in foro conscientiæ,quia si Dominus sciat se famulo debere,non est tutus quod ad DEVM quia possessor non præscribit , cum mala fide.

143 ¶Nã quãuis lex humana, hac in specie iudicialẽ exactionẽ prohibeat,& repellat,nequaquã tamẽ ius tribuit possessori, nec debitori, ad rei alienæ acquisitionẽ:solũq;,harũ legum decisiones posidẽtibus,&præscribẽtibus prodesse,vt in dubio nõ probata ab actore mala eorũ fide,præsumatur in foro iudiciali, bona fides:ea quidẽ præsumptione,quæ fit iuris, & de iure. Nec vllam admittat contrariã probationẽ,præter Cõfessionẽ partis,secundũ glosam,verbo,priuilegiũ,§.dedimus, in authen. de æqualit.dotiũ, col.7.& in.l.in Cõtractibus C.de nõ nũ.pec.& in.c.1.de Cõfes.lib.6.Cynũ & alios,in authẽ.sed iam necesse,C.de donatio.ante nupt.& Roderi.Suarez,in.d.l.post rẽ iudicatã, versic.sed pulchrũ dubiũ , nu.4.fol. (mihi)157.id adducentẽ ad intellectũ leg.5.ti. 8.+De las excepciones+,lib.3.ordin.Regia.Et tenentẽ in.nu.6.&.12. quod si elapsis decẽ diebus,per dict.legẽ asignatis ad probandũ , ille cõtra quẽ petitur exequutio,deferat iuramẽtũ actori,quod cõpellitur iurare,tam decisorie,quã de calumnia:seq; ita multoties practicasse,& obtinuisse.quod & Felin.tenuit in rubri.de probatio.nu.6. dicens hanc veram esse declarationem.

144 ¶Hac inter alias ratione, quod licet via probãdi sit præclusa,admittitur probatio per Cõfessionẽ aduersarij:vt notãt glosa, verbo,aduersarij,in.d.c.1.de Cõfes.& Bal.in Authẽ.sed nouo iure,pen.col.C.si cert.pet. Sicq; accipiẽdus est ipse Pet.Rebuf.dum in.d.tracta. de famulorũ Salarijs,glos.12.scribit, quod præclusa via agẽdi per statutũ,si famulus prætenderet vltra tres annos, pecuniam sibi debitã,& super hoc vellet stare iuramẽto dñi,anplures annos deberet, teneri dñm iurare , quia vult eũ facere iudicẽ & partẽ , quod est singulare ad intellect.dict. cap.157.Et ita procedit.glo. singularis,in.l.1.C.de non nũ.pec. & glo.magna,in.l.si ex cautione,eiusdẽ tituli, dũ dicit, quod etiã si debitor renunciasset exceptioni non numeratæ pecuniæ,tamen potest creditori facere positiones,& se iuuare ex confessione eius,quod,& Saly.voluit,in.d. Authen. sed nouo iure fin.col.Sic , & illud Baldi accipiẽdum est dictũ,in.l.eumqui,§.1.in fin. verb. ff.de iure iurand. quod cum iuramentum nõ sit species veræ probationis, sed præsumptionis, vt ibi est casus,licet statutum, vel iudex, repellat veras probationes, tamen nõ intelligitur repellere iuramentum: id est probationem,quæ fit per iuramentũ.Et ibi respondet ad. §. illo , d. leg. in contractibus , qui casus tamen specialis est : nec ad alios trahendus , facit , quod idem dicit Baldus , in leg. si vnus,§.pactus,pe.colun.ff.de pact. versic. ex prædictis , quandam glosam illius Legis, esse in argumentum ad statuta , quæ dicunt non posse opponi,nisi certas exceptiones,nã

quælibet exceptio apparẽs p cõfeſsionẽ, erit valida, vi cõfeſsionis. cũ cõfeſsio in iudicio, faciat ius: ſecus de alijs probationibus. Et in noſtra ſpecie, per cõfeſsionẽ ipſius dñi debitoris, admittendã eſſe probationẽ, Ludo. Romanus probat in Cõſil. 102. incip. ſuper eo. 2. col. nu. 4. Feli. in. c. fin. 5. col. nu. 7. verſ. ſic. dixit etiã, de præſcrip. Hierony. Gratus, in reſpõſ. 41. incip. quæritur an pſcriptio, 3. col. nu. 28. cũ ſeq. & in reſpõ. 83. incip. pũctus difficultatis, 2. col. nu. 10. lib. 1.

145 ¶Scribẽs etiã, ibi, nu. 11. cõtra præfatã iuris, & de iure præſumptionẽ, ſufficere cõfeſsionem partis tacitã, & præſumptã ex Barto. qui hoc ſingulariter tenet, in. l. abſentẽ, vltim. col. ff. de pœnis, ante nu. 5. ibi, quia iſta ficta cõfeſsio tollit præſumptionẽ iuris, & de iure, quæ inducebatur per ſtatutũ, á Felino (hoc Latius proſequẽte) cũ alijs relato, in. c. quãto, 3. col. nu. 3. cũ ſeq. de præſumptio. bonus eſt tex. l. 2. & ibi Bald. C. de interdict. mat. l. quoniã, ff. de ijs qui notãt. infam. Et quod tradi ſolet, cõfeſsionẽ fictã, idẽ operari, quod verã. l. 2. & l. eius qui delatorẽ, ff. de iure fiſci (& diximus Latius in fundamẽ. 10. parte. 1. prælectio. l. 5. tit. 3. lib. 7. ordina. Reg. nu. 10. cũ ſeq.) vnde cũ ex. l. 1. tit. 3. lib. 3. ordin. Reg. Litẽ nõ cõteſtans, intra nouẽ dies, à die qua petitio aduerſarij, ſibi fuerit intimata, pro cõtumace, & cõfeſſo, ex huius tẽporis lapſu habeatur, (ſiue vt apud nos recepit praxis) ex partis inſtigatione cõfeſſus, pronũcietur. l. properandũ, §. 1. C. de iudic. & ibi not. Bald. nu. 4. Huiuſmodi quãuis ficta cõfeſsio, in dictarũ legũ caſu admittatur, aduerſus illã, quã inducũt poſt lapſum terminũ præſumptionẽ iuris, & de iure. Et iudex poſsit debitorẽ ita cõtumacẽ, ac pro cõfeſſo pronunciatũ condẽnare: maxime ſi improbæ infamatus ſit conſcientiæ: (vt ibi, plenius diximus) Quod etiã procedit, nedũ in manifeſto, qui dixit ſe nõ venturũ cõtumace, aut in vero, qui apphẽſus nõ venit. l. vnic. ff. ſiquis ius dicẽ. nõ obtẽp. l. ſiquis ex aliena, ff. de iudic. l. litigatores, in prin. ff. de arbit. ſed, & in ficto cõtumace, quẽ citationes nõ apprehẽderũt, in domicilio autẽ citatus eſt, qui ex eo dicitur fictus, ad differentiã veri. Et quia ius fingit citationẽ ad ſuã perueniſſe noticiã per domeſticos, & eum per cõtẽptum non veniſſe: quod tamẽ vere nõ apparet: vt not. dd. in. l. conſentaneũ, cũ Authẽ ibi poſita. C. quomo. & quã. iud. & Latius Pet. Reb. in. 3. Tom. cõſt. Reg. tracta. de cõtuma. & deffect. art. 10. glo. vn. nu. 7. & 8. cũ ſequen. Et idẽ cenſerẽ, ſi iuſſus fuerit verbo à iudice venire, & nõ venerit per. l. 2. C. quom. & quã. iudex, vbi idẽ Rebuf. Nec enim videntur iura illa Regia, quæ probationes recipi, aut quod creditor audiatur, negãt poſt elapſum terminũ, partis confeſsionẽ excludere: ſiquidẽ poſt cõcluſum in cauſa, pbationes q; omnes renũciatas, renũciatũ minime intelligatur partiũ confeſsionibus. l. ampliorẽ, C. de appellatio. c. cũ Ioãn. Heremit. de fide inſtrumẽ. not. Bald. in rubri. C. de pbat. 2. col. nu. 5.

146 ¶Imo quod ſingularius eſt, etiã poſt peremptã inſtantiã, ſi pars ſit confeſſa, iudex ſentẽtiã ferre poteſt. Cũ per confeſsionẽ, factũ efficiatur notoriũ, & in notorijs nõ requiratur iudiciũ: vt docet idẽ Bald. in. l. properandum, C. de Iudic. & ſingul. Panormit. in. c. cũ venerabilis, 6. col. nu. 18. eod. titulo, qui loquitur in terminis ſtatuti, ſeu legis, 6. tit. 16. lib. 3. ordin. Reg. & voluit Angel. de Aretio, in tract. maleficiorũ, in parte comparuerũt dicti inquiſiti, nu. 5. verſic. Ex quibus infertur, & ex noſtris Frãciſ. de Auiles, in. c. Prætorũ, in forma ſecretæ ſyndicationis, in interroga. 49. col. 5. nu. 6 fol. 289.

147 ¶Nec etiam per paulo ante citatas Leges, quæ poſt præſcriptionem, & lapſum terminũ, audientiã negãt excluditur via agẽdi per denunciationẽ Euãgelicã iuxta formã tex. c. nouit, de iudic. ſecundũ eundẽ Panorm. notab. in. c. fin. 3. col. nu. 9. de præſcriptio. dicẽtẽ, hanc viam his in caſibus remanere: & ſpectare ad iudicium Eccleſiæ.

148 ¶Vnde ſi poſt finitã præſcriptionẽ legalẽ, ipſe præſcribẽs fateatur pecuniã ſolutã nõ fuiſſe, vel rẽ, poſſeſſam, alienã eſſe, ſemota præſcriptionis vi, licet nõ fateatur ſe habuiſſe cõſcientiã læſam, tẽpore præſcriptionis, nihilominus, præſumẽdũ erit, ipſum mali fidẽ habuiſſe, & ad reſtitutionẽ cõpellendus eſſet, niſi ab eo bona fides probata fuiſſet: vel aliqua iuſta & vrgẽti præſumptione bonæ fidei, contrariã malæ fidei præſumptionẽ eliderett: vt quando is debitor iuſte ignoraſſet, an debitum fuiſſet ſolutũ, imo crederet ſolutionẽ eius interueniſſe: quia deffuncto ſucceſsit, quẽ credit iam ſoluiſſe, vel ignorãtia hæc proceſsit, ex facto aliás alieno: ſcilicet ex facto tutoris ſui, vel curatoris, aut procuratoris, vel negotiorũ geſtoris, ſeu eius, quẽ rebus ſuis præfectum habuiſſet.

149 ¶Quibus in caſibus, Paulo ante citatæ leges Regiæ procederent, & accipienda ſunt quæ Corneus tradit in. dict. Conſil. 277. Et quod Menchacenſis ſcribit, in. dict. §. 10. num. 33.

vbi

vbi subiũgit, idẽ intelligi, si nõ tã iustã ignorãtiæ causam cõuentus habeat: scilicet, quando reuera nõ recordatur, vtrũ id psoluerit, nec ne, dũ tamen ignoret, vera quidem, & posita ignorãtia, credens solutũ: sic enim accipiendũ censeo. Nec enim Mẽchacẽsis hoc dictũ, procedere potest, aut intelligi de ignorãtia negatiua, qua quis dubitat solutũ ne sit debitum, aut nõ: vt deducitur ex Hadriano, quodlibet. 2. versic. ad secundã, & in. d. 4. setentia. de restitu. tit. de præscriptio. & Ioã. de Medina, in. d. C. de restitu. q. 10. & . 17. Et Couarru. in. d. 2. parte, reg. possessor, §. 7. nu. 3. & . 4. Ac, ex cõmuni sententia, quæ negat præscriptionẽ, à dubitãte incipere: quippe qui ita dubitans, bonã fidẽ non habeat. quicquid Panormi. conetur, in d. c. fin. de præscriptio. nu. 39. Et Mẽchacẽs. dicat, in. d. nu 33. debitorẽ tutũ esse in consciẽtia: quando ignorat, debitũ nesit, an indebitũ. Et ita etiã, intelligẽdum est, quod præallegatus Medina tenet, in. d. q. 17. quem citat, & sequitur nouissime Doctor Burgensis de Paz, in relectio. proœm Legũ Tauri, nu. 406. quod si quis æquilibre fuerit ambiguus, an rẽ quã possidet, eius, Petri ve sit, nõ constringitur, in consciẽtia, ipsam Petro tradere, & relinquere, dũ tamẽ cũ Petri rẽ illã esse constiterit, ipsi restituere sit prõptus.

150 ¶Regia q; itẽ ciuilis hæc procedit præscriptio, etiã cũ mala fide, quãdo agitur de præscribendo iure exequendi aliquẽ cõtractũ: vt ex forma. d. legis, 63. Taurinæ patet. Nã cum lex. 4. tit. 8. lib. 3. ordina. Regia. tribuat ex maximo priuilegio, illud ius exequẽdi contractibus, consequẽs est, quod possit eadẽ lex, ius exequtionis paratæ, auferre post aliquod tẽpus, ab eisdẽ cõtractibus: vt notat nũcupatim Philip. Francus, in. c. 1. ad finẽ, de præscriptio. lib. 6. & sequitur Frãcis. Balb. in. d. tract. præscriptio. 2. part. 3. part. principal. q. 14. Et in harũ legũ praxi, Roderi. Suarez, in. d. l. post rem iudicatã, firmans in vsu forẽsi, ita receptũ esse. Et enostris Ioannes Arze de Otalo. Pinciaنus, in. d. trac. de nobilitate. 3. part. 3. part. princip. cap. 4. nu. 12. scribens ius exequẽdi, in causis nobilitatis, præscribi, & omitti, tẽpore adicta lege, 63. diffiuito.

151 ¶Sic etiã, fere eadẽ ratione, præscriptio actionũ personaliũ, obtinet, quo ad vtrumq; forũ Pontificiũ, & Seculare, etiã cũ mala fide præscribentis, quoties agitur, de actionibus, à lege Ciuili inductis, & ab initio per eandẽ legẽ certo tẽpore definitione quadã restrictis: siquidẽ eadem lex Ciuilis, ad illud tẽpus eas actiones concessit, ac restrinxit: secundũ Paulũ Castrẽ. in. d. l. sequitur, §. si viã, ff. de vsucapio. Panorm. col. 3. & Felin. col. 2. in. d. c. fin. de præscrip. Balb. in. d. q. 13. Ioann. Crotũ, in. d. l. omnes populi, cõclusio, 11. & in. d. l. nemo potest, de leg. 1. Qui loquũtur, in actionibus quãto minoris, & redhibitoria, & similibus, quibus tamẽ extinctis, ad huc manet obligatio, in Animæ iudicio ad dãni cõpensationẽ: iuxta distinctionem sanct. Thom. 2. 2. q. 77. art. 4. Maior. in. 4. sentẽ. distin. 15. q. 40. arti. 3. Siluest. verbo, emptio, quæst. 19. & . 20. Conrrad. de cõtractib. quæst. 54. Caietan. in. d. arti 3. & Ioan. de Medina, in. d. lib. de rebus restituẽd. q. 34. Et est notandũ ad intellectũ. l. 65. tit. 5. part. 5. quæ tamẽ in casu speciali, in quo disponit, pcedit, ne aduersetur legi præcedẽti, 64. in prima eius parte, quæ contra venditorẽ scientẽ serui defectũ, actionẽ de dolo nõ excludit: si is qui actionẽ tẽporariã præscripsit, eo, vsus fuerit: & satis deducitur, ex. l. Iulianus, in princip. ff. de actio. empt. & in. l. qui sciens, ff. commod. & Panormit. in. c. iniustũ, de rerum permuta. & in. c. cũ contingat. nu. 24. de iure iurãdo. Angelo, & Romano, nu. 28. in. d. l. si quis cũ aliter, de verbo. obliga. post Speculator. in titu. de emptio, & vẽdi. §. nũc videndũ, versic. quid si vẽditor, & Couarru. in. d. 2. part. regul. possessor, §. 11. nu. 5. & sensit Gregorius Lupi, (ita accipiendus) in. d. l. 65. super, verbo. + No podria. + (Sic dicens, in alijs tamẽ rebus, vel vti pro fundo habente herbã pestilentẽ, vel aliud vitiũ in rebus soli, l. 1. ff eodẽ. l. in fundo, & . l. si prædiũ, C. eod. vel pro tigno, vel libro vitioso, de quibus hic nõ loquitur, & pro quibus daretur actio ex empto, forte istæ actiones essent perpetuæ, vt in. l. Iulianus, in princ. ff. de actio. empt, facta distinctione scientiæ, vel ignorantiæ venditoris. Hactenus, Gregorius, in. d. l. 65.)

152 ¶Pro cuius etiã intellectu, notãdũ est, quod siquis egerit redhibitoria, & succubuerit agere potest deinde intra ann. quãto minoris secũdũ Bald. in. l. pen. 2. col. C. de ædilit. actio. cuius dictũ, dicũt singulare; & sequũtur Cremẽs. in singu. 164. incip. post sex mẽses, & Catellia. Cotta, in memora. dictio. Actio redhibitoria

153 ¶Expendiq; etiã poterunt, leges præfatæ seculares, quæ præscriptionẽ cũ mala fide prohibẽt, in actionibus personalibus, & Realibus, aduersus legatariũ, in fauorẽ hæredis, qui scienter potest præscribere rẽ Titio legatã, tẽpore à lege diffinito, nõ obstante mala fide: secũdũ Ancha. in regul. sine possessione, 8. col. nu.

 7. in

7.in fine,de regul.iuris,in.6.dicens nouũ esse dictũ:quẽ sequũtur Socinus.in cõsi.2 in fin.vo lu.3.& Balb.in.d.q.13.& alij plures relati per Antoniũ de Fano,in tract.de pignor. 6. part. mẽb.2.nu.22.Tiraquel.in.d.verbo,reuertatur d.l.si vnquã,nu.311.de reuocãd.dona.Couarru.in.c.9.nu.5.lib.1.varia.resolutio. & Mẽchacẽ.in.d.§.10.nu.38.hãc tamẽ carpentẽ sententiã:licet immerito.Nec enim bono(quod ego videã)nititur fundamento: siquidem re vera hæc sit pscriptio,quæ nititur negligẽtia, & abiectiõe nõ petẽtis,in cuius manu est,rẽ suã amittere,abijcere,& ꝑ derelicto habere.l.1.& 2.ff.pro derelic.quibus,iuste acquiritur,res,à domino suo pro derelicto habita.Et ita accipiendus est tex.d.cap.vigilãti,dũ loqnitur de incuria,& segnitie res suas negligẽtiũ, &.l.sicut,C.de præscrip.30.vel.40.anno.Sitq; citra rẽ,dicere,in negãda hac præscriptione,quod huiusmodi legatũ,ad hæredẽ pertineat titulo hæreditario,cũ re vera is titulus verus sit, super quo fundatur ipsa præscriptio : & hæc nõ cesset,ob id,quod is adsit titulus : sed potius hac ex ausa,legitime procedat : & cũ debita,bonaq; fide.Quiq; si defficeret,præscriptioni(vt patet)locus non esset : iuxta omniũ communem sententiam.

154 ❡Secundũ quã,etiã falsam esse cõstat Baldi opinionẽ,in.d.c.fi.de præscriptio. existimantis,posse præscriptionẽ admitti,etiã si præscribens malã fidẽ habuerit , modo fiat lex, qua statuatur,leges omnes præscriptionẽ aliquã inducentes,habere vicẽ,& vim cõsensus ipsorũ priuatorũ,qui legislatoribus subijciuntur: quia in hac specie,non datur mala fides, propter consensum illius , contra quẽ præscribitur.Siquidẽ lex,non possit consensum alicuius priuati inducere,vbi,is absit , ac deficiat: Nec possit humana cõstitutio,ex hac fictione,purgare conscientiã,malæ fidei possessoris.Cũ sincerã fides, nõ simulata requiratur. Et ita Ioan.Oldendorpius,in lib. 2.variarũ lectionũ,tit.de præscriptio.ad finẽ,Bald.eiusq; nouũ inuentum,iniquitatis insimulat.

155 ❡Et ideo(vt ad id vnde digressus sum, reddeã)cum bona fides,basis sit,& fundamentũ præscriptionis,illo,per huiusmodi scientiam rei alienæ,dissoluto,cœtera,in ruinã tendũt: (vt videmus,in ædificijs corporeis,& materialibus.l.fin.ff.vnde liber.l.2.§.fi.ff. de donatio. l.adigere,§.quãuis,ff.de iure patrona).Ac reliquũ est,hũc qui præscribere cœperat, ad restitutionẽ teneri.Nec ei amplius,in mala fide constituto,præscriptionẽ patrocinari:Authẽ. malæ fidei,C.de lõgi tẽpor.præscriptio.l.Celsus,ff.de vsucapio.l.2.§.si à pupillo, ff.de vsucap.pro empt.l.cũ hæres,ff.de diuer.& tempor.præscriptio.l.vn.C.de vsucap.in prin. insti.eod.l.1.C.de bonis mater.d.c.vigilãti,&.c. vlti.de præscrip.tradit Couarru.in.d. reg.possessor,§.12.nu.2.cũ sequẽ.Et ita procedit , & accipienda est lex,12.tit.29.part. 3. & meo iudicio,intelligi debet.l.14.in prin. eiusdem tit. & lib.ne aduersetur legi nonæ præcedẽti, eodem titul.& part.

156 ❡Ex quibus etiã, & per maiorẽ infertur rationẽ, idẽ fore dicendum , quando re ipsa interuenit deceptio , sine aliquo dolo ipsarum partium,cũ proposito earũ faciendi lucrum: vt talis decipiens , in foro Animæ obligatus ad restitutionẽ remaneat.Quod & Thomas, Calderin.& Panormit.fatẽtur per Antonium Burgensem eos sequentẽ,citati,in dict.c.cum dilecti,5.col.nu.23.de empt.& vend.quicquid Aretin.cõtrariũ velit,in.d.c.cũ causa,de testi.

157 ❡Et idẽ censeo dicendũ , quando quis sciẽti iustũ valorẽ rei,illã vendiderit carius quã valeat,vel à sciente,eam emerit vilius: secundũ Cõrrad.de cõtract.in.d.q.57.& in sum.eiusdẽ quæst.dist.3.post,14.dictũ argumẽ.1.& Caiet. in.d.c. 12.quodlib. 16.q.& Reuerẽdis.Couarr. in.d.c.4.nu 11.versi.superest casus,lib.2.varia. resolut.Quicquid cõtrariũ,& nõ bene teneãt Anto.de But . in.c.quia pleriq; de immu. Eccle.Anch.in reg.peccatũ,de reg.iur.in.6. Pautha.Cald.in repet.l.2.col.38.versic. 7. & bene est notandũ.C.de res.vẽd.& Pet.Rebuf.in. 2. Tom.cõst.Reg.tract.de rescis.cõtract.art.vn. glo.14.in fine,tenentes,quod si quis emerit à vẽditore sagace,& astuto,posse, in cõsciẽtia, rẽ retinere,etiã si precium sit iniustũ,& quod etiã supplere non tenetur.

158 ❡Omnes tamen conueniunt , etiam in foro exteriori,cõtractum esse rescindendũ,vel læsionẽ tollendã,vbi dolo lædentis, aut decipiẽtis,etiã intra dimidiã cõtigerit:dolo inquã (vt aiũt)ex proposito.l.1.§.persuadere,ff. de seruo corrup.l.& elegãter,ff de dolo, dict. l. Iulianus,§.Si vẽditor,ff.de actionib.empt. Panorm.& Anã.in dicto.c.in ciuitate,de vsuris, Decius,in.c.1.nu.18.de cõstitu Et post glosam cõmuniter receptã,in dict.c.cũ dilecti,Fortunius,in.d.illation.17.Et sensit nouissime Egregius Doct.Gregorius Lup.in glo.vlti.ad fi.in l.fin.tit.vlt.part.6.subiũgens aliud valde notãdũ,quod quãdo ex aliquibus argumẽt. cõstaret de huiusmodi dolo ex proposito , videri quod agere posset deceptus vltra dimidiũ i-

sti

sti pcij, etiã post quadriẽniũ iuxta id, quod habetur in.l.6.tit.16.part.7.atq; legẽ.4.tit.7.lib.5.ord.Reg.disponẽtẽ, vt quadrienio elapso, deceptus nõ audiatur, obtinere, dolo aliter nõ pbato, quã ex quãtitate precij, esseq; enim dicendũ, quod, & si dolus ex proposito abesset læsio tamẽ enormissima cõtingeret, quod excederet nimis vltra dimidiũ iusti precij, sic deceptus, etiã elapso quadriẽnio audiatur. Iuxta dict.l.6. Neq; in hoc repugnare prælega. l.4.tit.7.lib.5.ordi.Reg. Siquidẽ illa adiectio, plus vel minus, de qua ipsa lex loquitur, sic absolute dicta, ad modicã quãtitatẽ referẽda sit, ne dict.l.4. in hoc presertim corrigat alias leges, maius tẽpus huic actioni indulgẽtes. l. hæc adiectio, ff. de verb. signi. Quod etiã obtinet quãuis vẽditor renũciasset exceptionibus doli, quod met. caus. ac omni legũ auxilio, vt post. dd. in.d.l. si quis cũ aliter, & in.d.l.2.C. res. vẽ. Marc. Mãt. scribit. in cõs.82. incip. visis. nu. 15. Et ita pcedit, & accipiẽdũ est, quod supra allegat. tradit Otalora, in trac. nobilit.3.part. 3.par. princip.c.5.nu.4. Et facit, quod, & si doliũ nõ possit pars pbare, sufficit re ipsa pbari scilicet ex ipsa deceptione. d.l. si quis cũ aliter ff. de verb. oblig. vnde licet dolus in libello allegetur, & postea deceptio pbetur, ex ipsa deceptione dolus probabitur: vt aduertit nouissime singulariter præfat. Rebuf. in.d. trac. de recis. cõtra. art. vni. glo. 9. nu. 2. Et ita accipi, & practi. potest quod idẽ Rebuf. scrib. in.1.tõ. cõst. Reg. in trac. de literis obligat. art.1. glo.9. nu.35. de exceptiõe doli, & metus, quod opponi possit cõtra instrumẽtũ guarẽtigiũ: & docet Feli. in.c. ex parte.11. fallẽ. de offi. delega. Et est noeãdũ, ad intelle.l.4.&.5.ti.8.lib.3. Ord. Reg. Quæ etiã pcedũt, quãuis res vẽdita nõ extaret, quia tũc agi potest pcise, vt suppleatur iustũ pciũ: secundũ Panorm. in specie. d. intelligẽdũ. in.c. cũ dilecti de emp. & vẽd. Vbi post Ioã. And. &. dd. asserit opinionẽ cõmunẽ esse, saltẽ Canonistarũ, & Imol. in.c. cũ causa, eod. ti. nu.19. & Pãthaleõ, in.d.l.2. col.58. & sequũtur Cremẽ. in sing. 84 Ripa, in.l. quod te, nu.11. ff. si cer. Pet. ipse Reb. in.d. art. vni. gl.15. nu. 24. & testatur seruari in

mientras otra cosa no se dize, se ha de entẽder, analogamẽte. ¶ Y de lo bueno de dar y rescebir. El que de otra suerte, segũ dicho es, lo vẽdiesse, quebrãtaria el dicho derecho na
162 tural, y es en culpa. ¶ Yansi tãbiẽ el que reuẽdiesse ala tassa, el pã, que à menosprecio ouiesse cõprado, o al mesmo precio, para reuẽder, pecaria mortalmẽte, por auer quebrãta ¶

praxi Carol. Molin. in cõsuet. Parisiẽ. ti.1.§.22. nu.42. Et ita possunt cõcordari opiniones cõtrariæ quãuis cõmunes, quas citat Pinellus in 2.par.d.l.2.nu.36.& Gometius, de cõtract.c.2. nu.22. Et limitãda est lex par.56.ti.5.par.5.(vbi Greg. in cõtrariã videtur inclinasse sententiã) Ac ita accipiẽdus est Couar in.c.4.nu.14. lib.2.var.resol. cui post Pinel. accedo. quanuis Pinellus: apud Hispanos subdubitet, in.d.l.2.
159 ¶ Circa quã, tenẽdũ etiã est mẽti, quod si quis sciẽs iustũ valorẽ rei, absq; mẽdacio, alia ve psuasiõe, eam emerit viliori pcio, etiã intra dimidiã, ab ignorãte, quod sit iustũ preciũ eius rei, cogẽdus est, qui sic læsit pximũ læsionẽ ipsam in foro exteriori resarcire: vt notat Carol. Moli. de cõtract. q.14. num.173. Et vere (ni fallor) vbi qui scit valorẽ, itidẽ scit, alterũ eius ignarũ esse: quoniã tũc plãe dolo geratur res. Nec potest frans colore vllo iusto excusari.
160 ¶ Ita vt in foro Canonico, pluribus placueri patribus, deceptũ ignorãtẽ, aduersus deceptorẽ, ex vera sciẽtia pcij, agere posse ad læsionis cõpẽsationẽ, apud iudicẽ Ecclesiasticũ. Panorm. in.d.c. in ciuitate, de vsur. nu.6. & ibi Anan. nu.8. Calder. in.c. nauigãti, 4.co. eod. ti. Anchar. in. reg. peccatũ, nu.21. de regu. iur. in.6. idẽ Panor. in.d.c. cũ causa, nu. 4. de testib. & Martinus ab Azpilcueta, Nauarrus in.d.c. nouit, de Iudic. Cor.9. nu.79. (Et vid. Quæ in ista materia infra dicemus in.2. cõclusione, in glosa, super verbo, +Costo+.)

161 ANALOGAMENTE Bart. in.l. frugẽ. ff. de verb. sig. Alexand. in l. triticum, ff. de verbo. obli. & idem Barto. in leg.1.§. de eo. ff. de aqua pluui. arcẽ. & Panor. in. c. ex multiplici, de decim. Bertach. in tract. gabell.2.part.8. part. princip. q.11. nu.17. tex. est in.l.3. tit.5. lib.1. Recopilat. nouæ leg. Reg. ibi + Talq̃ sea de dar y tomar + Ac omne Analogũ per se sumptũ stat, p famosiore significatu. Et verbũ simpliciter prolatũ, intelligitur in potiori, & famosiore significatione. l.1.§. biduũ. ff. quando appel. sit. l.1.§. in perpetuũ, ff. si ager vectig. vel emphyteo. peta. c. cũ olim. de testib. c. penult. de sentẽ. excõmunicat. & post Iasonẽ, in, §. sed iste, col. penult. nu.141. instit. de actioni. plura

congerit Hippolit.in.l.de minore.§. plurimũ quoq;,nu.104.cũ seq.ff.de.quæ.& in.l.de vno quoq;,nu 2.ff.de re iudic.& in. l. eos,nu.16.ff. ad l.Cornel.de falsis,& in cõsi.80.incip.quicũ ĉta moderatur,nu.1.cũ seq.Decius,in. l.temp in obscuris.nu.7.ff.de reg.iur.& in cõsi.522.incip.in causa.nu.1.Socin.in cõsi.304 incip.alias; vol.2.col.1.& nouissime Quintiliã Mãdosius, in.22.reg.cãcella.de vnionib.q.12.nu.7.Et argumẽ.tex qui id clare decidit, in Pragm.18.in volũ.Prag in parte† Diezmos†ibi, † Limpio, seco,y enxuto,y tal,q̃ sea de dar,y tomar†.

do la Pragmatica, fecha contra los regatones del. r La qual tiene por objecto, el dicho derecho natural, contra quien vino, el que reuẽdio.

r DEL. Per Carolum,huius Nominis.V. imperatorem inuictissimum Hispaniarum, & noui orbis Regẽ Christianissimũ,Madrit.Cõdit 28. mensis Iunij,ann.1530.Et habetur hodie, post capit.Comitiorum Vallis Olei,ann ,1548. in quorum capit.180.extenditur contra conductores reddituum Ecclesiasticorum,& aliorũ dominorum panis,ad pecuniam locati.Et tenuit nouissime Doct.Didacus Pererius , Salmãtinus studiosus Cathedrarius, admodũ mihi familiaris olim condiscipulus , in proœmio Ordinatio Regiar.10.quæstion. col. 18.versic. vnde infertur,dicens notandum ad leg . 8.cũ sequent.titul.7.lib.5.earund.ordin.

164 ¶Reuendentiũ enim cupiditas exetrabilis est:omnia, futuri lucri spe, sibi adscribere conantiũ.Et quorũ lucrum turpe est: textus est notabilis,in.c.quicunq;.14.q.4 secund. Ludoui Roman.in singul.217.incipiẽ.fui heri interrogatus,&.l.iustissime, §.1.ff.de ædil.edict.ibi †Nam id genus hominum ad lucrum,vel potius turpiter faciendũ,pronius est.†Et in.c.eiitiens.88.distin.secundũ Panormit.in.c.fin.nu. 18.de vsuris. Maximũq; detrimentũ popularibus,præsertim pauperibus inferunt.Ideo,horũ officiũ sordidũ,& satis exosum est: Secũd. Tull.li.1.de offi.& Lucã d̃ Pena,ita cõcludẽtẽ in.l.maximarũ,C.de excusatio.muner.lib.10.

165 ¶A quodam Dardano,Dardanarij dicti,qui maxime dabat operam,vt Annona carior fieret emendo omnẽ quã inuenire posset Annonã:vt postea solus venderet sicut vellet:teste Accursio,in.l.Annonã,ff.de extraordi. criminib.de quibus tractat Bẽuenutus Straccha,in lib.de mercatore,in tract.de decoctoribus.7. part.nu.19.cũ quatuor alijs sequẽtib . Et ideo Parisijs,phibitũ fuit pistoribus, ne panes suos pistores vendãt externis per reuẽditores,sed per se ipsos , sub pœna cõfiscationis bonorũ, Ne carius panes ab illis reuenditoribus vendantur in Reipub.perniciẽ:vt refert Pet . Rebuf.in.2.Tomo cõstitu.Regi.tit. de Mercato. minuta.vendẽtib.glo.5.versi.penult. Et in tractã.de lit.obligat.art.1.glo.1.nu.45.cũ seq.concludit huiusmodi pistores,& debitores ex vẽditione rerũ comestibiliũ,vini,pisciũ,ac minutarios vendentes poma , aut alios fructus,& eos recipientes agrossarijs , non iuuari literis dilatorijs,nec moratoria,& soluere cogi solere:sicq; in Curia sæpius fuisse iudicatũ. Quãq; vituperabiles huiusmodi sint præẽptores,siue(quos recte dixerim præreptores, patet a simili , nam omni vituperio dignũ esset mẽbrũ corporis , quod pro sui insatiabilitate,ingluuie , aut superfluitate tantũ vsurparet alimẽti , quod omnibus alijs mẽbris præiudicaret in his quæ eis magis necessaria essẽt,sibiq; maiorẽ arrogaret, & vsurpasset quãtitatẽ, quã illi mẽbro necessaria foret. Cũ secundũ ordinẽ naturalẽ , vnũ mẽbrũ paratũ sit se exponere proprio periculo,quatenus reliqua mẽbra, quorũ est maior numerus,& quæob multitudinẽ cẽsentur esse ipsum corpus,cõseruẽtur in esse: vnde tales tanquã pestiferi abscindẽdi essent á Republica, sicuti mẽbrũ prædicto modo se habẽs,etiã in arboribus,& plãtis abscindẽdũ esset à corpore naturali,cui est tã dãnosum.Est enim summe aduersum iuri naturali,illiusq; sæpe repetito, & valde noto præcepto:Quod tibi nõ vis,alteri ne feceris,nec quod tibi nolis,alteri velis.†Et cũ tales Dardanarij,merces , & victualia pemãt,cæteri ea œconomice emere volẽtes,nõ amplius huiuscemodi inueniũt , nisi ab illis pemptoribus, qui eos stringũt ad ascẽsum præcij,& qui aliás pro lõge minori ea habuissent: quapropter hi præẽptores per hãc suã huiusmodi præẽptionẽ , tenentur satisfacere læsis, quãdo eos sciũt:quod si nesciãt , dare debent pauperibus ,p eis,si tamẽ eos sciãt , nesciãt tamẽ quãtitatẽ, in qua quẽlibet ,pximorũ læserũt,dẽt eã partẽ quãtitatis, in qua credũt eos læsisse:& de reliqua agãt,hoc modo,quod deinceps in suis eleemosynis intẽdãt:quod si sint obligati læsis,in maioribus quam restituerint quod velint illas suas eleemosynas eisdẽ cedere,in bonũ,,p tãto, in quãto essent eis obligati:vt

ß.vt annotat notab. Corrad.in tract. de contract.q.67.versic.ex his. Si autem sciret quantitatem, quæ tamen singulas, & innumerabiles cõtineret minutias, ꝓ singulis læsis agat, quod in simili ipse cõsulit Corrad.in d. trac.q. 57.cõclu.4.horredũ enim id liorũest minus.

166 ¶Iure q; optimo Paulo ante citata Pragmatica prohibetur,&.l.13.tit.ß.lib.2.ordina. Reg. ibi, + No lo reuẽdan.+ Et per.l.4.eiusd.tit. & lib.l.8.ibi, + Que no reuendã . + cũ duab legi. sequẽ.tit.7.lib.4.eaũdẽ ordinatio. Et in Pragmat.48.in vol.Pragma. & per totũ tit.14. lib. 5.copilatio.legũ Regiarũ.Et in dict.l.Annonã scribitur.+ Dardaniorũ auaritiæ, obuiã itum est,tã mandatis,quã constitutionibus,mãdatis deniq; ita cauetur. Præterea debebis custodire, ne dardanarij vllius mercis sint. Pœna autẽ in hos varie statuitur.Nã plerunq; si negotiantes sint, negotiatione tantũ eis interdicitur:interdũ,& relegari solent, humiliores ad opus publicũ dari.+ Et inde admodũ Magnificus dominus Franciscus Egas del Aguila, Licentiatus doctissimus, laudãdus Prætor iustitiæ Hispalensis,suiq; territorij,rectissimus, & in munere cui præest,vigilãtissimus, & diligentissimus,ann.1568.cõtra quosdã Gasparẽ Mendez, natione Lusitanũ,Vtrariæ incolã, & Lazarũ Mateos,ac Enecum de Garay, Hispalẽses indigenas, panis cocti dardanarios, & promercatores,corã illo denunciatos,sententiam protulit,qua eos condẽnauit, in pœnam centũ verberũ, in forma consueta infligendorum,& in exilium trium annorũ, à dicta ciuitate, & suo territorio, præcisum:& quod de cœtero nullatenus dum viuerent, panẽ alienũ, neq; promercationis ratione vẽderent,sub pœna ducentorum verberum, & exilij duplicati. Quæ licet in se admodum iusta fuerit sẽtẽtia,& vt talis in summo dictæ ciuitatis capitalium causarũ Prætorio,per ad modum Illustres Audientiæ illius Regiæ,summe commendandos solertissimos, & rectissimos Prætores, in gradu appellationis, vt in plurimũ confirmata, quo ad pœnam tamen verberũ fuit alterata,& eorum loco,præfati dardanarij fuerunt condemnati,in pœnã verecundiæ,more solito infligendæ, cum spiris panis triticei,ad collũ positis, quodq; ita, in tribus palis,à solo eleuati,in platea alta sancti Saluatoris, caramidiarẽtur anullo ferreo ad collum deuincti,per tres horas in publicũ stantes spectaculum. Quæ demũ fuit exequuta,die Mercurij.15.mensis Septẽbris dicti anni,vbi,& in dictis palis religati, per illas tres horas ante meridiem steterũt,cũ ipsis ad collum spiris,quas reuendere solebãt,in quã rẽ, singul.& notãdus est tex.in.l.Iubemus,C. de defensor. ciuita.in princip.ibi. + Sed eos deprehensos ad iudiciũ dirigi cũ ipso commissæ fraudis indicio. Ex quo,hodierna dimanauit consuetudo, vt malefactores puniantur cũ signo maleficij,secũd.Mõtal.dict.tex. cõmendãtem,in.l.6.tit.5.lib.4.for.leg.& Felinus,in additionibus ad principiatũ ab abbate opus, in Decretum,13.col.refert Angelum,dicentẽ se vidisse rusticos furantes vuas,duci per plateas ad catenã cũ vuis ad collum, facit tex. in.c.prouida,de elect.lib.6.& in.l. desertorẽ, in prin.ff.de re milit.ibi + Enim eũ plecti pœna debere,vbi Facinus admissum est.Diui verus, & Antoninus rescripserunt.+ Et ita in dictis dardanarijs,fuit practicatum.Nam in dicto loco,vbi fuerunt positi, facinus illud cõmittebant,pro quo sic fuerunt puniti. Quod hodie contra quasdam librarias,& obsonatores,qui Annonam hic Hispali grauant,huiusmodi practicandum foret: quorum studium eo tendit,vt quæ fauore quæsito emerint,maioribus quam Statutũ sit,& ipse emerũt.precijs,reuendant personis priuatis indigẽtibus, in maximum damnum Reipublicæ.

167. ¶Ob cuius vbertatem, & penuriam cõmodius regendam, statui potest,ne forenses, & promercatores,ac dardanarij ciuitatis, emãt victualia,donec transeat hora certa, aut dies tertia,prout Hispali, salubriter ordinatũ extat. Quod etiam Vtrariæ seruatur, & in multis ciuitatibus,& oppidis, vbi similia habẽtur, statuta,contra huiusmodi promercatores,& pistores,ac stabularios facta. Quæ omnino, vt seruarentur,magno opere curare fidi exequutores dictæ nostræ ciuitatis, debuissent, nemini parcentes:cũ iusta sint, extraditis per Frãcis. Marcũ, in decis.540.nu.44.part. 1. & per Andre.Tiraq.in præfatione de retrac.nu. 14.vt interim ciues possint emere, cum preciũ rerũ vilescat, cessantibus emptoribus. Et tũc precio viliori res emãtur,in magnũ commodũ ciuiũ, ex notatis per Ioã.de Platea, in l.septẽ diebus,C.de erogat.milit.anno.lib. 11. quẽ ꝓ hac sentẽtia citat,& sequitur Auẽdan. in.1.lib.de exequẽd.Princip.mãda.c.19.nu.35. Et notat Cayet.in.2.2.q.77.arti.1.dicẽs,etiã facientes monopoliũ,vt preciũ ꝓ vt volũt imponãt,iniustissimos esse,& ad restitutionẽ teneri,his,à quibus extorserũt totius summæ excedẽtis preciũ,quod valeret,si nõ esset huiusmodi monopoliũ. Et quod dñi cõcedẽtes hoc

& reliqui, qui sunt causa, huiusmodi iniustæ acceptionis, ad hanc restitutionem tenētur. Sic & qui monopolia faciunt, quo annona carior fiat, pœna viginti aureorum mulctātur. l.vn.C.de monopol. & alijs pœnis, de quibus in.l.2.titul.7.part.5. Quæ etiam puniit officiales inientes pacta, ne doceant alijs suum officium, & not. Lucas de Pena, in.l.fin.C.de legatio lib.10. Azo.in rubri.tit.de monopol. Cōrr. de contractib.quæstio. 51.in fine. Et non recipere adiscentem, vel ei non ostendere, sapit monopolium, vt omnium latissime præallega. Petrus Rebuf. ostendit, in.d.2. Tomo, constitu Reg. tracta: de Magist, officiorum, & monopol. art.4.glo.2.nu.10. Monopoliumq; cōmittitur, siquis conetur impedire ne aliquis exerceat negociationē vini, aut alterius rei, præter eum. Etiam si in vim rescripti Regis, quia illud rescriptum non valet: quinimo etiā in monopolium incidit.d.l.vn. C.de monop. secund.eundem Conrrad.in dict.q.51.circa finem. pariq; modo incidunt, qui conuentionē faciunt, vt non deferatur frumentum in mercatum, donec suum talis prius vendiderit: teste Socino, in Cons.272. incip.non prosequendo, col.3.versic. quarto principaliter.2. vo. Eodemq; modo monopolium cōmittitur in agris non colendis: secundum Alberi.in rubri. C.de monopol. Et in domibus, vel equis non locandis, nisi tali vel magno precio, vel in victualibus, si conueniāt vt augeātur ex aliqua superuenienti causa: vt aduertit Rebuffus, in d.glo.2.nu.12. Item dans arras in emptionem omnium aromatum, seu facati ciuitatis, vt ipse solus vendat carius, cum præsciuerit naues ea, aut victualia, seu linthea adducentes submersas, aut captas, monopolium committit. Et potest cogi tempore caristiæ, vt vēdat etiam minus iusto precio, l.2.§. cum in eadem, ff.ad leg.Rhod. de iactu, secundum Conrradum, de contractib.quæst.65. tenētem etiam idem esse, quando quis emit totum frumentum, vt alij ex eo emant. Et ita monopolium committunt, mercatores, quarumcunq; mercium, nemorum, seu lignorum, conuenientes vt ea non emant, nisi tali precio. Et officiales inter se paciscētes, vt opus ceptum per aliū, officialis quispiam non impleat: secund. Petr. Rebuf. (quo nuper citauimus loco, ex Budeo in commentarijs linguæ Græcæ, & Alciato, in titul.de Præposit.laborum lib. 12. Et dicente istos hodie per carcerem cogi, vt interdum vidit. Sic etiam dicuntur committere monopolium homines, qui congregati inter se conspirant, & impediunt, ne aliquis deponat in tali causa: vt docet Guido Papæ, in consilio.211.incip.iuxta materiam, col.1. Subiungens, non solum fieri monopolium, in casibus, in dict.l.vn.conscriptis, verum etiam in qualibet alia illicita congregatione: secundū Archid.in.c.constitutionem, de verborum signific.in.6.& Innocē.in.c.2.de Scismati. Et vt dicit tex.in.d.leg.vn.§.1.C.de monopol. Monopolium tunc dicitur, quando illicitæ pactiones concurrunt: aut paciscuntur, vt species diuersorum corporū negotiationis, non minoris quam inter se statuerint venundentur. Quod satis ex cōmuni inter. artifices deducetur praxi. Si omnes calligarij, singuliq; calcearij, omnes q; alij opifices, vel artifices, eiusdem sint precij, vnde etiam monopoliū, conuentio est plurium mercatorū, bono obuians publico: vt tradit Felin.in.cap. accedentes, col.1.de præscript. Quapropter vnus tantum promittens non vendere pannos, monopolium non committit: vt notat Bald. in consil.445.incip. Titius locauit.1.vol. Nisi ille mercator æquipolleret pluribus: secund. Rebuf. in dict.glo.2.nu.15.argum.l.non tantum, ff.de excus.tutor.&.§. Item tria, insti.eod.titul. Est enim Monopolium contra rationem naturalem, quia præcludit viam benefaciendi proximo, & aduersus illud, iam repetitum non semel præceptum. Quod tibi non vis, &c. Et prouerbio.3. scribitur. Noli prohibere benefacere, eum qui potest: sed si vales, ipse bene fac. Est etiam contra vtilitatem publicam, & in perniciem totius corporis mystici, maxime super frumento, & in pane cocto vendendo (vt hic Hispaniæ nonnunquam inter panificos, & pistores fit,) quia ad famem, & damnum multorum pertinet. Ideo talia facientes, perpetuo dānnatur exilio, per dict. l.vn. Quæ etiam in fine cauet, primates illius artificij puniri debere quadraginta libris auri, qua etiam pœna per dict. leg. mulctantur iudices, qui dissimulatione, vel aliás vicio corrupti prædicta monopolia permiserint, & nō puniuerint. Et vnde dicatur, & componatur Monopolium, tradit eleganter Conrradus, in d.quæstio.51.conclusio.fin. Quæ sunt notāda, ad titulum.14. De las ligas, y monipodios.lib.8.recopil.legum Regiarum.

169 ¶Ita, qui quicquam faciunt, quo Annona carius vendatur, & qui dolo impediunt, quo minus ad ciuitatem deferatur, non solum incurrunt pœnam in foro Dei, sed etiam lege Iulia, de Annona tenentur.l.2.ff.ad leg.Iul.de Anno.

anno. & etiam puniuntur corporaliter. l. Annonam. ff. de extra ord. crimin. Et not. præalle. Conradus, in. d. q. 65. conclus. 4. Et puniũtur qui imposturam faciunt: quiq; publice emunt Annonam, vel aliquid aliud, pluris quã valeat: vt cæteri incitentur ad emendum eodem precio, vt Stellionatus rei, secundum intellectum Bartoli, in. l. 3. §. Item si quis, ff. de crimin. Stellion. quem refert, & sequitur, dicens perpetuo esse notandum, Angel. Areti. in. §. fin. in fine, institut. de donatio. subdens contra istos, qui vulgariter dicuntur incantare frumentum, vel mercantias, quod si quis in foro vadit, & de frumento, plus debito offert, vt alij plus emant: vel promittit plus debito, in detrimentum alterius, quod talis cõmittit Stellionatus crimen refert, & sequitur præallegatus Franciscus Marcus, in. d. decis. 540. nu. 39. &. 40. Ac Hippolitus Marsilien. in singula. 441. incipien. licet de iure, vbi citat Salycetum, in. l. 1. C. de Episcop. audien. quod illi qui habent curam fertilitatis, possunt statuere, vt nullus emat in foro, vltra duo sextaria grani, vt sic commode omnes habere possint. Et ita, in venditione carnium, & piscũ, & aliarum victualium, similia mandata fieri vidêmus, quæ antedicta ratione valent: & iusta sunt. Hodie tamen, in ciuitate Hispalensi, huiusmodi impostores, vulgo dicti, + Chalanes. + Ex instituto nostri (qui prospere diu viuat) Illustrissimi domini. D. Francisci Hurtado de Mendoça, Comitis Montis Acuti, Regiæ Maiestatis, Custodis maioris, rectissimi, & vigilãtissimi Præfecti vrbi Hispalẽ. in palis quibusdã, in locis publicis, (de eiusdem mãdato) positis (vbi tales fiebãt imposturæ) ponuntur, anullo ferreo ad collum deuincti, in publicum stantes spectaculum, per certum temporis spatiũ. (quod iam vidi practicari.)

170 ¶Illud tamen minime ommittã, huius Pragmaticæ mentionem cum fecimus, quod valde conducit ad eius intellectum: quod si quis vsus sui causa, emisset frumẽtum, aut ordeũ, & postea mutato proposito, illud venderet, non incurrit illius pœnam: vt in simili respondent Guiliel. de cun. & Barto. in. l. cœtera, §. fin. numero. 3. ff. de lega. 1. dicentes, quod si statutum sit, in ciuitate, quod nullus emat frumentum, in platea, nisi pro suo victu, quod si quis emit pro suo vsu, & postea mutauit propositum: & illud vendiderit, nonq; conuerterit in causam victus, non incidit in pœnam: quia primum propositum fuit bonum, & licitum, bonus est textus, in. l. 1. §. vnde quærit Offilius, ff. de exerci. actio. vbi, idem tenent Guiliel. Bald. Iacob. de Bel. vis. & Alberi. argumento illius textus, &. l. 1. §. illud. ff. de aqua quotid. & æstiu. Et idem Alberi. in. 1. parte statutor. quæstio. 86. & in. 2. part. quæst, 203. Bertachin. in tracta. gabella. 2. part. 8. part. princi. in. 1. quæstio. Alexand. in. d. l. cœtera, §. sed, & si quis, & in consil. 7. incipien. viso themate, prope finem, volu. 3. Francis. de Ripa, in. 2. parte, de remedijs præseruatiuis contra pestem, numero. 111. &. 112. cum sequen. Didacus à Castello, in. l. 1. Tauri, fol. 19. col. 1. versic. quod etiam facit, & André. Alciatus, in. l. verbo victus sui, ff. de verbo. significa. Et quod primũ propositum sit attendendum, voluit glosa, in. l. 2. in prin. ff. si cert. peta. & ibi Paul. de Castro, infert, ad hanc quæstion. Quam tamen Barto. in. d. §. fin. & Doctores intelligunt, dũmodo cõstet de primo proposito, quod vsus sui causa emerit: aliás præsumitur ab initio habuisse propositum vendendi: per tex. in. l. sed & Iulianus, §. proinde, & §. sed si ab initio, ff. ad. S. C. Macedõ. & voluit Bald. in. l. 1. §. ne autem ff. de exercitor. & Ioan. Bertachin. in tracta. de gabellis. 1. quæst. 2. part. 8. part. principal. Indubio autem præsumendum est, sui victus causa emisse: quia pro reo, præsumptio sit, quod non deliquerit. l. merito, ff. pro socio, regul. estote, de regul. iuris, & scribit Romanus, in consil. 113. incip. pro decisione. 2. col. numero. 1. duo q; pro hac parte concurrant, fauor nempe rei, ac pro reo præsumptio: quæ aduersæ præsumptioni certe præpõderant: vt Panormitan. declarat, in. d. c. cum, p. circa finem, de accusatio.

171 ¶Quodq; si duæ, hoc in casu, præsumptiones dentur contrariæ, confunduntur tamen, & quæ pro reo est, tanquam fortior, & validior aliam elidit: vt est communis omniũ sententia, in. c. accedens, de crimi. falsi, & explicat Marcus Anton. Blancus, in sua praxi, de de defensione reorum, versic. his sic præmissis, 2. col. numero. 5. (in practi. Follerij, pagin. (mihi) 850. In dubio enim præsumi debet, nõ delictum: vt docet Hippolit. in consi. 51. numero. 24. Et cum delictum probatum est dubie, reus debet absolui: secundum Bald. in. l. non solum. §. sciendum. ff. de no. oper. nuncia. quẽ probat ibi, Iason col. vltim. dicens, in delictis pro reo præsumi, quod delictum excuset, & voluit idem Baldus, in. l. precibus, 5. col. numero. 21. C. de impub. & alijs substit. (& diximus Latius, in. 1. fundament. part. 1. in respon. de blasphem. numero. 53. cum plurib. sequentib.)

Et profecto, graue satis est, & indecens, vt in re dubia, certa detur sentētia: c. graue. u. quæsti. 3. Et in re dubia, absolutum non debet esse iudicium, ne veritas offendatur. c. fin. 33. dist. Et promptiores ad liberandum, quam ad cōdemnandum, debemus esse. l. Arrianus, ff. de actio. & obliga. Aequitas, & si in omnibus, maxime tamen in iure, expectanda est. l. in omnibus quidem, ff. de regul. iuris. ita vt rigori præferatur, l. placuit, C. de iudic. c. fin. de trāsact. l. si tibi, ff. si cert. petatur. in req; dubia benignior interpretatio fieri, & sequi debet. l. proxime, ff. de his quæ in testam. delen. l. benignius, ff. de legib. l. si fuerit, in fine, ff. de leg. 3. l. semper in dubijs, ff. de regul. Iuris (scripsi Latius in. 2. par. Responsi, super priuilegio Farfan. nu. 75. cum sequen.)

127 ¶ Hacq; in specie, vendentis stabitur iuramēto, quod sui victus causa emerit, & non animo reuendēdi, ex his quæ notat Ioā. de Imola, in. d. l. cœtera; §. fin. & Bal. in. l. cum proponas, C. de nauti. fœnore, censentes, iuramentum in tali casu, facere plenam probationē: quos refert, & sequitur Hippol. de Marsil. in singul. 86. incip. statutum, & in rubri. de probatio. nu. 145. & Ioan. Frācis. de Ripa, in. d. tracta. de remed. præseruati. nu. 109.

128 ¶ Sic etiam, vendens frumentum, quod sibi fuisset datum insolutum, ex causa necessaria quæ fieret à iudice pro exequutione rei iudicatæ, non incidit in pœnam præfatæ Pragmaticæ: ex his, quæ Ioannes de Platea, post alios antiquiores scribit, in. l. 1. col. 2. de fund. patrimon. lib. 11. Massirerius, titul. de exequutio. & subhast. §. item in precij distributione, ad finē Iason in. d. l. cœtera, §. fin. col. 2. Mathe. de Afflict. in tracta. protomixeos, in verbo, licet enim supra diximus, col. 6. versi. sed iuxta prædicta quæro; Fernandus à Loazes, in. l. filius familias, §. diui, nu. 228. & nu. 485. de leg. 1. Fabiā. de Mōte Sācti Sab. in tract. de emptio. & vēdi. in. 23. quæstio. 3. quæst. princip. & Decius in cōsil. 160. incip. in causa monasterij, 2. col. Nec enim huiusmodi datio in solutum necessaria comprehenditur in dicta Pragmatica, aut in statutis loquentibus, de venditionibus. vt tenet Alberi. in. l. Senatus, in prin. ff. de lega. 1. & in. 4. parte statutor, quæstio. 2. incip. ex prædictis oritur, in princi. & in versic. ex prædictis colligi potest. & in quæstio. 207. incip. in aliquibus ciuitatibus. Romanus in Consil. 107. incipien. circa id de quo quæritur, Ludoui. de Gozadin. in Consil. 103. incipien. videtur, col. pen. nu. 21. cum multis alijs, à Nicolao Boerio cōgestis in cōsuetudinibus Biturigū, tit. de retractu, §. 3. Et ideo secūd. eundē Alberi. ibi, hoc in casu retractui locus non est, quem citat & sequitur Ioan. de Platea in. d. l. 1. de fundis patrimon. col. pen. versi. item est argum. hæc lex. à Montaluo, licet corrupte citatus in. leg. 13. titulo. 10. lib. 3. fori leg. Et ita accipiendum est, & procedit, quod scribit Bonifacius, in tract. maleficio. in rubri. quid sit accusatio. num. 39. quod stante statuto, quod nullus vēdat equū sub certa pœna, in eam nō incidit dans equū in solutum creditori suo, quem citat & sequitur Hippol. Bona cosa, in suo tracta. equorū. q. 27. Nam cum à iudice datur, in causam iudicati, vix ita reperies appellari, sed potius addicere creditori. l. à diuo pio, §. si pignora, (& sæpe alibi in eadem lege) ff. de re iudica. & au notat Alexander; in Consi. 52. incip. viso themate, & statutis, col. 1. vol. 1.

129 ¶ Secus autem si datio frumenti in solutum voluntaria sit, cum tunc vicem vēditionis obtineat. l. si prædiū, C. de euictionib. & ibi not. Ioan. Faber, & nouissime Francis. Serra (ita accipiendus) in su. allegatio. pro. d. Ioan. de la Nuça. nu. 274. & Alberi. l. eleganter, in princi. ff. de pigno. action. l. fin. ff. ex quib. caus. in possе. eat. l. si plus, versic. & si iussu, ff. de euictio. l. Senatus, in prin. ff. de lega. 1. vbi probatur, & hoc procedere in cōstitutione pœnali, & hoc ibi annotant ipse Alberi. & Iason, in. 5. notabil. qui eam legem legunt, cum. d. §. fin. l. cœtera, & idem Alberi. in dict. q. 2. part. 2. statuto. & And. de Barulo, in. d. l. 1. C. de fund. patrimonial. lib. 11.

130 ¶ Et quod hæc, venditio appelletur, probatur in. l. in numerationibus, ff. de solutio. & in alijs iuribus, per quæ, quam plures id notant (ita intelligendi) doctores, quos citat (in quæstione de retractu, an habeat locū in datione in solutum,) Andre. Tiraquel. in. lib. de retractu, tit. 1. §. 1. glo. 14. nu. 2. vsq; ad nu. 5. Dū modo frumentum, datum fuerit in solutum pro pecunia: Cum hoc casu, quædam sit emptio: Nam si in alterius speciei debitæ solutū daretur, & non pecuniæ debitæ, nihil esset, quo ad venditionem accederet: & Pragmaticæ præfatæ locus nō esset, vt per glosam, Cynum, Barto. Baldum, & alios. in. l. libera, C. de senten. & interlocution. om. iudi. glo. in. l. si quis aliam, & ibi Barto. (qui id optime declarat) col. 1. ff. de solutio. dicens quod cum soluitur species, pro specie, est quædam permutatio: sed quando soluitur species, pro pecunia, est quædā emptio. & notat Bologninus, expres-

expresſim hanc differentiam faciens, in Consil.25.incip. in amplisſimo, col.4. verſi. plus vobuit, & Ariſtoteles, in prin lib. 4. Ethicorum, pecunias appellar res omnes, quarum æſtimatio ponderatur nummo. Sequitur ergo ex prædictis, licite quem, etiam in foro conſcientiæ, poſſe vendere frumentum, quod cauſa ſui victus antea comparauerat, ſibi tum ſuperſit, vel alia iuſta ratione. Nec enim hoc in caſu, antecitata Pragmatica, contra Promercatores fruméti facta, locum habet: quod ex eius præfatione maxime colligitur: cuius ibidem aſſignata ratio, (quæ ſolum reſpicit perſonas, quæ pro viuendi modo id ſibi principale aſſumunt officium promercandi, & reuendendi, frumentum, ordeum, & Typham:) finalis eiuſdem legis cenſetur: & Legiſlatoris declarat mentem, & diſpoſitionem eius, reſtringit, qua q; ceſſante, & ipſa lex ceſſat: (vt Latius notauimus ſupra, in glo.3. ſuper verbo Cobdicia) bonus eſt textus, in. l. quemadmodum, §.fin.ff.ad legem Acquil. vbi verba appoſita, in principio diſpoſitionis, intelligun tur repetita, in fine ipſius; (& ibi Late Florianus.) facit text.in.l.Seiæ, §.Caio, ff.de fundo inſtruct. vbi gloſa ponit concordan.

176 ¶Et quod dici ſolet, verba reſpondentis referri debere, ad omnes qualitates in interrogatione poſitas: §.præterea, inſtit. de inutilib. ſtipulatio l.Titia, §.idem reſpondit, ff.de verbo.oblig.l.1.C.de diuerſ.reſcript.l. ſi defenſor. §.qui interrogatus, ff. de interroga.actio. (& diximus ſupra in fine, eiuſdem gloſæ.3.)

177 ¶Sic inde fit, ciuitatem poſſe reuendere frumentum, cum ſibi ſuperſit, vel ſperatur abundantia, quod pro neceſsitate cauenda comparauerat: (vt ſupra in. 1. huius concluſionis gloſa notauimus) Et ex eodem (vt aiunt) fonte, piſtores, ac panifici, caupones, & ſtabularij, reuendere impune poſſunt frumentum quod ſibi ſupereſſet.

178 ¶Quorum, poſtquam meminimus, præterire nolui, in noſtra harum Pragmaticarū ſpecie, quod conſultus heri, (nec citra ré, & materiam) reſpondi præmiſſa magna frumenti egeſtate, quæ panificos hos, Vtrariæ, vbi degunt, præmebat. Adeo vt hoc Nouẽbris menſe, ann.1567. multæ viduæ, & ex eis perſonæ miſerabiles, (quæ alium officium non habét, quam vnam tritici Fanecam beneficiandi, ex cuius micis, quæ cadunt de méſa, vbi id exercent officium, alũt ſe, & ſuos miſellos filios,) id ad emendum non inueniant, nec ſibi liceat pro eo comparando, ſecedere in longinquas partes, poſſe & debere præfatum illuſtriſsimum Comitem, Hiſpalenſem Prætectum, licentiam de iure dare, durante hac neceſsitate, eiſdem panificis, (pro vt me patrocinante dedit) vt frumentum per eoſdem, aliũde emptum, & ſuis expenſis Vtrariæ aduectum, diſtribuant ſua autoritate, inter ipſas viduas, & miſerabiles perſonas panificas, pro rata precij per emptores hos, ſoluti, & expenſarum leucarum, ſecundum teſtimonia locorum, vnde illud emerunt, ad faciendum panem pro ſua, & eiuſdem ciuitatis ſuſtentatione. Tum quia Pragmaticæ hæ Regiæ, hoc non prohibeant, quæ ſolum dictá teſtimonia exigunt: Et quamuis diſponant, exhibenda eſſe, deputatis ad id perſonis, ea vt videant, quæ de ordinario, apud horreum ſtant publicum, non ideo infertur, frumentum illud, neceſſario in dicto horreo reponendum, aut deferendum. Maxime cum id pro expedito, in hac egeſtate panifici prædicti habeant, quod poſtquam illuc frumentum intulerint, etiã ſibi, non fore tutos, aut prouidos, ſuæ vt conſulant neceſsitati, quippe quod in dictum infertur horreum, diuidendum ſit ad libitum, & diſpoſitionem deputatorum, qui nullo fere bono ordine ſeruato, ſolent (vt volunt) frumentum quod ibidem adducitur, inter perſonas diuites, fauore q; abundantes, diſtribuere: pauperibus, & ipſis panificis neglectis. Tum etiam quod ratione dictæ publicæ vtilitatis, (vt in gloſa prima huius concluſionis primæ, adduximus) & vt hi panifici innitentur de longe, & vndiquæ panem portare, ac perſonæ illæ panificæ, eum beneficient in magnum huius ciuitatis, & totius Reipublicæ cõmeatum, dũ talis durat egeſtas, diſcedendum ſit à regulis earundem Pragmaticarum, modo earũ principale intentum, & diſpoſitio, quo ad preciũ obſeruetur: argument.leg. ſi ita vulneratus, §.penult.ff.ad leg.Acquili.& leg. quod Reipublicæ, ff.de iniurijs. Quæ (vt ex eis conſtat) panificos hos, & alios publico bono, & omniũ commodo, & commeatui populorum ſtudentes, & deſeruientes, non arcent, ſed potius fouent: quodq; damnum non patiantur curant, ac ſummo opere intendunt. Et patet ex verbis dictæ Pragmaticæ contra promercatores Latæ, ibi. † Y porque nueſtra merced y voluntad no es de impedit ni eſtoruar por eſta nueſtra Carta el Comercio y tracto de nueſtros Reynos, † & ibi, † No ſe entiẽda ni eſtienda à los recueros, ni tragineros, ni otras perſonas que tienen por tracto y coſtumbre de lle-

de lleuar mercaderias de vnas partes à otras y en retorno dellas cõpran pan para lo tornar à vender, y à los que compraren pan para lo lleuar á vẽder de vnos lugares à otros, para la prouision y bastecimiento dellos†. Et in declaratione præsentis Pragmaticæ.† Porq̃ los trágineros y otras personas que lo han de traer siendo obligados à lo vẽder à la tassa, y comprando lo à el mesmo precio, no lo traerian si no se les pagasse, y diesse lo q̃ paresciesse justo por el camino, y porte†. Solúq; per dictas Pragmaticas prohibeãtur promercatores alij, qui frumentum, & res alias comparant, vt integras, & immutatas vandendo, lucrentur: quippe qui hi sint, quos de templo Dominus eiecit: secundum Ioannem Chrysostomum, super illud Mathe. 21. citatum, in d. c. eijciens, 88. distin.

179 ¶Dicentem non ita eos esse, (qui vt hi panifici) rem comparant, non vt ita integram, & immutatam vendãt: sed vt materia sibi sit, inde aliquid operandi. Hi namq; negotiatores non sunt, nec promercatores: vt post alios scribit, Pet. Rebuf. in. d. 2. Tom. Ordin. Reg. titul. de mercator. minutatim vendent. nu. 25. & num. 22. & Bertach. in tract. gabel. 7. part. princip. quæst. 7. nu. 11. Et inde. †Quicunq; tempora messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem, comparat annonã, vel vinũ, verbi gratia, de duobus nummis cõparat modium vnum, & seruat, vsq; dum vendatur, denarijs quatuor, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus†. c. quicumq;, 14. quæstio. 4. & explicat nouissime Banuenutus Straccha in part. 1. tracta. de mercat. nu. 34. cum sequẽ. & Ioan. de Medina, in Codice de restitu. quæstio. 31. versic. alia est negotiatio, cum versicu. sequen. & Guido Pap. in tract. de vsuris, num. 22. dicens etiam (post Raym. per eum ibi citatum) quod grauius in hoc peccãt clerici, quã laici. Facit. c. quoniam, ead. caus. & quæstion.

180 ¶Nisi quando quis intendit vendere immutatum (vt supra proxime notauimus ex dicto. c. eijciens.) Mutatio autem fit, loco, & tẽpore, ac forma: secundum Sanctum Thomã, in. 2. 2. quæstio. 77. arti. 4. Et vendere minutatim, quod emptum est in vniuerso, mutatio quædam est: ex mente Ioannis Maioris, in. 4. distin. 15. quæst. 41. argumen. 4. & tenet Cõrr. in. d. tracta. de contract. quæstio. 65. cõclusio. 2. vbi ponit sex casus, in quibus potest excusari ad huc, ad reuendendum emens. Et in. 3. cõclus. versi. ex his, scribit idem esse, quando emptor amit ad nullum lucrũ suo marsupio priuato, vel etiam publico fisco Reipublicæ applicandum, intendens sustentationem solum communitatis, cum tunc gerat negotiũ, quasi pater familias respectu familiæ (vt patet de Iosaph. Genes. 41.) vel etiam cum emptor hoc facit, ob lucrum applicandum dicto Reipublicæ fisco, licet non applicandum suo priuato marsupio: vt plerìq; Consules & Rectores ciuitatum, vel communitatum faciunt, qui talia emunt, partim vt succurrant incolis suis tempora indigentiæ, & partim vt quæ inde lucrabuntur, applicent communi fisco Regantiæ communitatis: Dum tamen non intendat principaliter, nec secundario lucrum ex huiusmodi emptione, & pro bono Reipublicæ fiat, ad eius subleuandã necessitatem. Alioqui enim minime liceret, cum tunc nõ essent pij patras, sed vitrici dum volunt impinguare caput, scilicet potestatem Regitiuam in suo fisco, cum damno, & maceratione membrorum, quorum vtilitati, & sustentationi intendere debent.

181 ¶Vel nisi quãdo quis emeret victualia, cum abundãt, vt seruet illa in tempus necessitatis, ad publicã necessitatem subleuandã, & prouidendam; secundum Innocen. in. c. 1. ne cleric. val Monach. & Cardin. in Clemerit. 1. quæsti. 12. de vsuris. Idem, si ad eleemosynam pauperum, vel sui, & suæ familiæ honestam sustentationem, émisset, dũmodo ob hanc emptionem, non intendatur, nec sequatur Caristiæ: secundum Archiepiscop. Florentin. in. 2. parte suæ Summ. Theologi. tit. 1. cap. 23. §. 16. (vbi bane loquitur.) Et ita accipiẽdus est Nauarrus, in suo Manuali Confessorum, cap. 23. nu. 92. facit lex. 2. cum glosa, ff. de nundinis. Quæ sunt notanda ad intellectum cap. 49. Comitiorum Madriciorum ann. 1552. & Petitionis, Comitiorum Vallis Oleti, anni, 1555. & ad explicationem & declarationem illius, (hac in tempastate) notandi tex. Prouerb. 11. capit. † Qui abscondit frumenta maledicetur in populis, benedictio autẽ super caput vendentiũ. † Et ita procedit resolutio, quam (post S. Thom. in. d. q. 77. & Alexan. de Ales, in 2. part. q. 50. membro. 1. & Anton. Archiep. Florent. in. d. 2. part. tit. 8. cap. 3. §. fin. Gabriel. in. 4. sententia. dist. 15. quæ. 10. argum 3. dubio. 2. sum. Syluest. in ver. emptio. §. 10. Anchar. in. c. 1. de vsuris lib. 6. & Guid. Pap. in. d. nu. 22. Panor. in. cap. fin. extra eod. ti. & in. d. c. 1. ne cleri vel monach.) tradit nouissime Hieronymus Curiel, in. q. 9. part. 3. part. 1. tracta. de vsurarijs, & eorum pœnis, dicens quod si ille qui emit tales merces, emit ad su-

ad ſuum vſum, & commodum & non ad vẽdendum, & tempore procedente, non indiget eis, & vult eas vendere precio currenti tempore venditionis, licet ſit maius precium, quã emit eas, cum tunc precium mutetur, & creſcat ratione Curſus, & mutationis temporis, poſſe licite eas vendere. Et quod antedicti caſus procedunt, dum tamen mercatores iſti non ponant principaliter ſpem in lucro, neq; appetant lucrum, quaſi finem, ſed quaſi ſtipẽdium ſui laboris, & lucrum ſit moderatum, ſecundum præallegat. Thom. in. d. q. 77. ar. 4. & tenuit (ita accipiendus) Franciſ. Marcus in. 1. part. deciſion. parlamen. Delphina. deciſio. 540. nu. 43. vbi. nu. 44. meminit gloſæ illius egregiæ, in. l. nulli, C. de erogatio. militar. ann. lib. 12. quæ notat illum tex. contra creditores ruſticorum, qui tempore fertilitatis, & abundantiæ, differunt ſtudioſe petere blada eis debita, & expectãt tempus Cariſtiæ, vt habeãt precium bladorum (vt faciebat quidam Albertus Calui) quod hoc facere non poſsint, & poſt Bart. & Ioã. de Plat. ibi, Bal. ad id not. in. l. non dubium, 5. col. nu. 10. C. de legib. & in l. acceptam, 12. q. C. de vſur. & in. l. fideicommiſſa, §. ſi rem, ff. de lega. 3. Et in. d. l. non dubium. nu. 10. ipſe Bal. hanc appellat fraudem, quæ craſtinando committitur, quæ creditori non patrocinatur, neq; ex ea debet commodum reportare, argumen. eorum (quæ dicemus infra in. 5. concluſio. in glo. ſuper verbo +Eſtrãgeros+. nu. 126. Quod tamen intelligendum eſt, niſi mora ex parte debitorum præceſſerit. argu. l. mora, ff. ſol. mat. l. vinum & l. quod te mihi, ff. ſi cert. peta. & not. nuncupatim Bart. in proprijs terminis, in lege libertis quos. §. manumiſsis. nu. 2. ff. de aliment. & cibar. legatis, quod iam habui in facto, & dedit mihi honorem.

EX SECVNDA CONclusione sequent.



Rgumentum à contrario sensu, in iure validissimum est. num. 1.

¶ *Contrariorum vno cognito, cognoscitur & reliquum & contrariorũ eadẽ est disciplina, nu 2.*

¶ *Contrariorum, licet vis sit contraria, non tamen contrarium eius quod in vno constituitur, in altero, est statuendum. ibidem.*

¶ *Antecedenti concesso, conceditur & consequẽs num. 3.*

¶ *Pragmaticæ Taxæ Panis, quuis transgressor, pœnam eius temporalem incurrit. nu 4.*

¶ *Forum exterius, ab interiori distare, aperta ratione probatur: cum in foro exteriori fraus fieri possit, in interiori autem minime. ibidem.*

¶ *Forum conscientiæ, est boni, & æqui conuincti forum, & in eo, de omnibus confitenti creditur: & est tribunal veritatis, & non fictionis. nu. 5.*

¶ *Vendens maiori precio quam à Pragmatica taxato, ex contemptu, aut sine rationabili causa, vltra pœnam in ea contentam, reus est peccati, & aliquando obnoxius restitutioni superuẽditionis excessus. nu. 6.*

¶ *Contemptus proprie dicitur, quando voluntarie quis non vult se subiicere superioris statuto: non autem quando ex negligentia. nu. 7.*

¶ *Ieiunij transgressio, quæ fit ex causa non ex toto sufficiente, peccatum est veniale. secundum Caieta num. ibidem.*

¶ *Frumentum, vltra taxatum à Pragmatica precium, vendi potest, iuxta expensas intrinsecas quæ venditoribus constarent, in foro conscientiæ: & quomodo id procedat ex Legislatoris intentione, & qua ratione non meminerit harum expensarũ, in eadem Pragmatica, vbi aliarum meminit. nu. 8.*

¶ *Ratio eadem in pluribus casibus, omnes decidit casus, non quidem per extensionem, sed verius per tacitam dispositionem. nu. 9.*

¶ *Omnissi, & expressi, idem est ius, quando in vtroq, eadem est Ratio. nu 10.*

¶ *Dominicus à Soto, laudatur, nu. 11.*

¶ *Subdito cui palam liquet, occurrenti in casu, non esse mentem legis, vt seruetur, licet facere contra legem: quoniam illa est legis mens. Et qua ratione, id procedat. ibidem.*

¶ *Contra legem licet facere quamuis Recte positam si in euentibus particularibus, contra ius naturæ sit. num. 12.*

¶ *Vtilitate pro communi in ductum, non debet esse magis in grauamen vnius, quam alterius. ibidem.*

¶ *Leges etiam quæ sunt recte positæ in aliquibus casibus desficiunt, inquibus si seruarentur, essent contra ius naturale. nu. 13.*

¶ *Statutum contrarium æquitati naturali, est irrationabile. ibidem.*

¶ *Legum obedientia à primordio generis Humani limitata esse intelligitur, quatenus vtilitas & honestas ipsorum subiectorum deposcit, & non vltra. num. 14.*

¶ *Legitimæ onus non reijcitur, quando filijs vtilius est onus non reijci, nu. 15.*

¶ *Filij exhæredatio, sine iusta causa facta, testamẽtum patris non vitiat, quando ob vtilitatem fieret exhæredati. nu. 16.*

¶ *Inducta in alicuius vtilitatem, conuerti non debent in eius læsionem. ibidem.*

¶ *Potestas tam Principum, quam populorũ, in suos ciues, vel subditos, sui natura, restricta, & limitata esse intelligitur, nu. 17.*

¶ *Lex, non aliter legis vim, & potestatem habet, ciuesq, aut subditos obligat, quam si vtilis eis sit. num. 18.*

¶ *Lex nociua, quandiu nocet, non valet. ibidem.*

¶ *Dispositio omnis, restringitur, ex mente & sententia agentium, & concedentium, & ad eius mẽsuram redigitur nu. 19.*

¶ *Voluntas primum locum tenet in omni dispositione, sequentem verisimilitudo, vltimum verba. num. 20.*

¶ *Homines omnes, iure naturæ, & gentium, vti solent, & debent. nu 21.*

¶ *Inferior, non potest infringere ius superioris, ibidem.*

¶ *Specialia duo, cõcurrere nõ possunt, nec debent,*

in eodem subiecto. nu. 22.

¶ Venditor licite potest in precium rei, ducere damnum, quod ex venditione accipit, ita vt non solum res æstimetur quanti in se erat, verum & quanti venditori constabat. nu. 23.

¶ Venditor, iure potest se seruare incolumem, de dãno etiam emergenti nu. 24.

¶ Leges Humanæ, debent esse tolerabiles, atq; ad hominum imbecillitatem, accommodatæ, quas, etiã illi qui non sint adeo virtute progressi, ferre possint num. 25.

¶ Dominici à Soto Doctrina, explicatur. Et nostræ conclusioni non solum non contraria, sed conformis ostenditur: aduersus plurimorum sententiam. Et pro hac noua consideratione, idẽ Soto, citatur. & multæ leges expenduntur nu. 26.

¶ Restitutio sæpe conceditur ad damnum vitandũ, non ad lucrum captandum. nu. 27.

¶ Mutui in contractu, permissum est aliquid vltra sortem capere, ob laborem creditoris, & expensarum ratione nu. 28.

¶ Obedientiam quis debet Potestatibus, nisi iure aliquo Diuino, aut naturali excusetur. nu. 29.

¶ Congregationis Theologorũ, in Cœnobio Dominicano Diui Pauli Hispalensi, mentio fit, & qui fuerunt, qui interfuerunt pro præsentis Pragmaticæ dubiorum quorundam in foro Conscientiæ, explicatione, memorantur nu. 30.

¶ Frater Dionysius de Sanctis, Dominicani ordinis Bethicæ prouinciæ Prouincialis laudatur. ibidem.

¶ Frater Vmbertus de Villalam, Magister in sacra Theologia prior Cœnobij Paulini, laudatur ibidem.

¶ Frater Ioannes de Spinosa Dominicanus, Magister in sacra Theologia, Commendatur ibidem.

¶ Fratres, Ioannes de Burgoa, Hieronymus de Mendoça, Gregorius de Casuella, & Thomas Duram, in sacra Theologia Magistri, dominicani instituti, laudantur. ibidem.

¶ Frater Franciscus de Sancta Cruz, Magister in sacra Theologia, eius Lector, & Collega in Collegio Dominicano diui Thomæ Hispalensi, laudatur. ibidem.

¶ Gonsalus Aemilianus Doctor, Administrator Hospitalis. (Del Cardenal). Hispalensis, & librorum omnium strenuissimus censor, laudatur. ibidem.

¶ Lex cessat pro ea parte, pro qua eius Ratio cessat. nu. 31.

¶ Constitutio, continens aliquid non propter se principaliter, sed ad aliquem finem, non illaqueat transgressores ad pœnam, si finis ad quem principaliter tendit constitutio, non violatur. nu. 32. Etiam respectu peccati mortalis, dummodo non fiat ex contemptu. ibidem.

¶ Lex, quæ præsumptionem præ se fert, non habet locum in foro poli. nu. 33.

¶ Lex manet, quandiu vna eius causa manet, quãuis alia eiusdem particulares cesset. nu. 34.

¶ Dominus Antonius de Padilla, Regius in Senatu supremo Consiliarius, laudatur. ibidem.

¶ Leges & præcepta data ad aliquem particularẽ finem, cessant, earum causa cessante. nu. 35.

¶ Frater Ioannes Ochoa Dominicanus, Magister in sacra Theologia, Prior perpetuus Cœnobij sanctæ Mariæ Montis Syon, Hispalensis, laudatur. ibidem.

¶ Precium iustum est, vt non solum respiciatur ad rem quæ venditur, sed ad damnum, quod ex vẽditione incurritur. nu. 36.

¶ Venditor, potest licite vẽdere rem plus iusto precio, respectu precij communis, si illam rem Cariorem habet precio communi, pro aliquo particulari interesse. nu. 37.

¶ Vendens rem plus iusto precio, si mentiatur affirmando illud esse iustum precium, propter quod emens persuasus, tali emit precio, ad restitutionem tenetur, non solum in foro Animæ, sed etiam in foro Contentioso, per actionem de dolo, vel ex ipso cõtractu nu. 38.

¶ Dolum committit, qui mentitur ad lucrum suum in damnum alterius: & tenetur propter dolum ipsum. ibidem.

¶ Doloso optio non datur, ad iustum precium supplendum, vel rem ipsam restituendum, quoties læsio vltra dimidium contingit, vel intra, dolo ex proposito. Et quomodo id procedat, & intelligatur. nu. 39.

¶ Agere potest deceptus etiam intra iusti precij dimidium, ad rescissionem æstimationis Rerum dotalium nu. 40.

¶ Lex. 16. tit. 11. part. 4. citatur & de eius intellectu & vera contextura, ne aduersetur aliis legibus: contra Gregorium Lupi. nu. 41.

¶ Leges, 4. tit. 7. lib. 5 ordin. Regia. & 56. titul. 5. part. 5. citantur & explicantur. ibidem. Cum. l. 62. eod tit. 5 part. 5.

¶ Venditor volens in precio vltra ascendere, aut emptor descendere, causam aliquam æquam, & iustam assignare debet. nu. 42.

¶ Cau-

¶ Iuste quis potest stipulari, se indemnem seruari, tam in lucro, quam in damno, ibidem.

¶ Debitor, in interiori iudicio, tenetur ad lucrum omissum, & damnum, quod passus est creditor post moram debitoris: secus ante moram. nu. 72.

¶ Debitor, vltra sortem, nihil tenetur reddere mutuanti, etiam ratione damni, ex causa mutuationis interim ante moram incursi. nu. 73.

¶ Debitor, qui ad diẽ certũ tenebatur soluere mutuã pecuniã, si nõ soluerit, tenetur ad vsuras, quas creditor accepit: et ei restituere cãbia soluta. nu. 74.

¶ Interesse lucri cessantis, licitũ quãdo sit. ibidẽ.

¶ Venditor, potest die data emptori ad solutionem precij, pacisci vsuras precij non soluti, eo tempore quo dies constituta expectatur. nu. 75.

¶ Maritus, cui dos est promissa, & eius solutio dilata, potest pacisci cum promissore dotis vltra sortem, certam quãtitatem quotannis sibi soluendam: interim dum non fuerit soluta dos. nu. 76.

¶ Cap. salubriter, de vsuris, intellectus, & vera eius decidendi ratio. nu. 77.

¶ Cap. salubriter de vsur. decisio, procedit etiam, quando dilatio data sit socero, à genero, ad soluendã dotem, nec socer ex eo pacto in mora fuerit. nu. 78.

¶ Vidua, ratione interesse damni emergentis, aut lucri cessantis, potest fructus pignoris percipere præcipuos, ac paćisci, vt interim dum soluitur dos, certam annuam quantitatem recipiat. nu. 79. Cum communi, aduersus communem.

¶ Vidua, etiã inops, ratione alimẽtorũ, nõ potest vltra sortẽ dotis, aliquid recipere ob dilatã eius solutionem. nu. 80.

¶ Vsuræ permittẽdæ nõ sunt, ratione paupert. ibid.

¶ Statutũ valet, quod viduæ detur certa quãtitas moderata, ad rationẽ decẽ pro centũ, quolibet anno interim dũ non soluitur dos, ab hæredibus mariti. Cum Couarru. contra cõmunem. nu. 81.

¶ Vendere licite quis potest in foro Animæ, frumẽtum, pro eodem quo emit præcio, durante hac nostra Pragmatica, dummodo reuendendi causa, emptum non fuerit. nu. 82.

¶ Restituere non tenetur, qui licite recipit. ibidem.

¶ Damnum suum licite quis potest euitare: nec sibi aliquid crescit. ibidem.

¶ Socius, non tenetur communicare socio, parua lucra. nu. 83.

¶ Socio administranti, pars maior lucri, tribuẽda est à iudice: considerata qualitate personæ, & industriæ, nu. 84.

¶ Expensæ intrinsecæ, dicuntur, quia ab intus sint, & sine illis, vt in plurimum, quod intenditur, expediri non possit. nu. 85.

¶ Operarius, dignus est mercede sua. nu. 86.

¶ Venditor, licite potest iure poli deducere, & cõpensare in æstimatione precij frumenti, impensas, & æstimationem laboris impensi, in fructibus colligendis, & in ipsius rei cura, solicitudine, & administratione personali, & filiorum suorum. nu. 87.

¶ Casus nullus interuenire potest, qui hoc genus deductionis expensarum impediat. nu. 88.

¶ Fructus diminuere debet, quod in fructus redigẽdos, impensum est nu. 89.

Prædo, & intrusus, impensas repetit. nu. 90.

¶ Fraudator, impensas, & sumptus necessarios deducit. Et quod hoc liceat in foro conscientiæ. nu. 91.

¶ Lex, 44. tit. 28. part. 3. citatur. ibidem.

¶ Possessor malæ fidei, non tantum potest repetere, aut deducere sumptus, & impensas, à se factas gratia colligendorum fructuum, sed etiam preciũ operarum suarum. nu. 92.

¶ Lucrũ dicitur quod superest deduct. ĩpẽsis. nu. 93.

¶ Iustum precium dicitur, impensis deductis, & in æstimando precio, expensæ deducuntur. nu. 94.

¶ Beneficij valor, æstimatur deductis impẽsis. Nec magis censetur valere, quam illud, quod remanet deductis impensis & oneribus, ibidem.

¶ Opponens beneficium pluris valere, quam fuerit expressum in impetratione, non auditur, nisi dicat deductis oneribus. nu. 95.

¶ Bona Ecclesiæ vacantis, debent intelligi, de his tãtum, quæ solutis expensis, & salarijs famulorũ supersunt. nu. 96.

¶ Ecclesiæ fructuum appellatio, intelligitur de eo, quod superest deductis expensis ministrorum, & onerum, ibidem.

¶ Gabella, si per statutũ debeat solui ex legato, intelligitur de eo, quod superest deductis oneribus. nu. 97

¶ Expensæ deduci possunt, propter custodiendũ frumentum factæ, nu. 98.

¶ Fructus, & impensæ, quomodo diuidi debeant, inter fratres laborantes, quorum vnus duos habet filios, qui similiter simul laborant. nu. 99.

¶ Operarum ratio, habenda est inter socios: non solum eorum sociorum, sed vxorum eorũ, vt si vxor vnius, multum operatur in societate, debet deduci pars lucri, pro operibus suis. nu. 100.

¶ Palea, venit appellatione fructuum, ibidem.

¶ Lex, 21. tit. 8. part. 5. citatur: & intelligitur, ibid

LA segunda conclusion, bien mirada, se infiere de la dicha; que por el contrario, arguyendo de la mesma razō, [f] cōforme à principios topicos de Philosophia, [t] quié vēdiesse el pan, por loque verdadera, y realmēte, le tuuiesse de costa, aūque fuesse, à mas dela tassa de la dicha ley, ya que incurriesse, la



f 1 RAZON. Quod argumētum, fortissimū est leg. 1. §. huius rei, ff. de offi. eius cui mandat. est iurisdi. leg. qui testamento, §. mulier, ff. de testamē. cap. cum Apostolica, in fine, de his quæ fiunt à prælat. cap. cum virum, de regular. Etiam si verba Canonis, vel Legis, sint condicionalia: vt notant Petrus, Cyn. & Bald. in leg. contēticula, C. de Episcop. & clericis, Baldus, & Paul. de Castro, in dict. §. mulier, & Alexand. in dict. §. huius rei, licet glosa ibidem aliud sentiat, & non bene. Mens enim, textus etiā dicitur legis, vel statuti: vt est glosa ordinaria, in dic. §. mulier, quæ dicit, sensum contrariū, p. leg. accipi. ita quod istud quod venit à cōtrario sensu habetur perinde, ac si esset exp̄ssum, in. leg. q̄ dicit nō repiri abb. Bald. in. c. 1. col. 4. de cōsti. & scribit Barto. in. l. omnes populi, pē. col. ff. de iusti. & iur. Ancharra. in cōsil. 213. incip. pro isto patre instituto, & in repet. c. Canonum statuta, in. 4. quæstion. princip. de constitu. satis plene Barba. in c. nullus, de foro cōpeté.



PHILOSOPHIA. Cognito vno cōtrariorum, cognoscitur, & reliquum. Aristotel. 1. Topicorum, & .4 Ethicor. c. 1. &, §. illud, ac ibi glo. instit. de societa. Item contrariorū; eadem est disciplina: ex eodem Aristotele, lib. 2. ad Theodectem. l. pen. & ibi, Bald. C. de solutió. l. & si contra, in fine. ff. de vulg. & pupil. in prin. instit. de tutel. & in prin. insti. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Et idcirco quidem contrariorum, eadem est disciplina, quia eadem est ratio cognoscendi contraria: cū per intelligentiam vnius contrariorum, & alterius vis cougnita sit: & altero eorum cognito, vtriusq; proprietas nota sit. Et licet cōtraria vis sit contrariorum, non tamen contrarium eius, quod in vno constituimus, in altero, est statuendum. vt Latius per Alexād. Zasium, & alios, in rubri. ff. de acquiré. posse. Titelmanum, in dialectica, lib. 5. cap. 22. & Reuerendis. Couarru. id optime explicantem in. 2. part. relectio. regu. possessor, §. 7. nu. 2. de reg. iur. in. 6. vbi, & illam adducit argumentationem, ad remotionem vnius contrariorum, sequitur alterius positio: Aristotel. lib. 2. topicor, Cui. argumentū simile est, posito vno cōtrariorum inesse, remouetur & reliquum. l. si interme, & te, ff. de exceptiou. rei iudica. l. Pōponius, §. si is, in fin. ff. de p̄cur. l. hæc verba ille, aut ille, ff. de verbo. signi. Late Euerardus, sinæ Cēturiæ loco, 75. & notat Paul. in. l. vt vim, ff. de inst. & iur. dicés quod sicut offensa à iure vbicūque permittitur, ibi defēsio est denegata. l. si seruus, in fine & ibi. dd. C. de his qui ad Eccles. cōfug. ita econtrario vbicūquæ sit p̄hibita offensa, ibi est p̄missa defensio. d. l. vt vim, Et ita sicut offensa p̄ximi emptoris, à iure Diuino, & naturali prohibetur, eiusdé vēdétis, (ne lædatur) defensio, eodé iure permittitur. Et inde, si in rei vēditione, magis quā deceat lucrari prohibeatur de iure diuino, & naturali, ob id quod emptori faciā, quæ mihi vēdéti fieri nolé, ex eadē à cōtrario ratione, licitū est, ré vendere p̄ eo, quo mihi cōstat precio: siquidé ob hoc emptori iniurius nō sum: Nec hac in specie aduersari videor, iuri Diuino, & naturali: nec eidé iuri, quis ita vendendo aduersatur: cū vice versa, qui nūc est emptor, vēditor si foret, id sibi caueret. Et ex eodé iure diuino, & naturali teneatur mihi etiā velle, quod sibi voluisset, Nec itidé mecū facere, quod sibi fieri nequiret

¶Quo antecedéti, concesso, infertur, & cōcedēdū necessario est, cōsequēs, in textu citatū. l. 1. §. 1. ff. si vsuf. peta. l. 3. §. qui habet, & ibi Pau. de Cas. ff. de serui. rust. præd. l. refectionis gratia, ff. cō. p̄dio Late Enerat. d. cétur. lo. 94 Et cum inuicem correspectiua sint, non debent

bent diuerso iure censeri, sed potius ita interpretari, vt posito vno, positum, & aliud, & vno sublato, aliud etiam remotum existimetur. leg. etiam. §. ex causa, ff. de minor. leg. fin. ff. de acceptil. leg. clæmens, §. 1. ff. de hæred. instituit. leg. filiæ, §. matri, & leg. alumnæ, §. Seja, ff. de adimen. lega. leg. cum emptor, de rescin. vend. Bart. in leg. si quis seruum, ff. de condic. & demost. Alexand. in consil. 11. incip. viso superiore, numer, 2. volum. 3. Socin. in cōsil. 150. incip. dominus, numero, 27. vol. 1. & in consil. 27 numer. 23. vol. 4. Iason, in leg. Lutius, numer. 18. ff. de vulga. & pupil. & in leg. in testamento, col. penult. circa finem, C. de testament. milit.

u
4 
XTERIOR. Quod respicit communem vtilitatem, ne fraus fiat legi, si daretur, quod in foro exteriori, excusaretur vendēs pluris, quam per præsentem Pragmaticā sit taxatum, quando precium quo vendit, ex impensa intrinseca, rei vēditæ sibi constaret: cum quilibet iniustus transgressor, pœnam illam, vt euaderet, argueret, pluris sibi, vel eo precio, quo vendidit constare: & periurio, falso q; testimonio probaret: quod secus est in foro interiori, cui fraus fieri non potest: & in eo, de omnibus confitenti credatur. c. significasti, de homicid.

pena tẽporal della, por ser subdito y obligado en el fuero exterior, u que en el iuterior, no la deue, ni de lante de Dios pecco mortalmente ni esta obligado à restitucion de lo que ansi mas lleuo de la dicha

5 ¶Est enim, boni æquiq; coniuncti forum: & tribunal veritatis, & non fictionis: secundum Bald. in leg. vnic. C. de confes. 2. col. numero, 6. à Iasone (qui plura congerit) citatum, in, §. sed iste, numer. 108. instit. de actio. (vidēdo etiam à numer. 101. vsq; ad numer. 139.) Vnde quando actus relinquitur conscientiæ alicuius, non potest pars appellare: vt notat glos. sing. in cap. statutum. §. assessorem, de rescrip. in. 6. quam citant. Alexand. & Iason, in leg. de pupillo. §. qui opus, ff. de no. ope. nū. Quia cum conscientiæ alicuius relinquitur, solus DEVS est cognitor. (Requiritur tamē, quod is iuret suam conscientiam hoc dictare. secundum glos. & Doctores, in dict. §. assessorem, & tradit Rebuffus, in. 3. Tom. const Regia. tracta. de adiunct. seu subscrip. articul. 1. glos. 2. subiungens superiorem tamen posse emendare, per viam supplicationis, non appellationis: vt docet glo. verb. oneramus in clem. 1. de iure patron. Angel. & Iason, in dict. §. sed iste. Qui inter compromittētes Laicos, laicus, qui sine compromisso iudicaret, iudex erit, inter Clericos autem officialis Episcopi, vt notat Panormit. in. 3. not. c. cum sit generale, de for. comp. Felin. in cap. post cessionem, col. 1. de prob. Si vero Clericus, & Laicus, velint supplicare, vel petere reductionē ad arbitrium boni viri, petendum est coram superiore arbitratoris, teste Aufrerio, in tract. de potest Ecclesiast. Super Laicos, versic. 18. quē citat, & sequitur ipse Rebuffus, in dict. 3. Tō. tracta. de arbit. art. 1. glo. 9 num. 13.)

6 ¶Et inde est, quod qui ex contemptu, id est sine rationabili causa, maiori precio, quam á Pragmatica taxato, pro vt hic dicitur, venderet, sine dubio in conscientiæ foro vltra pœnam in ea contentam, reus esset peccati, & restitutionis superuenditionis: cum autoritati legis directe obuiet.

7 ¶Et ideo, Calderin. in cap. 1 de constitu. cōtemptum proprie esse dicebat, quando ex sola voluntate, quis non vult se subijcere superioris statuto: non autem quādo ex negligentia, & ita hoc in casu, venialiter peccare, & non mortaliter. Quod dictum dicit mirabile Panormitan. in rubrica, de obseruatio. ieiunio, fin. col. numero. 12. Cui alludere videtur illud Caietani, in artic. 3. quæstio. 147. 2. 2. quod transgressio ieiunij, quæ fit ex causa, non ex toto sufficiente, peccatum veniale est. (quando autem leges trāsgredi censeantur ex contemptu, post Thom. in eadem, 2. 2. quæstio, 186. articul. 9. Ioannes Gerson, in lectio. 5. de vita Animæ spiritual. & Adrianus, quodlibe. 6. articul. 2. ac nouissime Fernandus Vasquius Menchacensis, in præfatione. lib. 1. de successio progres. 13. col. cum sequen. numer. 82. cum sequentibus.)

8 ¶Et ex prædictis percipies causam meo iudicio, quare Legislator sanciēs maiori precio vltra taxatum, posse frumentum vendi secūdū testimonia locorū, pro leucarum distātia vnde portabatur, nō id sanxerit ꝑ modo aliarū expensarū intrinsecarū, quæ vēditoribus,

aliàs constabant, quando eadem insit ratio,
in vno, & altero capite, scilicet, ne si aliarum expensarum intrinsecarum meminisset,
fraus (vt diximus) in foro exteriori fieret, in
allegandis, taxandis, & probandis illis expen
sis, quæ cum cesset in foro interiori, (vt superius notauimus) consequens est, iuxta easdē
expensas intrinsecas, vltra taxatum precium
posse in eo, frumentum vendi ex paritate ra
tionis.

¶Quæ cum eadem sit in his casibus, omnes
9 decidit, non quidem per extensionem, sed si-
cut genus comprehendit species, sic genera-
lis ratio comprehendit diuersas species ca-
suum emergentium: secundum Petrū, & Cy-
num, in l. iura nō in singulas, & in l. quod ve-
ro contra, ff. de legib. & Bald. in. l. de quibus,
eod. titul. & in Authen. post fratres, 2. C. de le
git. hæred. & in. c. quia. V. Paulo ante finem,
de iudic. vbi dicit, quodquæ rationis nexus
connexuit, dispositio iuris, non separat. Nec
id quidem contingit, per extensionem, sed ve
rius, per tacitam eiusdem dispositionem: leg.
his solis, C. de reuocan donatio. not. Anchar.
in Consil, 96. incipien. super dicto, col. 1. Paul.
de Castro, in Consil. 86. incipien. præsens ca-
sus, 2. col. part. 2. vbi id eleganter declarat. &
Latius Andre. Tiraquel. in repet. l. si vnquam,
in verbo, libertis, nu. 37. versic. quorum sentē-
tia, C. de reuocan. donatio. & in libro, de re-
tractu, §. 27. glosa. 1.

¶Quodq; cum omissi, & expressi, eadem sit
10 ratio, & idem ius debeat esse. l. si extraneus,
ff. de condi. ob caus. l. final. §. vltim. ff. manda.
l. si quis mihi bona, §. se. si mādaui, & ibi Bal.
& recentiores, ff. de adqui. hæredit. glo. verb.
mulieri, in. l. si cum dotem, in prin. ff. solut. ma
tri. & in. l. Gallus, §. & quid si tantum, verbo,
emancipatus, ff. de lib. & posthu. Oldra. in con
sil. 224. incipien. istæ sunt allegationes. 7. col.
nu. 33. Bald. in. l. sed & si mors, ff. de donatio.
int. vir. & vxo. & in. c. inter corporalia, col 1
C. de transla. Episco. per. l. fin. C. de indict. vi-
dui. & Signorol. in consil. 14. incip. super infra
scriptis, col. vlt. quicquid Anchar. conetur, in
consil. 245. incip. duo prima, col. 2. versic. con-
trarium. Maxime cum id colligatur, ex ipsa
huius Legislatoris intentione, ex qua licet ar
guere ad casum omissum, in eadem leg. l. mi
lites agrum, ff. de re milit glo. in. l. quāuis, vbi
Bald. & Paul. C. de fideicom. cum similib. Ia-
son, in leg. Barbarius, 2. col. numero. 5. ff. de of
fic. prætor. Late Hippolit. in leg. sed sciendū,
1. col. nume. 2. cum sequentib. ff. ad leg. Pom-
pe. de parricid. Et nouissime Quintilian. Man
dosius, in regul. Cancel. de non tollen. iur.
quæsit. 8. quæst. numero. 3. & in reg. 16. quæst.
19. nume. 8. & in regul. 27. de non iudican. iux.
form. suppli. por. quæst. 5. num. 3.

11 ¶ Nec ab hac nostra opinione, Frater Do-
minicus à Soto, de literis, & Religione adeo
benemeritus, vt inter Dominicanos luminare
sit, (si recte inspiciatur) dissidet, prout plures
autumant, siquidem lib. 1. de iustitia, & iure,
quæst. 6. artic. 8. pagin. 71. a. de Epieikeia, di-
sputans, subdito (inquit) cui palam liquet, oc-
currenti casu, non esse mentem legis, vt ser-
uetur, licere facere contra legem: quoniam
illa est legis mens, & tunc vnusquisq; potest
sibi esse iudex, ex mente Alphonsi Castrensis,
in lib. 1. de potestat. leg. pæna. cap. 5. versicul.
lex humana, Neq; ad rem pertinet, quod le-
gem superioris, soli Principi interpretari li-
ceat, & præterea nemini, leg. fin. C. de legib.
Nam illud procedit, in legis dubiæ interpreta
tione: secus esset, vbi constaret eam legem
cessare: vt ibidem, in versic. 3. Alphons. de Ca-
stro censet, post Sanct. Thomā, in. 2. 2. quæst.
120. artic. 1. Nec vero, quodlibet verbum legis
ambiguum, necessitatem imponit adeundi
Principis: sed cum verborum ambiguitas cer
titudinem tollit sententiæ, vt ostendit Fran-
cisc. Connanus, in lib. 1. commentariorum, iu-
ris Ciuilis, capit. 11. numero. 8. subiungens,
non esse moris nostri, consulere Principem
de omnibus etiam priuatis controuersijs,
quæ dificultatem habere videantur: vt sole-
bant olim Romani. Et ita procedit, & intelli
gi debet, l. & ideo, ff. de legibus, + Quæ cer-
tius statuendum dicit, + Scilicet, quod nimi-
rum erat obscurum, nec satis perspectum,
& cognitum. Obscurum enim est, quod intel-
ligi non potest, leg 2. ff. de his, quæ pro non
scrip. habent. leg. ita Fidei, ff. de iure fisci. glo-
sa. 2. in leg. veteribus, ff. de pactis, Felin. & Ad
dition. in glosa. 1. in princip. Decretal. nume-
ro. 4. Deinde dicta lex finalis, de legibus, pro
cedit, in foro exteriori: non sic in foro Ani-
mæ: ex eodem Castrensi, ibi, in. 5. documen-
to. Et satis sit rationem subesse, quamuis in
lege non expressam, quæ vero similiter (vt
in nostra specie) Legislatorem monere ad id
dicendum potuisset: argument. eorum quæ
Panormitanus notat, in cap. quia plerique,
de immunitat. Eccles. Cyn. & Bald. in. leg.
non dubium, C. de legibus, idem Bald. in. l. fin.
C. de lib. præteri. & in. l. vlti. ff. de hæred. instit.
Castrensis, in. d. versic. 3. Sanct. Thom. in. d. 2. 2.
quæst.

quæst. 147. & est de mente Aristotel. in. 5. Ethico.cap.10.facit egregia glosa, verb. per exceptionem,in leg. tale pactum, §.fin.ff.de pactis,quod habetur pro statuto,in casu omisso,quod Legislator verisimiliter statueret,si de eo fuisset interrogatus,quam ibi, & vbiq; doctores probant,& (vltra loca ordinaria) eam dicit singularem,& auream (plures referens commendationes,) Hippolit. in leg. siquis viduam,nu.9.ff. de quæstio. (vbi alias glosas citat.) & in leg. vn.nu. 232. C.de rapt. virgin.& in singul.343.incip.verisimilitudo,& omnium latissime Andre. Tiraquel.in repet. dictæ.leg.si vnquam,in prin.nu.55. C.de reuocand. donatio. sed & Baldus ibi, in dicto.§. fin.illam glosam dicit multum notandam, & menti tenendam esse: obtinereq; non solum in dispositionibus legum, sed etiam statutorum,rescriptorum,& contractuum.Quod dictum dicens egregium,Barbatius sequitur in consil.1.incipien. magnus scripsit Psalmista.32. col.vol.1.& idem Baldus eam sequitur, & generaliter,tralut ad omnem materiam in leg. 1.C.quæ res pign.oblig. pos.bonus est textus & ibi not. Paul. & Alexand.in leg. Titius.§. Lucius,ff.de lib.& posthu. & in leg.fin. C.de posth.hæredib.instit. secundum communem intellectum.Barto.Bal.Angel.Paul. Castren. & Alexan.ibi. optimus tex.in.leg. mulier,1. versic.Brasidas,ff.ad.S.C. Trebel. & in dicta leg.Barbarius,ad finem,ibi,sed & si scisset.de offi.prætor.& ibi,not.Iason.nu.3. Et ita procedunt tradita per Petrum Rebuffum, in. 1. part.ordin.Reg.tract.de chirogra. & cedula. recog.in præfatio.art.92.nu.21.Et est singulare,in praxi capit. 157. comitiorum Madricio. an.1528.vt etiam ancillas comprehēdat, quia si de hoc fuisset interrogatus Legislator, sic respondisset.d. l.Titius,§.Lucius, ff.de lib.& post.secund. eundem Rebuffum,in. 2. Tom. dict. constit.tract. de famulorum salarijs,& intra quæ tempora.glo.9.non distinguentem pro præfatæ legis intellectu,qualitatem famulorum,an sint cantores,Tibicines, Agrarij,vel alij quicunq; stipendijs seruientes:cum dicta lex, indefinite loquatur, & indefinita æquipolleat vniuersali,leg. si pluribus, ff.de legatis 2.capit.vt circa, de electio. lib. 6.cum alijs similibus. Lex enim(secundum eundem Dominicum à Soto,vbi supra)ponitur in cõmuni, non in casibus particularibus, quibus Legislator, vel prospicere nequit, aut ex industria ratione boni communis, non impediendi dissimulat:quo fit, vt quoties casus occurrerit,quem si Legislator consultus, exceptum iudicaret, qui ve cum excepto conuenit,non sit obseruanda.

12 ¶Et hinc,si in euentibus particularibus, lex aliás,quantum vis recte posita,contra ius naturæ sit,licet contra illam facere. Vt idem Soto assérit,lib.3.eiusdem de iust. & iure tracta. quæstio.4.articul.5.pagin.230.a.Et ex leg.Modestinus,(quã citat)ff.de legib. ✝ Nulla ratio iuris, aut æquitatis begninius patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominum, introducta sunt, ea nos duriore interpretatione producamus ad seueritatem✝. Et secundum San. Thom.2.2. quæstio. 77. artic.1.ad.prim.quod pro communi vtilitate inductum est, non debet esse magis in grauamen vnius, quam alterius, & not. Conrrad. de contract. 3.part. quæst.57.conclus. 1. subiungens quod si taliter trahitur,quod plus est in rem vnius, quã alterius, non seruatur æqualitas iustitiæ,& per consequens illicitum agitur.

13 ¶Et ita ex eodem Thoma (qui dictam legem allegat)in.2.2.quæstio. 60. artic. 5. ad.2. leges etiam quæ sunt recte positæ,in aliquibus casibus deficiunt, inquibus si seruarentur essent contra ius naturale. Et ideo in talibus, non est secundum literam legis iudicandum sed recurrendum ad æquitatem quam intendit Legislator. Nam vt dicit Bald.in leg. 1.C. quæ sit long. consuet. statutum contrarium æquitati naturali, est irrationabile: quem citat,& sequitur Francis.de Aretio,in consil.92. incipien.visa consultatione,2.col.nu.2. Et lex quæ est contra bonum communitatis subditorum suorum, est iniquua.capit.quæ contra mores,& ibi Card.8.dis.& ideo illi non debet obtemperari, vt de lege prohibente præscriptionem,Doctores not.in leg.1.ff.de vsucap. Et sic quando non imponitur onus subditis ad bonum commune, secundum qualitatem proportionis, non est lex, sed violentia, & non obligat in foro conscientiæ. Nisi ad euitandum scandalum vel seditionem: secundũ Felin.in capit.nihil.3.col.versic.33.de præscriptio. Quia sicut bonus vir non est sine DEO ita non est lex bona sine DEO: teste Baldo, in leg.in ambigua, ff. de legibus,& declarat idem Thom.in.1.2.quæstio.96.articul. 4. post Diuum August.in tract.de liber. arbitrio capit.9.Lex enim non debet de viare à natura. §.si vero effusa, in Auth. quibus mod.natur. effi.sui coll.7. imo ipsi naturæ congruere debet,in Authen.detrient. & semis. in prin.coll. 3.§.minorem, instit.de adoptio.

14 ¶Sed & Cicero in Catone Maiore, ait, quicquid homini naturaliter insitum est, eo vti decet. Et cum ab origine Mundi, omnes peræque gentes patrijs suis, aut earum vices gerentibus, in honestis, & vtilibus paruisse constet: cum aliter ciuium rixæ, discordiæ, seditiones, tumultus, inimicitiæ, & iniuriæ non sedarentur, consequens est, vt hæc obedientia, à primordio generis humani limitata esse intelligatur, quatenus vtilitas, & honestas ipsorum subiectorum deposcit: & non vltra, præsertim cum ob vtilitatem ipsorũ met subditorum, non etiam Regentium hæc subiectio, & obedientia nata, introducta, & cõcessa fuerit, vt antedicta mala cessarẽt: dubiũ nõ est, quin ea vtilitate cessante cesset: Nec vltra, nec citra illam vtilitatem rectitudo consistat. l. Titio cẽtum, in prin. & ibi. dd. ff. de cõdi. & de monstra. l. stipulatio ista, §. inter certam, ff. de verb. obliga. l. quoties ab omnibus, vbi Alexan. Iason & Corne. C. de fideicom. l. cum pater, §. dulcissimus, de lega. 2. l. adigere, § quãuis, ff. de iure patrona. l. pen. C. de pact. plene per Tiraquel. in 1. Part. lib. cessante causa, & tradit Alphon. de Castro, de iusta hæreti. punitio. lib. 1. cap. 5.

15 ¶Et inde procedit glo. verbo, tollatur, in. l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. testamen. quam ibi sequuntur Pet. de Bel. pet. ti. Iacob. Butri. Faber, Bald. Saly. fulgo. Paul. de Castro, & Roderi. Suarez, ampliatio. 1. quod licet ob vtilitatem liberorum inductũ fuerit, vt onus eorum legitimis impositum, á lege ipso iure rejciatur. (vt in. d. l. quoniam, & alijs eiusdem tituli cauetur) Tamen si eis vtilius est, onus non reici, non reijcitur: Ne inducta ad eorum vtilitatem, in ipsorum necem, & præiudiciũ, ac læsionem conuertantur, contra leg. quod fauore, ff. de legib. l. nõ ideo minus, C. de procura. l. legata inutiliter, de lega. 1. & l. legata inutiliter, ff. de adimen. lega. & dictam glossam Barto. sequitur, in. l. cum ex filio, & ibi communiter. dd. ff. de vulg. & pupil. idẽ Bart. in lege si pater puellæ, C. de inoffi. testã. post Azon. in summa, eiusdem tit. ipse Barto. Bal. & Saly. in. l. filijs matrem, eod. titul. quicquid Iason ibidem vacillet.

16 ¶Et ita licet exhæredatio filij, facta sine iusta causa viciet patris testamentum, §. aliud quoq; in anthen. vt cum de appel. cognos. & per totum titulũ, ff. & C. de inoffi. test. tamẽ si fieret ob vtilitatem exhæredati, testamento non nocet. l. multis, ff. de lib. & posth. Etiã hodie, ex sententia Barto. & communi, in. d. l. cum ex filio, in prin. quam sequitur dicens receptam esse præallega. Suarez, in limita. 1. dictæ legis, quoniam in prioribus, & tenet ibidem Salycet. Bald. in authen. ex causa, C. de lib. præte. & Guihel. de Cun. in authen. non licet, eod. titu. Iason, in. d. l. multi, & in. d. l. filijs matrem, col. 2. qui dicit hanc opinionem communem, quam probat nouissime Emanuel à Costa, dissertissimus (quantum qui vis alius) Lusitanus, in. l. Gallus, §. & quid si tantum, pagin. 15. & pagin. 21. ff. de lib. & posth. Non alia profecto ratione quam quod, introducta ob alicuius vtilitatem, in eius læsionem conuerti, non debeant: nec diutius durare quam ipsa perduret vtilitas. l. ex facto, in prin. ff. de vulg. & pup. l. humanitatis, C. de impub. & alijs substit. §. qua ratione, inst. de pup. sub. l. quod fideicommissum, iunctis duabus legibus præcedentibus, ff. de lega. 1.

17 ¶Cum ergo potestas, quam Patria in suos ciues habet, veluti ex consensu ipsorum descendat, & ab eorum vtilitate, reguletur, nec vltra progrediatur: & imperium, ac potestas iustis Principibus data, à populo fuerit, nec maior esse potuerit, ea, quam populus ipse habebat. l. 1. ff. de consti. Princip. §. sed & quod Principi, instit. de iure natur. iunct. lege nemo plus (vbi multa per Decium, & Cagnolum,) ff. de regul. iuris, c. nemo potest, eod. tit. lib. 6. l. traditio, ff. de acqui. re. domi. superest, vt sui natura, coangustata, restricta, & limitata, tã populorum, quam Principum, in suos ciues, vel subditos, potestas esse intelligatur. Nec dubiũ est, quin limitata causa limitatos producat effectus, leg. age cum Geminiano, C. de transactio. leg. in agris, ff. de acqui. re. domin.

18 ¶Qua Ratione, si quæ lex siue à populo libero, siue etiam à Principe fiat, non aliter legis vim, & potestatem habebit, ciuesq; aut subditos obligabit, quam si vtilis eis sit, ne aduersum omne ius omnemq; rationem, & contra prædicta, potestas ea populis, aut Principibus, á conciuibus data ob suam met vtilitatem, in ipsorum pernitiem, ac læsionem conuertatur. Tria enim communiter in omni negotio sunt attendenda, quid liceat secundum æquitatem. Quid deceat secundum honestatem. Quid expediat secundum vtilitatem, capit. magne, de voto. Debet ergo lex vtilis esse non solum Principi, sed etiã subditis, ordinatioq; ita fieri debet, vt afferat vtilitatem & prosperitatem subditis in communi. leg. 2. ff. de constitu. Princip. Bonifa. in

proæ

proæmio Clementinarum. §. hæc ſane . col. 2.& ne cui paretur laqueus , ſecundum gloſam notab. in. c. erit autem lex , 4 . diſtinct. Nec ad rem pertinet,quod Princeps. aut populus,qui talem legem iubet, bonam fidē habuerit,& ſic animum proficiendi, non nocendi,nam adhuc ſi lex nociua ſit, quam diu nocet,non valet:nec ciues ligat:quia bona fides eius,qui egreditur commiſsionis, aut mandati fines,nihil mutat:tex.eſt notabil. & ibi Bal. in lege ſi procurator,ff.de condi. indebi.l.3 §. ſi procurator,ff.quod quiſq; iuris, l.contra iuris,§.fin.ff.de pact.l. filius familias , §. 1. ff.de donatio . Nec quicquam mutat , quod commiſsionis , & mandati verba , aut conceſsio, ſint generaba.

19 ¶Nam iuris eſt, vt in omni diſpoſitione , ex mente & ſententia agentium , & concedentium,reſtringi , & ad menſuram, ac modum voluntatis,& diſpoſitionis, atq; conſenſus,ea redigi,aptariq; ſoleant. & debeant . leg . non omnis , ff.ſi cert peta. l. creditor,§.Lutius.ff. manda.l.ſcire,§.aliud,ff.de excuſation.tutor. l.3 §.condicio,ff.de adimen.legatis.l.diuus,§. item Senatus,ff ad leg.Cornel. de fal.

20 ¶Et in omni diſpoſitione, primū locū tenet voluntas, ſequentem veriſimilitudo , vltimū verba.l.in condicionibus primum locum.l.pater Seuerinam,§.cōdicionum verba, l.quibus diebus,§.dominus,ff.de condicio. & demoſt. l. hæredes mei,§.cū ita,ff.ad.S. C.Trebel.l.licet imperator,de lega.1.l.obligationum ſubſtantia,§.fin.leg. non figura verborum, ff.de actio. & obliga.& vtrobiq; per doctores,vnde cum in ſpecie noſtra , certe vero ſimilimū ſit,ciues qui ad ſuam vtilitatem , poteſtatem concedebant,vel Patriæ vel Principi,eam nō conceſſuros,ad inutilia,vel nociua,reliquum eſt,conceſsionem,vt cunq; quo ad verba generalem, quo admentem tamen & ſenſum limitari , & in effectu reſtrictam & limitatam videri.

21 ¶Præſertim cum omnes homines iure naturæ,& gentium,vti ſoleant,& debeant.d.l. omnes popul,ff.de iuſtitia,& iure.§. ſed naturalia,inſtit.de iure nat.gen.& ciui.à quo iure recedere nefas eſt , niſi ob aliquam vtilitatem:vt dictis iuribus.Vnde ſi quæ lex poſitiua,citra vllam vtilitatem, ab eo iure Naturali,vel gentium receſſerit,nullius eſt momenti:Tum quia vltra commiſsionem ,& conceſſionem ciuium facta,lata ve intelligatur. Tū etiam,quia inferior legem Naturalem, & ius gentium,& ſic ſuperioris,lædere , aut infringere non poſsit.d.§.ſed naturalia.c. cum inferior,de maior.& obed.leg.nam magiſtratus, ff.de arbit.

22 ¶Item quod præſens Pragmatica , in foro exteriori obliget vendentes,ad vendendum pro precio in ea taxato , quamuis quod venditur , longe maiori eiſdem conſtauerit , & ſtet precio,propter fauorem publicum , bonum q; commune , inductum eſt : & procedit.quod vt totum conſeruetur , non mirum ſi pars lædatur : imo iuſtum , & æquum eſt, tunc partem lædi:(vt in principio huius gloſæ,in.1.concluſione notauimus) quod vero, ita vendentes,ad id etiam , in foro conſcientiæ teneantur,ſub reatu peccati mortabs, & reſtitutionis,abſud eſſet ſpecialius: duæ q; reſultarent ſpecialitates,contra regulam iuris: ſecundum quam , duo ſpecialia concurrere non poſſunt,nec debent.gloſa.finalis, in.leg. 1.C.de dot. promiſio.& glo.verb. placuit , in leg.cum poſt.§.gener,ff de iure dotium , Oldra.in conſil.79.incip. duo ſpecialia , & poſt Aretinum,tradit Iaſon,in,leg.1.ff. de vulg. & pup.ſub num.53. et Tom. Grām. in deciſ. 47. incip.in cauſa,numero.3.& in deciſ. 67. incip. exorta,in fine.Satis ergo eſſe debet,huiuſmodi venditores,in foro exteriori tantum obligari.Nec enim ex antedicta ratione , in foro interiori ad id etiam teneri cenſendum eſt.

23 ¶Prætere a idem Soto,lib.6.de inſti. & iure inſcriptionis,quæſtio.3.articul.1.pagin. 535. b. licitum eſſe concludit,in precium rei ducere damnum, quod venditor accipit : ita vt non ſolum res æſtimetur,quanti in ſe erat , verū, & quanti venditori conſtabat . & voluerunt Sanct. Thom.in.2.2.quæſt.77 . arti.1.& Scotus in.4.ſententia.diſtin.15.quæſt.2. communiter recepti , ſecundum Martinum ab Azpilcueta Nauarrum,in commen . reſolutorio ſuper.c. 1.14.quæſt.3.nu.54. eandem opinionem tenētem.Et eſt de mente Caietani, in.d. 2.2. quæſtio.78.arti.2.ad primum , quem ibidem citat ipſe Nauarrus,in.nu.56.

24 ¶Et idem Soto,in.d.lib.6. quæſtio . 4.arti.2. pagin . 548. b.innuit , quod de damno etiam emergenti, venditor iure poteſt ſe ſeruare incolumem:quod & Ioannes de Medina teſtatur,in Codice de reſtitutione,quæſtiō. 38.fol. (mihi)116.verſic.hæc dixerim , & in tracta.de rebus per vſurā acquiſitis,in part. quib.caſib. liceat mutuan.vltra ſort.recipe.col. 3. verſic. præterea,fo.129 vbi dicit cōmunē eſſe omniū ſentētiā.Et per hāc rationē,omnes alias labefactari,idē Dñicus à Soto,contendit,in eodē

libro.6.quæst.1.arti.3.pagin.509. b. constitués differentiam, inter damnum emergens, & lucrum cessans: & illud non pendere ex industria dicés, sed esse meram passionem, à qua idcirco, se quisq; incolumem seruare potest.

25 ¶Leges enim humanæ (vt ab Isidoro lib. 5. Ethymologiarum, cap.21. docemur) debent esse tolerabiles. atq; ad hominum imbecillitatem accommodatæ: quas etiam illi qui non sunt adeo virtute progressi, ferre possint: neq; leges optimas expedit condere, sed tantum illas, quæ imperfectæ multitudini quadrent. alioqui leges perfectissimæ, quia tolerari non possent, pessimæ censerentur: vt recte scribit Episcopus Abulensis, in tracta. de optima politia, nu.102. & Plato, lib.5. de legibus, ait, illud etiã Legislatoribus, multi præcipiunt, vt leges huiusmodi ferãt, quales multitudo, & populus libenter suscipiant. Inde, Aristoteles lib.4. Politicorum, inquit, leges omnes ad Rempublicam, accommodandæ sunt. non autem Respublica ad leges. Si tamé lex homines sic distringeret, vt sua substãtia, sub reatu gehennæ se nudarent: intolerabilis esset: vt fere præallegatus Soto, exclamat, in d.lib.1.de iusti.& iure, quæstio.6.pagin. 60. b. Et hunc aliás ipse dicebat, in lib 3.eiusdem de iusti & iure inscriptionis, quæstio.6.art.7.pagin.267.b.iniusticiæ specimen præ se ferre, & rationé reclamare, quod qui vt propriæ necessitati succurrat, domum suam, aut rem aliam vendit, tributum pendat. quod tunc, non qui plus habeat, plus velucratur, sed qui pluris egeat, amplius soluat.

26 ¶Quæ vero dicit idem Dominicus á Soto, supra allega.lib.1.quæst.6.arti.6.argument. 5. pagin.58.a.& pagin.66.b.& in lib.4.de iusti.& iure, quæst.6.arti.4.pagin.342.a.& in. 5. libro eiusdem tract.quæst.8.artic.4.pagina.464. b. quod carius vendens precio, à lege taxato, contra iustitiam peccet, superq; venditionis excessus, restitutioni, obnoxius sit, ad primã nostram conclusionem spectat. Quod idem ille fere insinuat, si rectius consideretur, in.d. lib.6.de iust.& iure, quæstio.2.artic. 3. pagin. 532.b.cum duabus sequentibus, dum ait, fallacissimam esse regulam, si quis semper, quanto emit precio, quantumq; laboris, & periculorum, subijt, tanti velit vendere cum lucri accessione: Non enim nos loquimur de sola industria, aut lucri accessione: cui, & aduersamur: sed de damno, & expensis intrinsecis, sine quibus frumentum non potest colligi, ac expediri: quas ipse Soto non excludere videtur: & in quibus longe patens discrimen est: vt idem Dominicus à Soto, firmat, in.d.lib.6. quæst.1 arti.3.pagin.509. magna enim, & indistincte est differentia, quod quis certet de lucro non assequendo, seu de eo amittendo, an vero de damno sustinendo, aut euitando, vt per leg. prospexit. ff. qui, & à quib. Bart.not. in.leg.omnes populi, post nume.55.ff.de iust. & iure, & Alexand.in consil. 101. incip.super eo, num 15.&.17.volu.3.vbi Bart.sequitur, & eiusdem opinionem Coiter approbatam fatetur. Et idem Alexand.in.consil.111.incip. videtur, num.11. volu. 7. & nouissime doctissimus Quintilianus Mandosius, in.21.regu.Cancella.de impet.benef.viuen.quæst.4. num.8. Et hinc est, quod ignorantia solum excusat ad damnum vitandum, non ad lucrum captãdum l.qui autem, &.l.si fraudator, in prin. ff.quæ in fraud.credi. Decius, in.l. qui in alterius.num.4. de reg.iuris. Et notat Tiraquel. in lib: de retract.§.35.glo.4.nu.26. Nec enim dicitur damnificari, qui lucrum amittit, neq; lucri amissionis præiudicium cõsiderabile est secund. Bart.in rep. l. quominus, 11. quæst.in fin.ff.de flumin. Alberi. in.l. manifeste ad fin. C.de seruit.& aqua.& Alexand.consil.194. incip consideratis, num.11.volum. 2. & ita procedit Iason, in rep.dict.leg.quominus, nu. 48. &.85.cum seq.& Aymon, de antiquit.tempo. part.4.nume.242.&. 250. Singularis q; est, & admodum notandus textus.l.si is cui. §. eius rei, ff.de furtis, ibi + Interesse autem eius videtur, qui damnum passurus est, nõ eius qui lucrum facturus esset. + Et post glosam verbo, idem, in.l.si quis vxori, §. pen & textũ. l. qui re, §.fin.&.l.cuius interfuit, vbi Angel.ff. eod. Baldus tradit, in.l.vn. C. de senten. quæ pro eo quod interest, 8.col.nu. 50. bonus est tex. l.si sterilis, §. cum per vẽditorem, ff.de actio. empt ibi. + Nec enim si potuit, ex vino puta negotiari, & lucrum facere, id æstimandum est. + Et optimus, in.l fin.ff.de pericul.& commo.rei vendit. + Vẽditori si emptor, in precio soluendo moram fecerit, vsuras duntaxat præstabit: non omne quod vẽditor mora nõ facta cõsequi potuit, veluti si negotiator fuerit, & precio soluto, ex mercibus plusquam ex vsuris quærere potuerit. +

27 ¶Et sic videmus concedi sæpe restitutioné, ad damnum vitandum: non ad lucrum captãdum.l.quamuis, &.leg.fin.C.de iuris, & fact. ignoran.l.error, ff.eodem, l. sciendum, ff.ex quib.caus.maior.tradit Tiraq.in d. libr. de retractu, dicto.§.35.glo.2.num.7.cum sequẽtib.

Et longe diuersa habetur ratio illius, qui lucrum quærit,& eius qui damnum euitare cõtendit:cui amplius succurri,& subueniri, facilius ius illum conseruari,eiusq; condicio melior,& potior iudicari debet. l. iuris ignorantia,ff.de iuris,& fact.igno.& not.Speculat.in tit.de in integ. restitut. §. 2.versic. sed qualis, Imol.in.l.damni infecti.1.§.non solum, in fin. num.16.& in.l. fluminum,§. item videamus, post prin.ff.de dam.infect.& in.l.1.§.sicut autem,in.1.not.ff.de aqua plu.arcẽ.Ancha.in cõsil.172.incipien.in causis,num. 6. & Corneus, in consil. 26. incip. hæc consultatio. num. 20. vol.2.& scribit idem Corne.in consil.22.incip. in hac,eod.volu.quod facilius impeditur lucrum quam inferatur damnum.Et ita procedit,Oldra.in consil.214.incip. factũ tale est,in fin.quod iuris error non nocet agentibus de damno vitando. † Paria enim non sunt debita amittere,& lucra non capere† l.fin §.& si præfatam,C.de iure deliberan.& in.l.vltim.§ si quis vero,C.de codicil. † Non enim par,eadem q; ratio videtur, amittere debita, & lucra nõ capere,& vt singularis innuit textus† ad nostram conclusionem valde notandus, in.l.assiduis,prope finem.C.qui potior. in pigno.habean.† Nec venditores hos pro lucro fouemus,sed ne damnum patiantur, suis q; rebus defraudentur,curamus. Neq; enim debet petitor,ex aliena iactura lucrum facere† vt alter dicit textus,l.plane, ff. de peti.hære.

28 ¶Et inde Panormit.in.c.conquæstus,de vsuris,notat, quod etiam in mutui cõtractu,cõcessum est aliquid vltra sortem capere, ob laborem creditoris,& vbicunq; aliquid expensum est, permittitur accipere aliquid vltra sortem:expensarum ratione:vt patet in erogatione,quæ fit in rebus dotalibus, vt per totũ,ff.de impẽ.in reb.dotal.factis:& cõstat, in litiũ expensis,in.l.sancimus,C.de iudic.& ꝓbat Mẽcha.lib.3.cõtrouersiarũ vsu freqũetiũ, cap.60.nu.12.cũ trib.sequentibus,& in. nu.27 Susceptio namq; periculorum res est æstimabilis precio:secundum Conrrad. de contract. part.3.quæst.56.conclus.3.Adeo, quod secundum eum,sæpe quis daret magnam quantitatem pecuniæ,vt esset assecuratus de vitandis periculis,nec enim tenetur illa suscipere gratis,quin aliquid possit pro huiusmodi exigere:& secundum hoc ascendere in precio, vnde mercator,qui mercem, quam mille florenis emit, non potuit adducere nisi per Regnum Periculosum,potest plus lucri,ex ea velle habere,quam ille qui aliam mercẽ,(quam etiam mille florenis emit) adducere potuit, vel adduxit per non periculosum Regnum. Quanto enim periculum est Maius,tãto magis potest exigere. Et si periculum est ad effectum deductum,puta, quia sine culpa sua est læsus in persona,vel rebus, longe Maius poterit exigere,quam quando tãtum spectatur & non in effectu euenit, vnde secundum eũ, mercator adducens nauem onustam mercibus, carius potest vendere merces suas, si aliquando prius in mari, sine culpa sua, amisit nauem onustam mercibus, quam si nũquam perdidit, quatenus aliqualiter recuperet dãnum perpessum in actu, quo seruiuit Reipublicæ. Et idem de mercatore, conseruante merces,si aliquando perierunt sibi merces,incendio,sine sua culpa,vel suorum.

29 ¶Minimeq; nostræ oberit conclusioni, vniuersalis(quam quidam, alterius factionis citant pro se)propositio,quod Potestatibus vnusquisq; obedientiam debeat:cum id procedat nisi iure aliquo Diuino, aut naturali excusetur:vt idem Dominicus à Soto, tradit in lib.1.de iust.& iure,quæst. 6. arti.8.pagin 7.b. cuius testimonia quã plura hic adducere oportuit,& libuit,quia aduersarij eum, contra me,plena(vt aiunt)bucca magnificant.

30 ¶Nec etiã obstat,quod à Reuerendo patre, Fratre Ioanne de Spinosa,Hispalensi, sub instituto Dominicano,bonarum literarum, & Religionis professione claro, in sacra Theologia Magistro,obiectum mihi fuit coram admodum magnifico, & perquam Reuerendo Patre Fratre Dyonisio de Sanctis Totius Bethicæ Prouinciæ eiusdem ordinis dignissimo tunc Prouinciali,& in sacra Theologia, Magisterij laurea insignito: & perquam magnificis Docto.Gonsalo Emiliano doctissimo, Cẽsore librorum Catholicorum acerrimo,ac diligẽtissimo,Administratoreq; rectissimo Hospitalis Hispalẽsis,†Del Cardenal†,vulgo nũcupati.Ac Carolo de Negron,& Hieronymo de Mansilla,in iure Cæsareo Licentiatis, aduocatis illustris Ciuitatis eiusdem, non vulgaribus, & Coram admodum Reuerendo & niueorum morum Patre,Fratre Vmberto de Villalam,illustris Cœnobij apud Diuum Paulum Hispalensis, Priore, in sacra Theologia egregio Magistro, atq; Reuerendis doctissimis Patribus, Fratribus Ioanne de Burgoa, & Hieronymo de Mendoça,Gregorio de Casiella, & Francisco de Sancta Cruz, Fratre Thoma Duran,in sacra Theologia Magistris, & eruditis Fratribus Gaspare de Cabrera, ex

portæ Cœli Cœnobio, Priore & Didaco de Villalobos, ac Antonio Iaymes, Lectore, Præsentatis: Qui per dictum Prouincialem, fuimus congregati, in dicto Cœnobio Paulino, vigesima quarta die Mensis Februarij, anni, 1563 pro præsentis Pragmaticæ intellectu, in foro poli, & resolutione circa eam dubiorũ quorundam, Non enim sat esse, in hac nostræ secundæ Conclusionis specie, rationem præfatæ Pragmaticæ, in eius præfatione (vt supra notauimus) positam, in particulari actu cessare, vt ipsa lex cesset, vt colligitur ex Thoma, quodlibet. 9. art. 15. & Clemen. ad nostrã, de hæreticis, &. c. et si CHRISTVS, de iure iurand. Nam quãuis dispositio præsentis Pragmaticæ, non cesset, ob id, quod eius causa in parte cesset, vt notat Philip. Francus in. 1. notabili, in. c detestanda, de conces. præben.

31 ¶Si tamen eius causa, seu ratio partim cesset, pro ea certe parte, & ipsa cessat Pragmatica: secundum eundem Philippum Francum ibidem, per leg. adigere, §. quamuis, ff. de iure patrona. &. c. cum cessante, de appellation. quem refert, & sequitur Tiraquel. in. 1. part. libri cessante causa, præsertim cum ea ratio in lege ipsa Regia scripta sit, quæ cum in intétione sit statuentis, eius dispositio secundũ illam rationem, merito limitari, & restringi debet. l. si is, ff. de acqui posse. l. hæc actio, & ibi glosa, ff. de calumniator. & docet Salycetus, in. l. 2. col. 1. C. de noxalibus actio.

32 ¶Quod etiam procedit, in foro conscientiæ secundum Franciscum Curtium Iuniorẽ (ita intelligendum) in Consil. 12. incipien. videtur prima consideratione, col. 3. versic. sed quod fortius, per textum bonum (vt ipse dicit) in. c. quoniam contra falsam, de probatio. & ibi Panormit. in vltim. notabili. 4 col. nu. 6. notat ex eodem textu, quod quando constitutio, continet aliquid non propter se principaliter sed ad aliquem finem, non illaqueat trãsgressores ad pœnam, si finis ad quem principaliter tendit constitutio, non violatur, etiam respectu peccati mortalis: dũmodo id non fiat ex contemptu. (vbi & alios allegat, quos ibi videre poteris.) Minusq; obest, quod prænominatus ipse Magister Ioannes de Spinosa replicauit, præsentem Pragmaticam quo ad huius secundæ conclusionis speciem attinet. Fundamentum etiam habere à præsumptione cupiditatis, quam idem Legislator, etiam in hoc casu præsumit: satisq; hoc esse: vt & in eodem casu, & specie, ratio eiusdem Pragmaticæ locum etiam obtineat.

33 ¶Nam quamuis ipsa lex Regia, in specie proposita, fundamentum à præsumptione cupiditatis haberet, quod tamen nego, ad huc in Animæ iudicio, locum sibi id non vendicat: Ex quo in eo constat veritas, & cessat præsumptio: vt not. post alios Pet. Rebuf. in. 1. Tom. const. Reg. in proœm. glo. 5. nu. 125. & in repet. c. postulastis, glo. 1. de. Clerico excom. minist. Et hac Ratione, quæ negari non potest, & vt notissima, vbiq; recepta est, lex quæ præsumptionem præsefert, in foro poli locum non habeat: secundum Baldum, vtriusq; fori peritissimum, in. l. cum quis, 7. col. nu. 14. C. de iuris, & fact. ignoran. & eundem Baldum, in authen. ingressi, 6. col. nu. 15. C. de Sacrosan. Eccles. Panormi. & alios, in. c. quæ in Ecclesiarũ, de constitu. & Reuerendis. Didacum à Couarru. Episcopum Segouiensem in. c. cum esses. nu. 4. de testamen. & est textus in. c. tua nos, &. c. is qui fidem, de sponsalibus. Nec etiam obstat, quod aduersus Paulo ante dictam solutionem primæ obiectionis Magistri Ioannis de Spinosa, mihi tũc replicauit, eruditissimus & delicatissimi ingenij, Frater Franciscus de Sancta Cruz, Prænominatus Magister in sacra Theologia, & eius Lector, & Collega in insigni apud Diuũ Thomam, Hispalensi Collegio Dominicano, quod lex de ieiunando, statuta est ad subijciendum corpus Spiritui, ne ex carnis rebellione Spiritus ad carnales affectus trahatur: aut ad satisfaciẽdum DEO pro peccatis: Et tamen sunt, & possunt esse multi qui carnem domitam habent, siue per virtutis exercitium, siue per medicamina, siue per naturalem complexionem, & tamen lex præfata non cessat quo ad illos: sed illam sicut & cœteri seruare tenẽtur legem: Quinq; multi etiam sunt, qui pro peccatis suis, alia via plene satisfecerunt, erga quos non minus vim habet lex, quam si non satisfecissent vt est notum, ergo in casu dictæ huius secundæ conclusionis, quamuis quis vendat nõ animo magis lucrãdi, aut cupiditate ductus magis interessandi, cesseteq; in eo proœmialis ratio præsentis Pragmaticæ, ad eius obseruationem, sicut & cœteri, in foro conscientiæ tenetur, & transgressor is, obnoxius est peccato, & restitutioni.

34 ¶Nam huic argumento, (quod etiam cum alijs similibus, & si in alio proposito Ioannes de Medina, Theologiæ professione insignis, Doctor Complutensis, tradit in præallegato Codice de restitutione, in quæstio. 14. versic. sun tamen, cum sequentib.) Responsio facilis

est,

est,secundum eundem Methinam,ibi,in versic.ad hæc tamen.Si consideres leges quasdã, ad certum finem particularem esse datas,sed non præcise,sed etiam ob aliam causam,& tales non cessant,esto cesset, causa illa particularis, qualis est dicta lex de ieiunando, quæ quamuis ad hunc finem particularem est instituta,vt caro maceretur,& DEO pro peccatis satisfiat,non solum ob id instituta est,sed etiã vt per ieiunium mens in DEVM eleuetur: Et ideo quãuis vna causa particularis cesset,quãdiu altera manet,manet & lex:secundũ glosam l.tam is,§.1.& ibi Ioan.de Imol. eam cõmendat,ff.de donatio.caus.mort. & glo.in.§. minima, & ibi Angel institut.de capit. diminu. §. affinitatis, &. §. socrum,instit.de nuptijs, & notat Nicolaus Euerardus suæ Centuriæ loco, 35. pagin. 253. Et nouissime Eruditissimus, & in supremo Regio Senatu Consiliarius dignissimus, illustris Dominus. D. Antonius de Padilla, (loquens in falcidia,quæ prohibita per testatorem nõ sit, delegatis non pijs hodie etiam detrahenda) in.l.ea quam,nu.109.in fine. C. de fideicõmis.

35 ¶Alias vero esse leges,& præcepta, quæ data sunt ad aliquem particularem finem, per quas intenditur talis,aut talis finis subsequutio,idq; principaliter, aut præcise, vt in præsenti Pragmatica, ne ex cupiditate & animo magis lucrandi, & occasione amplius interessandi preciaFrumenti,Ordei,Panici,Typhæ, & Auenæ,indiescrescant,ac augeantur,& cariora ideo fiant:& tunc ea causa cessante, cessat & ipsa lex. Et ratio est aperta,quia Legislator in huiusmodi specie,non intendit homines ad tale medium obligare, nisi ob causam obtinendi finem intentum:vt in præcepto de corripiendo fratrem delinquẽtem, per quod id solum intenditur, vt frater corrigatur, ac pro inde,si talis finis intentus, nullatenus ex correctione speretur,aut si iam sit in esse positus,tunc cessat obligatio huiusmodi præcepti de fratre corripiendo.Talis est lex de soluẽdis certis pedagijs ad finẽ particularẽ præcise instituta, scilicet ad reparandũ murosciuitatis,aut ædificandum pontem, aut huiusmodi publicis necessitatibus occurrendum: quibus non stantibus, leges huiusmodi latæ non essent, tunc quidem, cum finis intentus fuerit in esse positus,cessat lex de tali medio lata.Stat ergo longe diuersum esse, quod obijcitur de ieiunio,nec nostræ conclusioni aduersarij:eodem q; modo responderi posse argumentis,quæ similiter possunt adduci,de lege,de suscipiendo baptismum, aut pœnitentiam:quæ quamuis adhunc finem particularẽ est instituta,scilicet vt homo veniã consequatur,sed non solũ ob id statuta est, sed etiã vt DEVS colatur, & DEO satisfactio fiat. Sacramentorum enim susceptio,ad Cultũ DEI pertinere dignoscitur.Similiter lex desoluendis decimis,ad finem sustentandi Ecclesiæ ministros est data,sed non solum ob id,sed etiã in recognitionem dominij vniuersalis, quod DEVS in omnibus rebus habet:& ideo quãuis vna causa particularis cesset, quandiu altera manet, manet & lex. Sic etiam, in lege de reddendo debitum coniugale, quanuis finis ipsius,prolificatio sit, seu fornicationis vitatio, & aliquando cesset huiusmodi causa, non ideo tollitur obligatio reddẽdi, eo quod manet alia causa,scilicet vnicuiq; esse reddẽdum quod suum est:Cum viri corpus, ad ius pertineat vxoris,& ecõtra.Sic de voto emisso,ad hunc finem particularem,scilicet vt vouens assequatur aliquid,quod optat.Nam,& si hoc cesset,remanet tamẽ aliageneralis causa,scilicet vota, & promissa esse DEO reddẽda:quod est de iure naturæ, & Diuino. Quæ responsio,in istius nostræ conclusionis tutela admodum quadrauit Doctissimo Reuerendo Patri Fratri Ioanni Ochoa, Dominicano, Priori perpetuo Cœnobij Sanctæ Mariæ Mõtis Syon Hispalensis,in sacra Theologia cælebratissimo Magistro, de literis, & Religione admodum bene merito, & ingubernando,rectissimo.

tassa, pues lleuando solamente el costo. x Y auisando dello à el comprador, y diziendo le, que por

x 36 OSTO. Quod iustum est precium, ex quo ad eius iustam æstimationem,ac plenam iustitiam non solum respiciatur adrẽ quæ vẽditur,sed etiam ad dãnum quod venditor ex venditione incurrit vt aduertit Sã. Thomas in.2.2. quæstio. 77.art.1.ex eo inferens, sic licite posse aliquid vendi plusquam valeat secundum se, quanuis non vendatur plusquam valeat ementi,quem refert, & sequitur Aretinus in.c cum causa,de testib.col. 7.versic.tertia

tia conclusio.

37 ¶Asserens vendentem rem plus iusto precio, respectu precij communis, si illam rẽ cariorem habet precio communi, pro aliquo particulari interesse, posse vendere rem licite vltra dictum precium commune, vsquæ ad illud suum singulare interesse: & est de mente Scoti, in.4.sententia. distin.15.quæst. 2. & ita accipienda est glosa, verbo, cum multum, in can.si cupis, 16.quæst.1.innuens in contractibus decipere non esse peccatum: per.c. innocens, 22.quæst.4.alias saluari non posset: Cũ fraudem adhibere, adhoc quod aliquid plus iusto precio vendatur peccatum omnino sit: in quantum aliquis decipit proximum in damnum ipsius: ex eodem Thoma.in.dict. articul.1.in princip.solutionis, ad primum.

38 ¶Quem locum citans Aretinus ipse, in dict. col.7.dicit, quod quando ille qui vendit rem plus iusto precio mentitur afirmando illud esse iustum precium, propter quod emẽs ita persuasus, emit tali precio, esse tunc istud sine dubio illicitum: & decipientem ad restitutionem teneri, nõ solum in foro Animæ, sed etiam in foro contentioso, per actionem de dolo: vel ex ipso contractu per glosam, (quã adhoc ibi dicit notabilem) in leg.item si precio, §.fin.in vltimis verbis, ff.locati, à Bartolo probatam, in leg.eleganter, §.fin. ff.de dolo, cum leg.sequen. per textum ibi scribentem, quod semper ille qui mentitur ad lucrum suum, in damnum alterius, committit dolum: & tenetur propter dolum ipsum.

39 ¶Ita vt quoties læsio vltra dimidium iusti precij, vel intra, dolo ex proposito acciderit, eo dante causam contractui, aut incidente in ipsum, non detur doloso optio ad iustum precium supplendum, vel rem ipsam restituendum: sed præcisse ea optio dolum passo cõpetat: secundum Conradum, de contractib. in totius operis summa, quæstio, 57. distinct.3 dict.6.& Ioann.de Medina, in Codice de restitutio. quæstion 13.cuius contrarium annotarunt Angel.in summa, verb. dolus, §.9.& Syluester, verbo, culpa, §.7.Prior tamen opinio vera est, vbi dolus ipse dedit causam cõtractui: posterior vero quando dolus in contractum incidit. Et si prior sententia vtroquæ casu, admittenda sit, in hunc sensum, vt si dolus causam contractui dederit, habeat deceptus optionem: si dolus in contractum inciderit, habeat actionem, ad hoc, vt sibi iustum precium integrum soluatur: denegato iure ipsi doloso rẽ restituendi, & solutum repetẽdi precium.

40 ¶Illud tamen (nec aliquantulum extra rem videtur) non ommitam, quod Gerardus à Petra saucta, in singul.22.incipien.Rogo, vt nũquam obliuiscaris, dicit, nunquam obliuioni tradendum, quod quicunq; coniugum in dotis, seu rerum dotalium æstimatione, quomodocunquæ intra iusti precij dimidium deceptus, agere potest, ad talis æstimationis recissionem: innuens textum esse singularem, leg. iure succursum, §.1.& in leg.si res, §.1. ff.de iure dotium (vbi glosa dicit esse speciale in dote). leg.circunscripta, ff.solut.matri. quod hodie cauetur, in.leg.16.tit.11.part.4. qua etiam singularius probatur, actionem hanc quadriẽnio non præscribi: vti ex.leg.4 tit.7.lib.5. ordina.Regia. nonnulli, & non bene autumant: ponderãdo eiusdem legis partitæ verba, quæ hanc causam, dotis fauore, à cæteris causis excipit.

41 ¶Quæ ad limitationem dictæ legis, 4. singularis lex est. Et (vt hodie eam habemus,) prope finem ex diametro contrariari videtur legi, 56.versic. + E esto serie. + tit.5.part.5. &.1. leg.4.tit.7.quæ leges hodie seruantur, & consonant opinioni glosæ communiter receptæ, in leg.2.C.de rescind.vẽdi. Quare, & si doctissimus, & valde studiosus Gregorius Lopez, legum parti.solers castigator, in dict. leg. 16. cum eius vulgari nouissime transeat lectione, ab ea litera, quæ meo iudicio deprauata est, Scriptorum incuria, cauendum, ac legendum moneo, + Que valie veynte marauedis por treynta è vno + quod patet per sequens exemplum ibidem statim positũ, + O la que valia quarenta, por diez è nueue, + & ne si ita locus hic, emendetur, demus, quod dicta lex Partitæ probet opinionem glosæ, in. dict. l.2.de rescin.venditio.non probatæ, sicuti idẽ Gregorius, in glo.dict. l. 16. opinatus fuerat, hoc eidem imponẽs legi, quæ re vera rectius considerata, hanc non probat, sed potius cõmunem opinionem, dum dicit, + O la que valia quarẽta, por diez, y nueue. + Et vt potius concordet cum dictis legibus, 56.&.4.cum iura iuribus expediat concordare.c.cum expediat, de elect. lib.6. Legendum est. + Fueras ende, si montasse mas, ò menos, del medio de precio derecho, que valie la cosa, è esto serie, como si alguno vendiesse la cosa q̃ valie veynte marauedis, por treyuta è vno, ò la que valie quarẽta, por diez y nueue. + Alias Antinomia harum legum, solui non potest. Cuius rei gratia credo Montaluum antiquiorem

rem earundem legum partit. Glosatorem, dictam legem. 16. non commentasse: sed neq; de ea meminit, in dictis legib. 56. & 4. optimus est tex. (ita accipiendus). l. 62. tit. 5. part. 5.

y 42 MAS. Patefacere ré debet véditor emptori: enimq; admonere, & causam exponere, vt videat an sibi expediat lege illa emere, vt vult Ioannes de Medina, in Codice de restitutio. quæst. 38. fol. 116. versic. hæc dixerim, dicẽs quod si in aliquibus casibus velit venditor, in precio vltra ascendere, aut emptor descendere, oportet causam aliquam æquam & iustã assignare.

43 ¶Hæc autem erit eum, qui ad alterius instãtiam emit, aut vendit, se indennem seruare, si forte aliquod damni interesse, vel cessantis lucri, inde patiatur.

44 ¶Et clarius innuit Dominicus à Soto, in d. lib. 6. de iusti. & iure, quæst. 3. art. 1. pagin. 535. b. quod quando emptor sciens, & prudens, quia vel ipse tantam, vel maiorẽ rei necessitatem patitur, vel suo vult animo obsequi, cũ illo onere rem emere contendit, iuste venditor tanti vendit, quanti sibi valebat: aliás minime licere. Recepta quæ apud omnes hæc est conclusio.

cuitar su daño le lleua mas, y no va cõtra el dicho Derecho Natural z

z 45 NATVRAL. Quod in lege, & in Euangelio continetur. Mathe. 7. b. Lucæ. 6. & c. 1. & 2. dist. 1. cuiusq; principium, peccatũ euitat. c. final de consuetud. Nam cum de eius essentia sit, vt habeat rationem, ac ratio, & peccatum inter se pugnẽt, cum peccatum sit, quodcunq; commissum contra dictamen rationis, consequens est, hoc principio naturali vtentem, & ei non contrauenientem, extra peccatum esse: Nec id iure Ciuili improbari, apud quod, Legislatori magna est cura, ne peccandi occasio vlla relinquatur: in authen. vt ij qui oblig. se habe. perhib colla. 6. & l. 2. ff. de legib. Maxime in hoc conscientiæ foro, quod forũ Diuinum est, cui omnia patent: & ex animo iudicantur. Quod & si à iure ciuili, hac ratione discrepet, quod in eo, de hoc animo occulto iudicari non possit. c. à nobis, de senté. excommu. Et soli DEO veritas, & iudicium infallibile relinquatur. c. cum æterni tribunal, de senten. & re iudica. lib. 6.

46 ¶Quando tamen iure naturali iudicatur, diuersa non sint, siquidem iustitia, quæ à principijs naturalibus procedit, semper sit vna, & tota sibi constet, ac consentiat: in prin. inst. de iure natu. gent. & ciuil.

47 ¶Et Cicerone teste, in libro de republica, immutabilis est: & eius Sator est DEVS: Nec alia est Romæ, alia Athenis, alia nũc, alia posthac, neq; per populum, vel Senatum, ab hac solui possumus. Et hinc fit, vt quæ ratio naturalis demostrat, necessario obseruãda sint in foro Ciuili, prout in foro conscientiæ: & perfectius sit ius naturale legibus positiuis, cap. lege, 10. dist. c. quæ contra mores, 8. distin. l. eas obligationes, ff. de capit. diminutio. §. sed naturalia, instit. de iure nat. gent. & Ciuil.

48 ¶Et quæ iure naturali consistunt, DEI volũtati sunt conformia. c. sana, §. cum ergo, 9. distin. Et quæ iuri naturali probantur contraria, excluduntur: vt ibidem dicitur. †Constitutiones ergo vel ecclesiasticæ, vel seculares, si naturali iuri contrariæ probãtur penitus sunt excludendæ†. Nam secundum Hug. ab Archidiac. citatum in. c. humanũ genus, 1. distin. 2. col. nu. 6. inde ius naturale dicitur, vel quia summa natura, idest DEVS, nobis illud docuit, & tradidit per legem, & Prophetas, & Euangelium: vel quia ad ea quæ iure Diuino continẽtur, naturalis ratio, etiam sine extrinseca excitatione ducit, & impellit

49 ¶Ideo ius naturale, & Diuinũ, interse differunt, tanquam genus, & species: vt quicquid sit iuris naturalis, sit iuris Diuini, non ecõtra: vt probat studiosissimus Menchacensis, lib. 1. controuersia. illust. cap. 26. nu. 14. & colligitur ex glo. verb. turpe est. iuncta textu in. l. probrum. ff. de verb. sign. Nec si lege, vel Principis secularis præcepto, ius naturale, aut Diuinum repetitum sit, non desinit esse ius naturale, aut Diuinum, nec efficitur ius ciuile: vt notat Fernandus Aloazes, in Consil. pro Marchione de Velez. pagin. 419. nu. 52. (& diximus supra, in. 1. conclusio. super verbo, Natural.)

50 ¶Et secundum Sanct. Thomam, in. 1. 2. quæstio. 18. artic. 1. & 2. nullum præceptum continetur in lege Euangelica, quod non sit iuris naturalis, præter præcepta de Sacramentis, ac de fide. Et voluit idem Thomas, in quodlib.

lib.4.articul.13.quem refert,& sequitur Reuerendiss.Couarru.in.2.part. Epitom. super.4. lib.Decretalium,cap.6.§.10.nu.1.

51 ¶Nec obeerit, si obijciatur, iuris naturalis præceptum, †Quod tibi vis fieri, alteri velis, Euangelio potius aduersari, dum siquis velit adulationes, vel huiusmodi illicita sibi à proximo fieri, adeo,& adulari ei, vel huic simile facere licitum esse concludat: Siquidé in illicitis, quis proprie non dicatur velle, sed concupiscere: Nec tunc vere quis sibi id velit, ex quo non ad vtilitatem, sed in odium sit animæ tuæ, iuxta illud psalm.10. †Qui auté diligit iniquitaté, odit animam suam†. Vbi in eius annotationibus, id eleganter Titelmanus annotat. Concupiscereq; illud dicitur. Et inde concupiscentia, (Cui nos hoc in tractatu aduersamur) semper proprie in mala significatione ponitur: vt non concupisces, &c. Et voluntas proprie in bono semper accipitur: vt in dict.c.humanum genus, 1.distin. secundum Archidiacō.post Gofred.ibidem. Ac reliquū est in Paulo ante citato præcepto, verba illa, †Quod sibi fieri vult†, in bonā accipi parté,& illud sonare, ac dicere, vt sicut quis sibi à proximo bene fieri vult,& subueniri, ita & ipse bene faciat ac subueniat proximo: quod nedum Euāgelio aduersum non est, sed ei satis cōforme.

a CVLPA. Textus est singularis in leg.scire oportet §.sufficit autem, ff.de excusation. tutor.ibi, †Ignoscendum ei est, cuius fidem tamet si sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia. Quem textum memini me olim Salmanticæ didicisse ann.1542.ab illustri Domino Licētiato Hieronymo à Contreras, Segouiensi, ibidem tunc Cathredario vnius in iure Cæsareo Cathredæ, viro quantum dici potest literatissimo, ac integerrimo, & in gubernādo circūspectissimo,& rectissimo Andiētiæ Reg. Hispalensis, (quā Gradus vocant) Regēte nedum dignissimo, verum etiā ob Animi sui magnas & nimias dotes, ac eximiā cum vtriusq; iuris cognitione, & summa experientia prudentiam, lōge maioribus emerito muneribus

52 ¶Ex ex dicto textu, notant ibi Iacob. Cyn. Bald.& alij,& idē Bald.in leg.cum antiquioribus, pen.col.C.de iure deliber. quod in decisionibus causarum, potest allegari ratio naturalis, tanquam lex scripta. bonus est textus leg.cum ratio, ff.de bonis damnat. ibi, †Cū ratio naturalis, quasi lex quædam† Et ibi not. Albert.& alij,& Anton. Gometius doctissimus præceptor meus vnam de Cathredis vesperorum, in eodem iure Ciuili, olim Regens in leg.9.Tauri, nu.65.fol. (mihi), 57. Est enim naturalis ratio, lex quædam tacita, vt probatur in d.l.cum ratio,& in leg.1.§.in primo, ibi naturali ratione subnixum, C.de cadu. tollē. Ex quo Baldus ibi, in princip. notat ea quæ sunt naturali ratione subnixa, deberi in tacta & illibata pꝑpetuo custodiri. Et ideo in rebus humanis id iustum ex eo dicitur, quod est rectum secundum regulam rationis, prima autem rationis regula est, lex naturæ atq; lex tantum habet rationis & virtutis, quantum magis assimilatur legi naturali, secundum Sāctum Thomam in.1.2.quæstio. 90.articul.1.& 2.Et in eo, quod à lege naturali discordat, nō est lex, sed legis corruptio. vt not. idem Tho. in dict. 1. 2. quæstio. 95. art.2. quæ contrauenientes in foro conscientiæ non ligat: vt tradit Innocen.in capit quia pleriq; de immunit. Eccles. licitumq; esset legem ita latam circunuenire fraudibus & dolis: vt notant Bal. Pau. de Cast.& moder.in dict. leg.1.in prin. per illum tex.C.de cadu. tollen. (& diximus in.8. part.2.fundamen.nu.6.prælectionis legis.5.ti. 3.lib.7.ordinatio.Regia) Atq; hinc in dicto, §. in primo, inquit Bald. ad naturalem rationē est recurrendum quæ optimus legis est Clypeus, quod dicit tenendum menti & sequitur Felinus, in.cap.quanos, 2.col.nu.3.versi. & adduci potest, de iure iurand. Et ita procedit, & valet argumentum, á ratione naturali: vt explicat nouissime Quintilianus Mandosius, in. 8.Reg.Cācell.2 quæstio.nu.2.& in.10. regu.quæstio. 4. nu.5. Et facit. quia cum de ratione non apparet, recurrendum est ad rationem naturalem: Imol.in leg.2.§.fin.de donatio. versic. itē adde circa id, & ibi quoq, post eum, Romanus, col.1.versic.& potest dubitari, argumen. capit.quia ratio, de præben.& capit. consuetudo, distin.1.&.§.sed naturalia, instit.de iure nat.gen.& Ciuil. & idem voluit ipse Imola, in capit.post translationem, 8.col.nu. 50. de renuncia.Panormit.in capit.suggestum, col.1. notab.2.de appellatio.& Mathe. de Afflict.in capit.1.col.5.nu.25.titul. qui succes.teneant. facit quod dicit Bald.in proœm.Codicis. col.4. quod

ni Diuino, ni tiene culpa, [a] y que para no peccar mortalmēte viniē-

quod quando est contentio de potestate, inter pretédentes supremam potestatem, non cadit inter eos alius arbiter, nisi ipsa ratio naturalis quæ est arbiter malorum, & bonorũ. Item facit, quia conscientia non ligat, quos natura non obligat. vt notabiliter innuit ipse Bald. in leg. 1. in fine, C. de vectigal. & commiss. quem citat & sequitur, omnium sui temporis iurisconsultorum subtilissimus Princeps, ac primariæ in iure Cæsareo lectionis Doctor Petrus à Peralta, Salamãtinus Cathredarius, eruditissimus, ac familiarissimus præceptor meus, à quo gradum Baccalariatus accepi, vigesima die mensis Aprilis, hora octaua ante meridiem, ann. 1543. in sua elegan. relectio. rubri. ff. de hæred. instit. nu. 31. Quodq; forũ conscientiæ, iuri naturali, potissimum innititur, & ab eo vti Regula Lesbia (vt est in prouerbio) regulatur: vt notant Anton. & Panormi. post Innocen. & antiquos, ibi, in. c. quæ in Ecclesiarum, de const. Innocen. in. c. quia pleriq; in princi. & in fin. versic. sed de hoc, de immu. Eccles. Panormit. in. c. 1. ad fin. de in integrum rest. Barto. in leg. si pœnæ causa, in prin. ff. de condi. indeb. & in extraua. ad reprimendum, in verb. per denunciationem. Bal. in authen. ad hæc, col. 2. cum sequen. C. de vsuris, & in col. 5. versic. procedo vlterius, & in leg. 2. prope finem, C. de iuris & fact. ignoran. & in leg. cum quis, col. 4. versic. 10. & vltimo probatur, eod. tit. & in leg. id quod pauperibus, 9. q. C. de Episcop. & Cleric. & notat Florian. in leg. cum de in rem verso, col. 2. ff. de vsuris, Philip. Corne. in Consil. 294. incipien. ante omnia, coll. 5. & in Consil. 137. incip. placet mihi, col. 2. vol. 2. & in Consil. 251. incip. in hac cõsultatione, vol. 3.

peccare se falso existimabat: cũ hoc ex nei contemptu descẽdat: secundum Sanctũ Thomam, in. 1. 2. quæst. 19. articul. 5. & Sanct. Bonauent. in. 2. sententia. distin. 39. articul. 1. quæst. 3. Alphon. à Castro, de potesta. leg. pœnal. li. 1. cap. 5. versic. lex humana, Sed & is, qui dubius an liceat sibi absq; mortali crimine quidquam agere, id nihilominus agit, exponit se periculo peccandi mortaliter, ideoq; mortaliter peccat iuxta illud Ecclesiastici, cap. 3. qui amat periculum, in illo peribit, cap. literas, de restitutio. spoliat. cap. in præsentia, de spõsal. & notat Adrianus, in. 4. sententia. in tract. de restitutio. cap. de præscriptione. à Couarru. citatus, & sequutus in. 2. part. relectio. Regul. possessor. §. 7. nu. 4. fol. 196. in paruis.

c 55 HOMAS. In. 2. 2. quæst. 147. arti. 3. ad. 2. qui iunctis his quæ diximus, in. 1 conclusione, in verbo, †Cobdicia, † Aperte probat hanc secundam conclusionem: dũ dicit, præcepta quæ per modum communis statuti, proponuntur, non eodem modo obligãt omnes: sed secundum quod requiruntur ad finem, quem Legislator intendit. Cuius autoritatẽ siquis transgrediendo contẽnat, vel hoc modo trãsgrediatur, quod impediatur finis, quẽ intendit, peccat mortaliter talis transgressor: Si autem ex aliqua causa rationabili, quis statutũ non seruet, præcipue in casu in quo etiã si Legislator adesset, non decerneret esse seruandum, talis transgressio, non cõstituit peccatum mortale. Et inde esse, quod nõ omnes qui nõ seruãt ieiunia Eccles. peccãt mortaliter. & tenuit idẽ ipse Thomas, in. 4. sentẽtia. dist. 15. quæst. 3.

do contra la dicha ley, o statuto lo excusa, la razon de creer, [b] que lo puede lleuar con buena consciencia, segun sancto Thomas, [c] y Cayetano, [d] Innocencio, [e] el Cardenal, [f] y Collectario, [g] y el Arcediano, [h] cuya doctrina, siguen, e dizẽ singular, y notable, el abad Panor-

b 54 CREER. Hoc ideo dicimus, quia si venditor cõsciẽtiam haberet erroneã, credẽdo, quod in hoc peccabat, peccaret: iuxta illud Augustini, in lib. contra faustum, inquientis peccatum, in tantũ esse peccatũ, in quãtum voluntariũ. Et inde lex pœnalis, etiã in quibus casibus, trãsgressorẽ nõ obligat ad peccatũ, semper eum ad peccatũ astringere videtur, quãdo ipse ex legis trãsgressione,

d CAIETANO. In quæst. 147. 2. 2. arti. 3. ad. 2.

e INNOCENTIO In rubri. de consuetud. col. final. nu. 9. ad finem, dicens peccatum tũc esse quando quis venit contra ius, cupiditate, aut sine causa, in casu ve nõ permisso: alias non.

f ¶Cardenal. In cap. 2. de obseruatio. ieiuniorũ.

g ¶Collectar. In. c. 1. de cõsti. & Curtius Iunior,

h ¶Arcediano, in. c. vtinã, 76. distin. (in cõsil. 10

mitano, [i] Felino, [l] y Decio, [m] y aunque sancto Thomas, en los dichos lugares, hablãdo de la qualidad de la tal razon dize que principalmente procederia quãdo se pudiesse collegir de la intencion del Legislador, la tiene la desta segunda Conclusion, teniendo atencion à que de la dicha Pragmatica, y de la de su declaraciõ se collige y presume, pues expressamẽte dispone, que quanto mas el dicho pan tuuiere al vendedor de costa de acarreto, tanto mas lo pueda vender del precio de la dicha tassa, y que lo que se vendiere en harina, tenga treynta marauedis de precio mas, y en quanto à el pan cozido, se tenga respecto à lo que saliere, y se cõprare en grano, cõ mas alguna justa, y moderada ganancia, y mas claramente de la Pragmatica nueuamente hecha en Agosto de sesenta y seys años, que alarga el precio de la ceuada, à medio ducadõ, porque el antes puesto era tan baxo que no allega al gasto que los labradores hazen: porque no es visto querer el hazedor dellas que al guiẽ resciba daño, [n] y que cõ el en

i 56 PANORMITANO, in capit. licet ex quadam, 2. col. nu. 4 de testib. & in capit. quoniam contra falsam, 4. col. nu. 6. de probatio. & in rubri. de obseruatio. ieiunio. fin. col. num. 11. vbi in fortioribus terminis tenet, & est de intẽtione prædictorum doctorũ, quod transgrediens ieiunium solẽne ex aliqua causa, nõ peccat mortaliter, dum tamen non fiat ex contemptu.

l FELINO. In ca. 1. de treuga. & pace, 7. col nu. 12. versic. intellige hæc. Rebuf. in proœm. cõst. Reg. glo. 1. nu. 43.

m DECIO. In. c. nã concupiscentiã in. 1. lect. colu. fin. nu. 3. de constitutionib.

n 57 DAÑO. Mens enim Legislatoris attẽdenda est & potius in spicienda quam verba ipsius, l. 3. §. condicio, ff. de adimen. legat. ibi, †Sed melius est sensum magis quã verba amplecti†, & in l. scire, §. aliud, ff. de excusatio. tuto. ibi, †Sed & si maxime verba legis hunc habent intellectum, tamen mens Legislatoris aliud vult†. & in. l. pen. ff. ad exhiben. †Non oportere ius Ciuile calũniari, neq; verba eius captari: sed qua mente quid dicatur animaduertere conuenire†. & in. l. credendũ, ff. qui pet. tutor. † incidit in cõstitutionis verba, sed ex sententia excusatur †. & in. l. 2. §. si mater, versi. quid si curatores, ff. ad. S. C. Tertul †Verba rescripti defficiunt, sed dicendum est eandem esse rationem†. & in versic. si non fuerint, eiusdem legis, †Puto licet verba deficiunt, sententiam constitutionis locum habere †. & in. l. sed sciendum, ff ad leg. Põp. de parricid. ibi, † Sed & nouercæ, & spõsæ omissæ sunt, sententia tamen legis continentur†, & in leg. siquis adulterium, §. 1. ff. ad leg. iul. de adult. †Ex sententia legis tenetur, quãuis verbis non cõtinetur †. & in. l. Diuus, §. itẽ Senatus, ff. ad leg. Cornel. de falsis, †Diuus Pius ita rescripsit, sententiam magis sequendã esse huius Senatus cõsulti, quam scripturam†. & in. l. 1. §. incidit, ibi, †Non ex verbis, sed ex sentẽtia†. ff. ad. S. C. Turp. & in l. cum hic status, §. si socer, ff. de donatio. inter virũ & vxor. †Atq; verba orationis, minus sufficiũt, tamen dicẽdum est, donationem ad sententiã orationis pertinere†. & in. l. pen. §. videamus, ff. de bon. posse. contra tabul. †quãuis, edicti verbis collatio inducatur, ex mente Prætoris denegandam esse respõdetur†. tradit Late Hippol. in. l. siquis viduam, ff. de quæstio. & Andre. Tiraquel. in repet. l. si vnquam, verbo, libertis, nu. 39. C. de reuocan. donatio. facit lex, 9. tit. 1. part. 1. ibi, †El saber delas leyes, nõ estan solamente en aprender y decorar las letras dellas, mas en saber el verdadero entendimiento dellas†. & c. Marcyon. 1. quæstion. 1. (& diximus Latius in. 2. fundamen. 2. partis prælectio. l. 5 tit. 3. lib. 7. ordi. Regiar.) Sed & Alexan. Imolen. in consil. 116. incip. animaduersis statutis, 3. col. num. 14. vol.

14.vol.2.citando Angelum,& alia iura scribit, quod mens debet attendi, etiã si verba dispo nentium contraria sint menti: tradit Mencha censis,lib.2.controuer.illust cap.30. nu. 4. cũ sequent.

55 ¶Ex quibus infertur intellectus,ad præsentis Pragmaticæ declaratoriam Pragmaticam Valli Oleti,latam 26. mensis Aprilis,ann.1558. vt quamuis panicum,in ea ommissum sit,possit exigi,& percipi,pro eiusdem aduẽctione, sicut pro tritici,& typhæ,conuectione. Sic & intelligendæ sunt aliæ declaratoriæ Pragmaticæ, Valli Oleti latæ.28.eiusdem mensis Aprilis,ann.1558.vt quamuis panicum,& auena in eis ommissa sint,eisdem legibus contineatur: ex quo eadem sit ratio,& earundem cõstitutionum his,in fructibus locum habeat sententia. Ex his quæ etiã infero intellectũ,ad Pragmaticam nouissimam.+De los lutos.+ Ab hic manifissimo huius Nominis secũdo PHILIPPO, Hispaniarum, & noui Orbis Rege, lat. Madriti,20.die mensis Martii,ann.1565.Quod licet eius verba deficiant,vt pater pro præmortuo filio,vestes possit induere lugubres, possint parentes in filiorum morte eas impune portare:ex quo eadem est ratio: argumẽ. d.l.2.§.si mater,ff.ad.S.C.Tertul. & aliarum: (quas superius citauimus)legum,& lõge maior,si commune votum parentum,& eorum condicionem attendamus:cum nullus amor vincat paternum,l.fin.post princip. C. de curato.furio.+Et pro affectu parentes,magis in liberos terreantur,quam in se ipsis.+l.ifti qui dem.§.fin.ff.quod met.caus.

56 ¶Cuius,argumẽto,si pater,& filius, sint torquendi,traditur filium in cõspectu patris primo torquendum,quo pater ipse citius verũ profiteatur,(de quo vltra Grandinũ,& Guidon.de Suza,in titul.& tracta.de tormẽt. Bonifa.Angel.& Hippol.) per Tiraquel. eos ad id citantem,in prin.d.l.si vnquam,nu.7.de reuocãd.donatio.&alia,in huius conclusionis fauorem adducentem:vbi etiã refert nõ pauca patrum exempla,quos non piguit, suæ vitæ iactura,liberorum vitam redimere:& qui filijs suis, superstites esse non sustinuerũt.Cuius etiam rei memorabile nobis exemplũ reliquit Sanctus ille Dauid, alioqui affectui mi nime sequax.Nam cum Absalon eius filius, primum quidem Amon,etiam ipsius Dauidis filium,insidijs interceptum necasset, deinde, & cum patris pellicibus fœde congressus fuisset,postremo patrem ipsum,& Regno,& vita priuare neruis omnibus cõtendisset, illius tamen mortem pater, cui hæc omnia erant compertissima, adeo flebiliter deplorauit, vt in hanc lacrimabilem vocem proruperit, +Fili mi Absalon, Absalon fili mi,quis mihi tribuat,vt ego moriar pro te.+.2.Reg.c.18. Cuius, Cynus meminit, in,l. propter insidias, C. de his qui accus.non pos. vbi subdit alia plerãq; exempla huius paternæ pietatis,à Valerio Maximo fuisse prolata, lib.5.titul.7. facit text.l.patrem,ff.quæ in fraud.credito.& in.l. quod,& lex,§.si eum quis, ff. de liber. homi. exhiben.& in.l. si mater,ibi,+ Per coniecturã materuæ pietatis+.C.de inofi.testam.& in.l.1. §.taceat,versic.fileat,C.de rei vxo. actio. & in.c.super eo,de testib.& in,c.afferte, de præsumptio.vbi recensetur illa,3.cap. Regum 3. Historia,de matre,cuius commota sunt viscera,cum Salomon iussisset infantem diuidi. & facit quod apud Esaiam cap. 49. clamat Dominus. + Nunquid obliuisci potest mulier infantem suũ, vt nõ misereatur filio vteri sui?+ Et quod scribitur de Iacob, Patriarcha illo Sãctissimo,Genesis,37. + Scissisq; vestibus indu ctus est cilicio,lugens filium suum multo tempore,congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris,noluit consolationem recipere : sed ait descendam ad filium meum lugens in infernum+ Bona est glossa, in lege, §. si filius, in fine, & ibi Bald. in vtraq; lectio.C.de pat.potest.Et idem Bald. in cap.per tuas, colu. 2. de probation. quod amor parentum, abscondi non potest. Et in dicto capit.super eo, post principium, quod quis diligit honorem, & in crementum suæ prolis, etiam ardenti desiderio:textus est,in leg. penult. §. Iulianus, ibi, + Affectu enim propensiore magis. + ff. quod fal. tut.aut. & in leg. amicissimos, §. Lucius,ibi, + Contra naturales stimulos, + ff. de excusation. tuto. Cuius autoritate, ipse Baldus scribit, in authent. ex causa, 7. colu. numero.26. C. de liber. præter. vel exhære. quod naturalis stimulus, patrem vrget ad charitatem liberorum : vnde qui naturalem erga liberos charitatem non curat, videtur habere morbum cerebri : & defectum rationis. Textus est in. §. sed veteres, instit. de noxalib. actio. ibi, + Quis enim patiatur filium suum,+ Et ibi,+ Vt pene per filij corpus, pater magis quam filius periclitetur.+ Maxime cum præter hũc affectum, & naturalem parentum,in filijs præmortuis dolorem, Natura ipsa quodãmodo præponeretur:l. Iulianus, ff siquis omis.cau.testamẽ.& ordo mor-

G tali-

talitatis turbetur.l.nã, & ſi parentibus, ff.de inoffi.teſtam.vbi glo.innuit,ordo eſt,vt prius moriatur pater,quam filius: cum ergo aliter contingit,turbatur ordo:& ibi refert Bulgarum,cum deceſſiſſet filius eius,dixiſſe,†Ordine turbato,ſuccedis Bulgare nato.†Solatijq; loco,in filiorum amiſsione,ipſa miſerationis ratio,lugubres veſtes admittat. l iure ſuccurſum,ibi,†Patri, vt filia amiſſa ſolatij loco cederet.†ff.de iure dotium.Et in.l.ſcripto,ad finem,ff.vnde liber.ibi,†Ratio miſerationis admittat.† Bona eſt glo.verbo,filijs, c.cũ Apoſtolus,decẽſib.Sic & Rachel plorãs filios ſuos noluit conſolari,quia non ſunt.Ierem.31.cap. & Mathe.2.Et Gordianus ſenior.(Cuius multas leges in noſtro habemus Codice) audita morte filij,laqueo ſuſpenſus vitam finiuit: teſte Iulio Capitolino,& Plutarchus,in vita Solonis,tradit Solonem virum conſtantiſsimũ, ac ſapientiſsimum,(vt qui vnus fuerit ex ſeptem,)cum Thales,& ipſe vnus ex illis,hominem quempiam ſobornaſſet,qui ei renunciaret filium ipſius,mortẽ obijſſe , cæpiſſe caput cædere miſerandis q; vocibus, ac quærelis omnia complere:& forte mortem ſibi conſciuiſſet,niſi Thales ipſe confeſtim ei commentum aperuiſſet.Et de Ægeo,qui Theſeo filio nauigãti in Cretã iuſſerat,ſi cõfecto Minotauro reuerteretur incolumis, albis velis vteretur,Theſeus autẽ pcepti paterni oblitus,cum rediret,nigrũ velũ tetẽdit,Catullus ſic dicit.

At pater vt ſũma proſpectũ ex arce petebat,
Anxia in aſsiduos cõtollẽs lumina fluctus,
Cũ primũ inflati conſpexit lintea veli,
Præcipitem ſeſe ſcopulorũ è vertice iecit,
Amiſſum credens immitti Theſea fato.

Dolor q; hic,ita à natura proficiſcitur, vt cõmunis omnium ſit animantium, quibus adſtipulatur quod de vrſa ſcribitur.2 Reg.c.17.† Amaro animo veluti ſi vrſa raptis Catulis , in ſaltu ſeuiat:& Oſeæ,13.cap.occurrã eis,quaſi vrſa raptis Catulis.† Quod ſi Leonem Catulos habentem quis inueniat,animaduertet ipſum pro Catulis torue aſpicere venientẽ : ſeſe q; ad pugnam parare . Tigris quoq; inſigni crudelitate animal, ad naues vſq; procedit, Catulorum repetundorum gratia, illis q; receptis,cum gaudio abijt:quod ſi Catulis ablatis,abeuntem nauem aſpiciat, mœſta in littore vlulat:quando q; etiam ob doloris magnitudinem moritur autore Apollonio Tyaneo apud Philoſtratum,in vita illius,lib.2. qui refert ſe vidiſſe in Ægis inſula,Phocam à piſcatoribus comprehẽſam,mortuũ filium quẽ in carcere(vt ſic dicam)pepererat,ita deplorare,vt triduo,à cibis abſtinuerit,quamuis omnium belluarum,voraciſsima ſit.Sed et Bald. in.l.1 col.5.num.19.C.vnde vi,ſcribit animalia bruta ſalutẽ filiorum tueri,quadam naturali iuſtitia inſita,quæ hoc dictat omnibus animãtibus:& feris beſtijs.Difficilimum q; eſt dolorem iuſtum tolerare,vel temperare.l. ſi adulterium cum inceſtu,§.Imperatores,ff.ad leg. Iul.de adulter.difficilimum item tacere,cum doleas,vt ſcribit Cicero pro Murena.& vt dicit Atreus apud Senecam,in Thieſte, actu. 3. ſcena. 1. vix dolor frenos capit.Sic & patres antedictis (vt opinor) rationibus p mortuis filijs,per ſex menſes induere poſſe veſtes lugubres cautum extat Pragmatica Catholicorum Regũ Fernandi,& Eliſabes, apud ipſum Madriti oppidum lata , decima die Ianuarij, ann.1502.Quod quamuis in paulo ante citata Pragmatica nouiſsime per inuictiſsimum Regem noſtrum PHILIPPVM promulgata, omiſſum ſit,pro expreſſo tamen habendum eſt.Siquidem veriſimiliter id eſſet ſtatutum,ſi id quæſitum fuiſſet:& idem iudicetur de caſu omiſſo à legis conditore, quod iudicatur de caſu per eum expreſſo, quando veriſimile ſit quod Legiſlator ipſe,idem ſtatueret , in caſu ommiſſo,ſi de eo fuiſſet interrogatus , quod ſtatuit in caſu expreſſo:vt notat egregia glo. in,l.tale pactum,§.fin.ff.de pact. quam vbiq; probant,& multum commẽdant Doctores, & Rebuf.in,2.tom.cõſti.Reg.tra.de ceſſ.actio. art.2.glo.3.nu.10.(cuius,&nos meminimus ſupra,in glo.ſup verb.exterior,huius.2.cõcluſ.)

60 ¶Quodq; cũ correlatiua ſint,pater , & filius, & vnũ,ſupponat aliud,ratione mutuæ correlationis,diſpoſitũ in filio,intelligitur diſpoſitũ in patre:& in vno cõceſſum, in alio intelligitur eſſe cõceſſum.l.fi.in prin. C.de indict.vid. tol.vbi Bar. & Angel.& in.l.fi.ff. de acceptila. l.vn.C.de Cupreſ.lib.11.glo.in rubri. C.de reb. credi. & in.c.debitũ,de babtiſ.& in.c.fi.de inſtit.& in Clemẽt. 1.verb.æternaliter , de ſum. trin.& fid.Cathol.glo.in.l.1. C.ne fideiuſ. dot. dẽ.&in.c.1.de locato,& in.c.ſi poſtquã,de electi.in.6.Bart.not.in.l.liberorũ §.1.ff.de his qui notã.in fam/& quã plures doctores.per Hippol.citati,in.l.ſiquis viduam.3. col.nu.14.cum ſequentib.ff.de quæſtio.& in. l. circuncidere, §.ſeruo.nu.3.ff.ad leg.Cornel. de ſicar.poſt Iaſonẽ,in.d.l.fin.de indict.vid.tol.(& ſatis diximus in.2.part.reſponſi ſuper immunitate Farfaniorum equitum,nu.28.cum ſequentib.)

¶Quibus rationibus , & argumento eorum quæ

quæ dicto, in responso diximus, posset nec citra ius pro intellectu earundem Pragmaticarum, nouissime etiam atteutari, quod leuires vulgo dicti ✝Cuñados✝ Et si in eisdē Pragmaticis ommissi, & non comprehensi, easdem sicut, & fratres pro mortuis fratribus, per sex menses induere possint vestes lugubres: siquidem ex quo maritus, & vxor correlatiua sint dict. l. fin. de indict. vid. tollen. l. 1. tit. 14. part. 2. cum vni eorum, pro fratre mortuo, ex eisdē Pragmaticis, id licitum sit, & id liceat alteri leuiri, seu affini ratione mutuæ & matrimonialis correlationis. Quodq; quod vni eorū permittitur, & alteri censeatur permissum: vt nuncupatim not. Barto. in. l. 1. in final. verb. ff. quod met. caus. dicens notandum, ibi esse textum, quod si lex, vel statutum aliquid dicat de vxore, certe cum vxor, non possit esse sine viro, debere etiā intelligi, vt loquatur de viro. Quod idem ipse notauerat, in dict. le. fi. de acceptilatio. Iason, in consil. 112. incipiē. imprimis, volum. 1.

¶Ex quo enim contractus matrimonij est respectiuus, quod permittitur mulieri, de necessitate, viro eam accipienti, permissum est: & ecōtra, teste eodem Bartolo, in. d. l. liberorum, §. notatur, de his qui not. infam. bonus est tex. l. non tantum, in fine princip. ff. de re iudi. ex quo Rapha. Cumā. expresse not. quod Priuilegium singulariter, & dispensatiue concessum vni, extēditur ad alium correlationis ratione. Et cum rationis nexus, maritum, & vxorem conectat, non quidem per iuris extensionem, sed verius per tacitam eiusdē dispositionem, iuris dispositio, non debet separare: vt egregie not. Bald. in cap. quia, v. col. fin. prope finem, de iudic. & Anchar. in consil. 96. incip. super dicto, 1. col. nu. 2. & Paul. de Castro, in cōsil. 83. incip. præsens casus, 2. col. parte. 2.

63 ¶Vna enim caro, & vnum corpus sunt: c. debitum, de bigam. c. sunt qui dicunt, 27. q. 2. lex, 1. tit. 14. & egregia lex. 3. tit. 29. part. 2. ibi, ✝Assi como marido y mugèr, ca maguer son dos personas, fazen se como vna quanto en ayuntamiento natural✝. Et vna eademq; res (iuxta iura vulgaria,) non est diuerso iure cēsenda. l. 1. ff. de rerum permuta. l. 1. §. 1. ff. siquis testa. lib. esse ius. l. ius nostrum, ff. de reg. iur. c. cum in tua, de decim. c. coguonimus, 12. quæ. 2. late Tiraquel. in. d. l. si vnquam, verb. donatione largitus, nu. 284. Nec ad imparia maritus, & vxor sunt iudicanda, vt notat Rubeus, in Consil. 56. incipien. visis pactis, nu. 1. bonus est tex. in. l. 1. §. si vir, aut vxor, ibi, ✝Sed quia commista familia, & vna domus est, ita iudicandū✝, ff. ad. S. C. Silan. ✝Absurdumq; sit immunitatem in alterius persona dari, in alterius non✝. leg. si cum dies, §. pen. in fine, ff. de recept. arbit. l. ceterarum, ff. de vsu & habita. ibi, ✝Dicendum est vxorem cum viro in promiscuo vsu eas res habere posse✝. Et ex quo maritus, & vxor proportionalia sunt, sicut se habet vnū proportionale, ad aliud, ita aliud, ad reliquum. l. sufficit, iuncta glo. ff. de condi. indebi. l. de quibus, & ibi Angel. not. ff. de legib. tradit Accursius, in proœm. instit. Et inde Bald. in consil. 414. incip. saluus cōductus, vol. 5. & in consil. 409. eiusdem initij, vol. 1. respondet, quod si concessus fuit saluus conductus alicui, vt possit venire ad certum locum, poterit etiam eius vxor illic venire, licet in ea securitatis cōcessione, nulla mentio vxoris fuerit facta: quem sequitur Iason egregium reputans in. d. l. non tantum, & in. l. si stipulatus fuero, ante medium, ff. de verbo. obliga. tex. est. & ibi not. idem Bal. Saly. Alexā. & Decius notab. 2. in. l. 1. C. de in ius vocan. dispositionē pœnalem concedentem priuilegium marito, ad vxorem quoq; porrigi, vbi Alciatus post Alberi. in. 1. part. statuto. quæst. 114. inci. sed pone quod concesso, scribit, immunitatem viro concessam, vxori illius competere, etiam si ratione artificij, artis, vel alterius priuilegij personalis competat. l. eos qui, C. de Fabricens. lib. 11. singularis secundum Maria. Socin. in rubri. de for. cōpet. 5. col. versic. 66. in fine, & in consil. 12. incipien. quoniam in præsentiarum, 5 col. nu. 18. vol. 1. similis tamen est tex. l. ne ad diuersa, C. de Silentiar. lib. 12. Præterea priuilegiū vni concessum, trahitur ad socium ipsius: textus est in proœmio, ffrū. §. hæc autē tria, & ibi not. Bal. nu. 6. quē citat, & sequitur Hierony. Gratus, in respons. 130. incipien. casus talis est, 3. col. nu. 8. lib. 1. quod magis & fortiore Ratione, nostra in specie procedere videtur: cū lex prædicet, virum & vxorem socios esse Diuinæ, & humanæ domus. l. aduersus, C. de crimi. expilat. hæred. Genesis. 3. Et secundum Bald. in. c. significatie, colu. 1. de rescrip. nulla maior sit lateritas, quam viri, & vxoris, qui Diuino consortio efficiuntur vna caro. Et dictam Pragmaticam Fernādi, & Elisabes, Catholicorum Regum, ita intellexerit, & acceperit consuetudo: quæ optima legum interpres est humanarum, l. minime, ff. de legib. c. cum dilectus, de consue. (de quo infra, in. 3. cōclusio, in glosa, super verbo, ✝Costūbre.✝)

64 ¶Et facit, quia de similibus seu connexis idē est iudicium.l.1.C.quæsit lōg.consuet.§.recte versic.hinc simile est, inst.manda.c inter ceteras, de rescrip.c.translato, de constitu. l. +Nō possunt omnes articuli singulatim aut legibus, aut senatusconsultis comprehendi: sed cum in aliquo casu sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atq; ita ius dicere debet+ . ff.de legib. quæ enim in radice, & causa conueniunt, etiā in effectu conueniunt, d.l.de quibus, (& ibi Angel.&.dd.notant) ff.eod.glo. verb. tutelā, in authen.matri & auiæ, C. quand.mul.offi. tutel.fung.pos.

65 ¶Quibus accedit, quod Petrus & Cynus scripserunt in.l iura non in singulas, ff. de legib. quod quando in pluribus casibus, eadem est ratio, tunc ea ipsa decidit omnes illos casus, non quidem per extensionem, imo sicut genus comprehendit species.l. semper generalibus, ff.de reg.iuris.

66 ¶Et idem voluerunt ipsi Petrus & Cynus, in.l.quod vero contra, eod. tit.de leg. & ibi quoq; Bald.in.1.lect.col.1. versic.item verisimile est, qui id dicit frequēter allegari in practica, quod vbi est eadem ratio, non dicitur extensio, sed proprius intellectus. l.nominis, & rei, §.verbum ex legibus, sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quam ex verbis, ff.de verbo.signif.& idem Bald.in authē. post fratres, 2.versic.item si frater, C.de legit. hæred.dicens, quod ratio debet attendi tanquā virtus intrinseca legis, & tanquam genus predicans de suis singulis speciebus, & in.l. data operá, 3.col.nu.11.C.qui accus.non pos.scribit quod illud tacite videtur in esse, in quo eadē ratio reperitur: etiam in materia pœnali: per l.his solis, ibi, satis tacite cautum, C.de renocand. donat. quæ vere loquitur, in materia pœnali, simul, & exorbitanti. Et in. d.l. fin.C.de in dict. vid. tollē.dicit, quod vbi est eadem ratio, ibi non dicitur similitudo, sed eadem lex.l. illud, C.de sacrosan. Ecclesi. & idē Bald. in authē. quas actiones, 2.col.eod.tit.insinuat tacite cautum intelligi, quando eadem reperitur ratio, per, d. l. his solis, & in consil. 433.incipien.domina Ioāna, paulo ante finem, vol,3.& in.c.quia.v. ad finem, de iudic.(vbi dicit singul.tex.in, d. leg. his solis)

67 ¶Et ipse met Bald.in repet.d.l.de quibus, 2. col.versic.item nota, quod nō dicitur, de leg. inquit, quod cum multa habent eandem rationem, licet de vno fiat mentio, videtur fieri exemplariter, non restrictiue, nec dicitur extendi constitutio etiam odiosa, quando extenditur ex mente ipsius. Quod perinde est, ac si diceret, ex ratione, cum ratio legis, mēs illius dicatur.d.l.scire oportet.§. aliud etiam versic.sed & si maxime, ibi, +Mens Legislatoris, ff.de excusa.tut.&ante eum, id voluit glossa, verbo, +Mente, +in.c.si post quam, de electio.lib.6.quæ ex eo textu colligit cōstitutionem etiam pœnalem extēdi ad casum ex mēte ipsius, licet non ex verbis, in ea comprehēsum: nec tunc dicitur extēsionem fieri, & multa ibi effundunt Pet.de Anchar.Imol.& Dominic.& idem Bald.in.l.tutela, in prin. per illū tex.ff.de legit.tuto.& Angel.in.l.2.ff.de donatio.scribunt, quod id quod venit ex ratione legis, venit ex ipsa lege, non ex extensione, & voluit Anchar.in cōsil.112.incip.superstite domina, col.1.& Paul.de Castro, in consil. 441.incip.pro declaratione, col.pen.part.2.facit glossa, verb.Italiæ, circa princip.in.c.1.de temporibus ordinand.lib.6.singular. secundū Panormit.in cap.nihil.5.col.de electio. & alios quā plures (quos citauimus, in fundamen.6. part.2.respons.de blasph.nu.13.)

o
68 TRO. Reg. locupletari non debet aliquis, cū alterius iniuria, vel iactura de regul.iur.in.6.vbi glo. plura huius sententiæ, citat iura. textus est notabilis in.l.iure succursum, ff. de iure dotium, ibi, +Quia bono, & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnū sentire pro alterius lucro, +Leg.nam natura.ff.de condi. in debit. leg. plane, ff. de peti.hæredita.

p DIVINO. Deuteron.23. Ezechiel.18.psalm. 43.&.71.Lucæ.6.

q HVMANO.c.quia in omnibus, c.super eo, de vsuris.c.si fœnerauerit, 14.q 3.c.fi. 14. quæst.vlt.c.nō inferēda, 23.q.3.c.cōsuluit de vsuris, vbi, Ecclesia Catholica illud Lucæ, 6.+ Mutuum date: nihil inde sperantes, in hunc

riquezca otro, o/y ansi vemos que
cō ser la vsura prohibida por todo
derecho Diuino, p y humano, q no
la comete, ni pecco mortalmēte, el
que auiēdo recebido de vno ciē du
69 cados prestados por.CX. Rogado

hunc sensum interpretatur, vt crimen vsuræ sub præcepto, & mortalis culpæ reatu prohibitum sit. Qui sensus, vtpote ab ea receptus, quæ SPIRITV SANCTO duce scripturã sacrã interpretatur tenẽdus est: (quãuis quibusdã visum sit, apud Lucã, id nõ pbari vsurã iure Euãgelico prohibitã esse: Cum CHRISTVS IESVS, potius prædictis verbis consulat, quã præcipiat. Siquidẽ in eo capite, Euãgelica cõsilia tradãtur, nẽpe de diligendo inimico, de præbẽda percucienti altera maxilla: Quodq; CHRISTVS nõ tradiderit illud præceptũ, vt nõ obtẽperans puniatur, sed vt præmio sit indignus, qui mutuauerit, aliud ve opus fecerit, sub spe præmij, & nõ gratis.) Et ita Theologi, & Canonistæ, frequẽtissimo omniũ cõsensu existimant, vsurã iure Diuino etiã Euangelico vetitã esse: quod & plurium testimonio cõprobat Guiliel. Peraldus, Episc. Lugdunẽsis, in sum. de vitijs, & virtutibus, tomo 2. tract. de auaritia, cap. 1. Et licet de iure Ciuil. strĩ. vsuræ prohibitæ nõ sint, secũdũ Iason. nu. 48. post Bart. & alios, in l. 1. C. de sum. Trin. & fid. Catho. Authenticorũ, iure prohibitas tamen esse à Iustiniano Cæsare, tenent glos. in authẽ. ad hæc. & in d. c. quia in omnibus, & in c. quid dicã, 14. q. 4. quarũ opinio cõmunis est secundũ Panormit. in c. cũ sit, nu. 18 de foro cõp. & eam defendit Fortunius, de vltimo fine vtriusq; iuris, illa. e. 5. ea ratiõe quod ipse Iustinianus professus fuerit catholicã Fidẽ, & se admittere, ac probare quatuor Cõcilia vniuersalia: è quibus Nicena Synodus vsuras probibuit: & eas turpes esse ac aduersus sacrã Scripturã, cõstanter asserit. c. quoniam multi, 47. distin. quod, & si à Doctoribus frequẽtiori accipiatur calculo, mihi tamẽ videtur Iustinianũ Cæsarẽ, vsuras nusquã proprijs sanctionibus reprobasse: quæ etiã Panormit. fuit sententia, in d. c. cũ sit nu. 18. & Cõrrad. de cõtractib. q. 22. cõclusio. 10. & 12. (Vbi pulchre loquitur aduersus. Bart. & Bald. in l. cunctos populos, C. de Sum. Trin. & fid. Cathol.) Nec ob hoc quod Iustianus quatuor illa Concilia Catholicæ Ecclesiæ admiserit, & vt sacrosancta statuta, ea fore seruãda profiteatur, sequitur vsuras ipsum reprobare, quæ per Cõcilia dãnentur: siquidẽ id, ex tacita Cæsaris lege deducatur, quæ eiusdẽ expresis cõstitutionibus nõ derogat: quæ tamẽ dũ vsuras permittunt, & approbãt, improbæ leges sunt: cũ iuri Diuino, & Naturali refragẽtur. Et has seculares leges, vsuras permittẽtes, nullas esse, & earũ latores, fautoresq; Principes excõmunicari cõstat, in clemẽ. 1. in prin. de vsuris, in cuius, § fin. traditur, eum hæreticũ esse, qui pertinaci animo dixerit vsuras licitas esse: & annotauit Alphõ. à Castro, in lib. de hæresibus, c. vltim. verb. vsura, vbi etiam tenet hũc excõmunicatũ esse excõmunione summo Põtifici reseruata: quod & Martinus Nauarrus scribit, in suo Manuali cõfessorũ, cap. 17. nu. 214. per tex. in clemẽ. 1. § porro. de sum. Trinita. Sed & vsuras contra ius naturale esse, isto q; etiã iure prohibitas fore (vltra plures alias rationes quas ad hanc rẽ adducit Reuerẽdiss. Didacus à Conarru Præceptor meus, in. c. 1. nu. 5. vers. superest modo, lib. 3. variarũ resolutio. Et Hierõ. Curiel, in suo trac. de vsuris. 4. part. 1. par.) Vel ex eo patet, quod de iure Diuino Euãgelico vetitæ sint (vt paulo supius notauimus) Et quod leg. Euãgelica nihil, nec præcipiatur, nec, vt illicitũ prohibeatur, quod non sit iuris Naturalis legibus præceptũ: aut prohibitum: præter ea quæ circa sacramenta, & Fidei Catholicæ Articulos instituta sunt (vt supra in eadẽ ista conclusione probauimus, in glo. super verbo †Natural†) Et ita hãc sententiã vltra proxime allegatos. dd. verã esse asseuerãt, Sãct. Thomas, in. 2. 2. q. 78. art. 1. Scotus, (& cõmunis Theologorũ traditio,) in, 4. sentẽti. dist. 15. quæst. 2. Ioan. Andre. in regu. peccatũ, de regul. iuris, in. 6. col. 4. Et Cõrrad. latissime, in. d. summa, de contract. quæst. 22. conclus. 2. Quicquid Carolus Molineus, contrariũ conetur, in tract. de cõtractib quæst. 74 nu. 528. sed nõ iure, vt ex Aristotele etiam colligi potest, in. 1. lib. Politicorum sic, in cap. 7. scribẽte. † Illud contrahendis rebus adcõmodatum est, idem q; vituperandum, nec iniuria, non enim natura id genuit, sed rerum vltro citro quæ contrahendarum ratio: iure q; optimo, in hominum odia incurrit: quoniã ipsa pecunia fructus eius est: nec ad permutandas res, cuius causa comparata est, refertur. Fœtus autem pecuniam auget, & amplificat: ex quo etiam nomen inuenit. † Et in. c. 6. hoc idem vitium improbat: atquæ esse alienũ à natura existimat. Et idẽ Aristotel. in lib. 4. Ethicor c. 1. ad finẽ, appellat vsuram, turpe lucrũ, turpẽ quæstum. Ac fœueratores pares esse censet latronibus, lenonibus, depopulatoribus, & tyrãnis. Sic & Cicero lib. 2. de offi. ad finẽ inquit, dare sub vsuris esse hominẽ occidere. Et Trãnio seruus, apud Plaut. in mostellaria, nullũ (inquit) † ædepol hodie genus est hominũ terrius, nec minus bono cũ iure, q̃ danisticũ †. Et Marcus Cat. in prin. de re rust. scrib. Maiores nostri sic

 habue-

habuerunt,& ita in legibus posuerunt, furé
dupli condemnari:fœneratorem quadrupli.
Quanto peiorem ciuem existimarunt fœne-
ratorem,quam furem,hinc licet existimari.*
Ex quibus infertur,nec ipsum Romanum Pō
tificem posse permittere vsurarū exercitiū,
Priuilegio,dispensatione,alio ve iure.ita qui-
dem,vt ex eo licitum sit.aut vsurarius immu
nis reddatur a restitutione eorum quæ male
acquisiuit. Cum nec summus Pontifex iuri
naturali posit refragari: nec approbatione
quadam,aut eius autoritate præmissa,id per
mittere quod iure naturæ , aut Diuino illici-
tum sit.(vt notauimus supra,in.1. conclusio-
ne,super verbo * Quisieron *) & satis in spe
cie constat, in cap.super eo,de vsur. vbi om-
nes doctores hoc annotant: & asseuerat præ
allegat.Curiel,in.dict.4.part.1.part. quæst. 1.
versic.Sed iuxta præmissa quæritur. Qua etiā
ratione idem erit respondēdum , in Principe
seculari,& in quacunq; consuetudine, quan-
tumcunq; immemoriali.sicuti probant,Ioan.
Andre.in dict regul.peccatum,& omnium la
tissime Conradus,in dict.summa,de contra
ctib quæst.25.&,26.cum duabus sequentibus,
Iason,in dict.l.1.C.de sum.Trinita.num.54.&
Carol.Moline in consuetudin.Parisien.tit.1.§
1.glo.9.num.19.quamuis Ancharra.in cōsil.243
incipien.Christianissime,num.7.dubius tamē
asserat posse Romani Pontificis priuilegio Iu
deis permitti vsurarū exercitium erga Chri-
stianos.Quod,& Alexand.asserit,in consil. 1.
incip.circa primum dubium,cum consil. 2.se-
quen.& in consil.107.incip.pro inuestigatio-
ne.vol.2.post Paul.de Castro,in consil.397. in
cip.non videtur expediens , part. 2. quem &
Rhoc.Curt.sequitur,de consuetudin.fol.par
uo,14.col.2.quorum sententia , ex præceden
tibus omnino falsa est,&ita apud nos Hispa
nos leg.3.tit.2.lib.8 ordin . Regiar. Priuilegia
per Reges Iudeis concessa,ad exercendas v-
suras,penitus reuocantur. Faciunt ad idem
tex.in clemen.1.de vsuris,(vbi Cardinal.quæ
stio.15.)& in cap.miserabilem,& in c.quanto
de vsuris.Quo fit,vt nec procedere posit e-
iusdem Pauli Castrensis responsum,in consil.
295.incip.si dicta pignora , & consil.sequent.
part.2.scribentis posse iuste Principes secula-
res negare ius repetendi á credētibus Iudeis
vsuras iam per debitores solutas : Cum hoc
vere contra textum sit,in dict c. post misera
bilem,& in dict.clem.1.quicquid etiam in fa-
uorem Pauli Castrensis dixerit Alexan.in cō
sil.57.incip.quoniam in quæstione,vol.1.esset

enim id tacite,& indirecte, ac per obliquum
vsuras permittere:quod etiam Cōrradus vbi
supra late imꝓbat.Nec prædictus oberit tex-
tus,in,c.23.Deuteron.vbi scriptū est.+ Nō fœ-
nerabis fratri tuo ad vsuram,sed alieno.+ Ex
quibus verbis,quidā eliciūt vsurā non esse cō
tra ius naturale, ex quo nihil iuri naturæ ad-
uersum,vnquā licuerit Iudeis.Nā locus ille se
cundū.S.Thomā,in.2.2.q.78.art.1. & ibi Caye
tā.Cardin in clem.1.de vsur.§.fin.q.13.& eun-
dē Cōrrad.de cōtract.q.24.conclus.2.Hostiē.
in summa titul.de vsuris,§.in aliquo, versic.8
& Anani.in.c.1.de vsuris,col.vlti. & Cardin.à
Turre Crema.in.c.fin.14.q.4.in hunc sensum
accipitur,vt vsura Iudeis minime fuerit per-
missa,nec licita etiā erga alienigenas:sed tan
tū dissimulatione quadā ea permissio proces
serit:ac Iudeis concessa fuerit,ad maius ma-
lū effugiendum ob duritiam,& auaritiam eo
rum.ne fratribus ad vsurā pecunias mutua-
rēt.Qui sensus,quia aliquantulū refragari vi-
detur literæ illius textus,intelligitur àquibus
dā,vsuras ibi permitti Iudeis propria permis-
sione,& earū approbatione:nō erga omnes
alienigenas,&exteros:sed tantū erga eos,cū
quibus bellū iuste ferebāt.Cū tūc exactiones
istæ,proprie dici nō posint vsuræ,sed impro
prie.Et potius iustæ exactiōes:vt pote ab his
quorū bona iure belli,capi possint licite : se-
cundū diuū Ambrosium, à Gratiano relatū,
in,d.c.si.14.q.4.(vbi glo.)& Florēti.Archiep.
in.2.part.suæ sum.Theolog.tit.1.c.7.§.2.Ioan.
Maior.in.4.dist.15.q.29.Roman.in singul. 265.
incipien. an extra casus,Hippolit.in.l.1.§.præ
terea,nu.65.ff.de quæst.Socin.in regul.3. acci
pere vltra sortē,ad finē.Cōrrad.in.d.sum. de
cōtractib.q.42.cōclu.2.Ac Ioā.de Medina, de
adquisitis per vsurā,§.ad tertiū argumentū.
Et licet Cōrra.in.d.q.42.cōcl.3. & Alexād. de
Hal.in.3.part.q.66.Gabriel,in.4.dist.15.q.11.&
Carol.Moline.in,d.cōsuetud.Parisiēs.§.1.glo.
9.nu.11.visum sit, textū,in,d.c.fin.nō esse diui
Ambrosij.Sed cuiusdā alterius(qui hæreticus
fuerit)Carolus tamē ipse,in tract . de cōtra-
ctib.nu.9.asserit illū vere esse diui Ambrosij,
qui,& si locū nō citet,in libro reperitur, quē
superTobiā sctūs ille inscripsit.c.15.Quæ vero
secūda interpretatio si accipiatur,vt vsura sit
permissa,de hoste ad hostē,vt citata glosa,in
d.c.si.Romanus,Socinus,& Hippol. accipiūt,
falsa omnino est:secundū cōmunē sententiā
quā citat,& sequitur Ioan.de Anania,in.d. c.
1.de vsuris,col.fin.Nam & si liceat aliquando
bellū gerere,&in eo capta capiētis efficiātur
non

non tamen licet cum hoste contractum inire, qui naturæ lege sit reprobatus: Præsertim ex quo conuentiones iste, iam non fiunt iure belli, sed iure pacis, & cõmerciorum: unde nõ potest ab eo extorqueri vsura, sicut non licet ab ipso hoste emere rem quæ illius sit propria (priusquam iure belli capiatur) vilius iusto precio. Poterit tamen secundus hic intellectus procedere, & verus esse, quoties ab hoste accipitur vsura, & retinetur in compensationem seu satisfactionem damni ab hoste iniusto, & iniquo illati. Et ita procedit Conrradus de contractib. 2. part. quæstio. 42. prææallegat. vel vbi bona ab hoste possessa, ipsius sunt mutuantis, aut ad eum pertinent: quemadmodum bona, & prædia hostium incolẽtium terram promissionis, (vbi illud Deuteronomij, tunc fuit scriptum) ad Iudeos pertinebãt diuina largitione: secundum Conrradum, & Theologos antea citatos. Quis autem dicatur vsurarius manifestus, & quibus vtroq; iure, & etiam Regio, puniatur pœnis: Et an hoc crimen mere sit Ecclesiasticum: quomodo ve in eo procedatur, vltra Hieronym. Curiel. in tract. de vsurarijs, & eorum pœnis. Reuerendissimus noster explicat Couarru. in. c. 3. libr. 3. variarũ resolutionum.

por otro se los prestasse por otros ciento y diez, por librar se del daño que rescibiera, en pagar los diez, segun el Arcediano, [r] Calderino, [s] y Laurencio de Rodulphis, [t] Ambrosio de Vignate, [v] Sancto Antonino, Arçobispo de Florencia, [x] y Cayetano, que dize ser dicho comũ, y verdadero, [y] ma

r ARCEDIANO. In. c. vsura, 14. quæst. 3.

s CALDERINO. In repet. c. nauiganti, de vsuris.

t RODVLPHIS In tractat. de vsuris, quæst. 34.

v VIGNATE. In repet. cap. salubriter, num. 46. de vsur.

x FLORENCIA. In tractatu de vsuris, capit. 2. §. 14. num. 26.

y ERDADERO. In tractat. de monte pietatis, cap. 8. numer. 2. in prin. &

70 Martinus Nauarrus, qui eum refert, & sequitur in suo Confessorum Manuali, cap. 17. numero. 131.

Et inde si quis recepit mutuum sub vsuris, & dum vellet creditori, sortem & vsuras reddere, quidam amicus ab isto petijt illam mutuo pecuniam dicendo, quod ipse de cætero eidẽ creditori soluet, tam sortem quam vsuras de inceps concurrentes, & ex hac pactione, sic mutuaret illam pecuniam quam habebat paratam pro solutione sortis, & vsurarum, non committit vsuram: vt not. Archidia. in dict. c. vsura, 14. q. 3. & Calderin. in d. c. nauiganti, 4. quæstio. quem sequitur Saly. in Authẽ. ad hæc 16. quæst. C. de vsur. Ludouic. Roman. in singul. 337. incip. pone quod scholaris, hac (inter alias) ratione quia talis non id stipulatur vt vsuras, sed vt euitet damnum, sibi ex seruitio contingens. Et post Lauren. de Rodulph. in suo vsurarum tracta. idem tenet Conrrad. in lib. de contractib. quæst. 41. cõclusio. 1. hac motus ratione, quod in effectu, iste nihil aliud egisse videatur nisi creditori soluere, deinde eum rogare, vt alteri mutuet: quem citat, & sequitur dicens esse quotidianum Ioann. Lupi, à Palac. Rub. in rep. cap. per vestras, notabi. 6. versic. Secundo infertur. (qui. §. est. 2.) de donatio. inter vir, & vxor. (vbi aliud ex eodẽ Conrrado dicit fortius, quod dicit tenendum menti tanquam verissimum, & quotidianũ,) Quod iã fere in simili specie cõsultus respõdi, cuidam, qui cum vellet redimere cẽsum quẽ sup suis bonis soluebat, & iã tradendam pecuniam paratam haberet, sub præfata pactione cuidam amico, ad eius importunas preces mutuauit: Et nunc venit in mentẽ, me, in non absimili quæstione, sic cuidam tutori olim respondisse, à quo pupillaris pecunia petebatur sub eodem fere pacto, quod licitum est ratione damni emergentis, quod tutor subiturus est. Faciunt quæ tradit Bartholomeus à Chassenæ in Consuetudin. Burgund. rubri. 4. §. 23. numero. 23. cum sequent. Et Doctissimus Fernandus Vasquius, Menchacen. in capit. 60. lib. 3. quæstion. vsu frequent.

71 ¶ Itẽ & illud, quod maxima æquitate frequẽtiori calculo receptum est, scilicet etiam ex causa mutui posse creditorẽ ab initio cõtract. pactũ inire cũ debitore, de repetẽdo eo, quod creditoris siue in dãno, siue in lucro interesit

pendente dilatione data admutui solutioné: etiam ante moram. Iuste enim quis potest sti pulari, se indemnem seruari, tam in lucro, quam in damno: & ideo hanc sententiam tenent Hostien. in. c. salubriter, & ibi Panormita. 1 col. nu. 3. de vsur. idem Panormita. col. penul. & Anania, nu. 16 in. c. cōquæstus, eodem tit. Archidia. in c. vsura. 14. q. 3. Ludo ui. Romanus, in consil. 517. incip. in casu propositæ. 2. col. nu.

yormēte, que ay muy buenos textos, que bastantemēte prueuā esta mi segunda Conclusion, z y que en

4. Alexand. in consil. 221. incip. super titul. quæstionis vol. 2. Philip. Decius, in. c. cum venerabilis, nu. 14. de exceptio. & in Consil. 111. incip. & pro tenui facultate, col. fin. Ioā. Lupi à Palaci. Rub in repet. c. per uestras, 6. notab. nu. 5. de donatio. inter vir. & vxor. Archiep. Florenti. in. 2. part. tit. 1. cap. 12. §. 15. Caietan. 2. 2. quæst. 78. arti. 2. Conradus de contract. quæstio. 30. Adrianus, in. 4. sententiarum, in tracta. de vsuris, cap. quia tactum est de interesse. Dinus Thomas eleganter, in. 2. 2. quæstio. 78. artic. 2. ad primum, Carolus Molineus, de contract. in prin. nu. 34. & quæst. 74. nu. 500. dicens hāc opinionem communem esse: quam etiam sequuntur Scotus, in. 4. sentent. dist. 15. quæst. 2. arti. 2. & ibi Gabriel, Angel. verb. vsura. 1. §. 16. & Syluester, eodem verbo, §. 23. Ioan. de Medina, in Codice de restitu. in tracta. de vsuris, fol (mihi) 137. & Herony. à Curiel, dicés communem opinionem esse omnium doctorum Theologorum, Canonistarum, & Legistarū, in tracta. de vsuris, 3. quæst. 3. part. 1. versi. aliæ vero, pagin. 166. Licet hanc pactionem, in mutuo, illicitam esse censeant, Innocen. Ioan. Andre. & Calderin. quæst. 3. in. c. fin. de vsuris; & Lauren. à Rodulphis, in tract. de vsuris, super cap. consuluit, eod. tit. part. 2. quæst. 2. præsertim quo ad lucrum cessans: quod firmiter asserunt Anchar. in Cōsil. 376. incipien. secundo dubitatur, & Aymon Crauet, in Cōsil. 189. incipien. quādo. 3. col. nu. 7. quibus tamé omissis, communis opinio sequenda, ac obseruanda est: teste Reuerendis. Did. à Conarru. in. c. 4 nu. 5. lib. 3 varia. resolutio.

72 ¶ Scribente quod si vere constet, creditoré post moram debitoris, tātum damni passum, vel certū lucrum omisisse, absq; dubio in animæ interiori iudicio debitorem teneri ei resarcire: secundum Innocen. in. c. 1. de vsuris, Saly. in leg. 2. C. eod. Ancharra. in. d. consil. 376. dubio. 2. & Hieronym. Curiel. vbi supra, quod & pleriq; alij passim docuerunt. Imo etiam ante moram teneri debitorem absq; pacto, & conuentione, interesse damni emergentis, restituere creditori in conscientiæ foro, Cardin. à Turre Cremat. asserit in summa, 14. q. 3. & Rebuffus, in. l. vn. C. de senten. que pro eo quod inter. profe. in prin. nu. 24.

73 ¶ Quod tamen vltimum verum non est: Cū debitor vltra sortem nihil teneatur reddere mutuāti, etiam ratione damni, ex causa mutuationis interim ante moram incursi: sicuti, nec donatarius tenetur donatori rependere damnum ei contingens, propter donum. Et ideo Carolus Molineus, de contractib. in prin. num. 33. à Turre Cremata, & Rebuffo dissentit.

z CONCLVSION. L. sociū qui in co. ibi, + Non quasi
74 vsuras, sed quod socij intersit, + ff. pro socio, & in c. peruenit, ibi, + Et eorū præscripta debita faciatis exolui: & dāna quæ propter hoc pertulit resarciri, + Et in cap. constitutus, de fideiussor. ibi. + Vt si debitum, & accessiones, + Et in cap. dilecti, ibi, + Cum iustis, & moderatis expensis, & congrua satisfactione damnorum, + de foro competen/ Optima lex 10. titul. 17. part. 7. ibi, + Deué ser emendado el daño, y el menoscabo, que le viniere, por esta razon, con las costas, y menoscabos que ouiesse hecho./ Et ita procedit textus, & ibi notant Bartol. Luc. & Platea. in leg. penultima, §. fin. C. de erogat. milit. an. lib. 12. quod ille qui tenetur soluere stipendium stipendiarijs, si habet pecuniam, & negligit soluere, tenetur ipsis ad omnia damna, & vsuras, quas soluerunt pro habenda pecunia/ Sic etiam negotiorum gestor accipiens pecuniam sub vsuris, potest eas à domino petere. l. at qui natura. §. notandum. ff. de nego. gest. & ibi notat Paul. de Castro, & tenuit idem Castren. in. l. ob negotium, C. eod. & in. l. 1. C. mand/ Et ita accipienda est, & procedit Regia lex final. tit. 1. part. 5. quæ dicit quod ille cui res mutuatur tenetur illā restituere tempore quo fuit conuentum: & si pœna non fuerit apposita, tenetur ad damna, & interesse./ Quæ iura optime faciunt pro singulari doctrina Innocentij, in c. 1. de vsuris, nu. 2. & Bald. in. l. vsuras, C. eod. & Ludo. Roma. in Cōsil. 101. incip. propositæ, dicentium, quod si mihi teneris ad diem certum

tum soluere, & quia non soluisti mutuam pecuniam sub vsuris recepi, teneris mihi resarcire vsuras illas: & cambia soluta. Et communiter tenetur, tam à Theologis, quam Canonistis. (Ac Latius diximus, in secund. fundament. secund. part. prælectio. leg. quint. titul. tert. lib. septim. Ordina. Regia.) bonus est textus, in leg. tert. §. fin. ff. de eo, quod cert. loco. leg. atqui natura, §. non tantum, ff. de nego. gest. leg. & in contraria. ff. de vsuris, not. glo. in cap. conquæstus, extra eod. titul. vbi Panormit. & Doctores, glosa, in leg. curabit, C. de actio. empti, & in. l. 1. C. de summa Trinit. & in leg. 2. C. de vsuris. Vbi Bart. & alij, Innocen. in c. sacro, de senten. excom. Bald. Panormit. & Felin. Decius, & alij, in. c. cum venerabilis, de exceptio. idem Baldus Panormitan. & Felin. post alios, in. c. P. &, G. de offi. deleg. Ioã. Lup. à Palaci. Rub. in repet. c. per vestras, notab. 6. de donatio. inter vir. & vxor. Philip. Decius, in Consil. 116. incipien. in causa Aluisij, & in Cõsil. 119. incipien. & pro tenui facultate, Aymon Cranet, in Consil 189. incipien. quando fœmina, nu. 5. cum sequentib. Stephanus Bertrandi in Consil 109. incipien. etiã si verum sit, col. 1. vol. 3. Quæ necdum procedũt in interesse dãni emergentis, sed & cessantis lucri: secundũ communem in. d. c. conquæstus, & è Theologis Sanct. Thomam, in. 2. 2. quæstio. 62. artic. 4. Caietan. post eundem Thom. in. 2. 2. quæst. 78. arti. 2. Ioan. Maior. in. 4. sentent. dist. 15. quæst. 30. Conrrad. de contract. quæst. 30. Cardin. à Turre Crema. in. c. si res, 14. quæst. 6. versic. ad tertium, Syluest. verb. vsura. 1. quæs. 19. Gabriel. in. 4. sententia. dist. 15. quæst. 11. artic. 1. notab. 2. Angel. in summa, verb. vsura. 1. quæst. 16. Antonin. Archiepis. Florent. in. 2. part. tit. 1. cap. 7. §. 39. tradit Late Rebuffus, in. l. vn. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. in prin. bonus est textus, in. l. si commissa, ff. rem ratam haberi. Ex quibus fulcitur doctrina Hostien. in. c. fin. de vsur. tenentis lucrum cessans peti posse ab eo qui ex pecunia sua empturus erat merces, & vt mutuaret, non emit: quam tenent Gabriel, in. 4. sentent. distin. 15. art. 1. quæ. 11. notabi. 2. & Nicolaus de Orbellis, abreuiator Scot. in eadẽ dist. q. 3. §. 25. & Sum. Ange. in part. vsura. 1. §. 16. & Guid Pap. de vsu. nu. 20. sum. Syluest. eod. tit. Rosa Aurea, casu, 25 q. impertinentium, Raymundus, in sua summ. titu. de vsuris, versic. item aliquis, Archiep. Florentin. in. 2. part. suæ sum. tit. 1. c. 7. §. 16. Hastensis, lib. 3. tit. 11. artic. 4. casu. 5. & Ioan. Lup. in. d. repet. c. per vestras notab. 6. §. 2. quicquid cõtrarium velit Innocen. in. d. c. fin. de vsur. quem ibi sequitur Panormitan. & Henrricus Bohic. contra quos est communis opinio, teste Hieron. de Curiel, in tract. de vsuris, 5. quæ. 3. par. 1. part. id intelligente verum, quando fit cum bona intentione, & potius vt subueniat amico: & quando lucrum erat quasi certum, vel probabile & dummodo sit persona consueta negotiari, vt colligitur ex diuo Thom. in. 2. 2. q. 62. art. 4. vbi scribit in perceptione lucri cessantis deberi haberi respectus, ad dãnum impediens lucrum, ut fiat aliqualis recompensatio attenta natura negotij, & personæ: non integra restitutio, cum minus sit, aliquid habere in virtute quam in actu. & voluit Ioann. de Anania, in. d. c. conquæstus, 4. col concludens finaliter, relinquendum esse arbitrio iudicis: quem citat Felin. in. c. cum venerabilis, 3. colu. de excep. & notat Gabriel, in dict. dist. 15. q. 13. artic. 2. ad fin. dicens quod iudices proprij, istius interesse lucri probabilis, vel verisimilis, & quid, quantum ve debeat deduci ratione expensarum, & damnorum, & periculorum, sunt mercatores bonæ conscientiæ periti in illa arte mercantiæ. Et idẽ tenuit Thomas de Argentina, in. 4. senten. dist. 15. artic. 4. quæst. 4. hoc enim videtur exigi, & recipi in recompensationẽ illius lucri sperati probabilis, & verisimilis: ideo q; vsura est recompensatoria, omni iure licita & permissa, vt dictum est, in præcedenti glosa. Et ita procedit præallegatus Hieron. Curiel, in dict. tract. q. 8. partis. 3. part. 1. dum temperat ex hac ratione, Panormitan. &, S. Thom. in alia quæstio, per eum ibidem citatos. Atq; ex his infertur, pro præsentis Pragmaticæ, in foro poli intellectu, pistorem, rogatum alicui dare fanecam tritici, quam pro suo officio paratam habebat ad panem faciendum, & vendendũ, posse etiam pro ea, vltra precium, quo in grano sibi stat, petere ac percipere, in foro conscientiæ lucri partem, quam ex illo frumento probabiliter, & certe sperabat, iuxta taxam dicte legis, si in pane cocto frumentum illud venderet, defalcando tamen expensas, quas posuisset, donec illud lucrum fuisset adeptus: vt aduertit Conrrad. de contract. secũd. par. quæstio. 30. cõclu. 4. Et ita procedit, & accipiendũ est quod idem Conrradus scribit, in dicta. 2. part. quæst. 46. conclusio. 3. dum negat committi vsuram, in septimo (quem ibidem ponit) casu, quando quis frumenta, vel alias merces quas habet, non est nunc venditurus, sed reseruaturus ad alium tempus, in quo, secundũ

cursum communem maius precium leuare potest, tamen ipse illas, proximo suo, nunc petenti sibi vendi, motus pietate, nunc vendit, eo quod proximus indiget nunc eisdem, sed vt se conseruet indemnem, vendit pro precio maiori, quam nunc valeat, non tamen ita immoderato, quin verisimiliter tẽpore solutionis, merx sit maius, vel tantundem valitura, licet etiam quandoq; minus /hoc enim licite facit, quia illud existens vltra, non recipit ratione mutui, qui abãs proposuerat non vendere, & per consequens, nõ recipere precium nisi in illo futuro tempore, & mallet potius, quod alius non emeret, nunc, sed dimitteret mercem apud eum, vsq; ad illud futurũ tempus, in quo proposuerat vẽdere, quia tũc maius preciũ esset habiturus, quãuis etiã staret, quod minus esset habiturus/nam tunc ratione dubij excusatur, si tempore solutionis res illa in effectu minus valebit, quam ipse determinauerat/Et quod nunc vendit proximo cum non esset nunc venditurus, pietatis est, vt succurrat eidem, qui nunc illa re indiget. Quod autem vendit sibi, pro maiori precio, quam nunc valeat, cautelæ est, vt propriæ prouideat indemnitati. Quia si venderet pro precio nunc currenti, priuaretur illo lucro, quo plus valebit in tempore futuro destinato. Et illo lucro non tenebatur carere, propter proximi indigentiam, eo quod indigentiã, non erat tanta, quod teneretur ei mutuare, cum præiudicio proprij lucri, optimus facit tex (ita accipiẽdus) in.c.nauigãti, de vsur.

75 Et hinc sane fit, venditoré posse die data empturi, ad solutionem precij pacisci vsuras precij non soluti, eo tempore quo dies constituta expectatur. vt tenent Paul. de Castro, in.l. Iulianus, §.ex vendito, ff.de actio.empt. Decius, in dict.c.cum venerabilis, num. 14.ad finem, & in Consil.111. incipien. & proxemi facilitate, Cornetis, in Consil.113 incip. visa petitione, colu.fin.vol 3. Andre. Alciatus, in lég.si quis, nec causam, 3.col ff.si cert.peta. Hierony.Cagnol.in.d.l.curabit, nu.58. Carolus Moline.in cõsuetu.Parisi.§.1.glo.9. nu.17.& in tracta.de cõtract.q.74.nu. 544. Alexan. in Cõsil. 121.incipiẽ.visis, & põderatis.1.col.nu.4.vol.5.

76 Et inde etiam posse maritum cui dos est promissa, & eius solutio dilata, pacisci cũ promissore dotis, vltra sortem, certam quantitatem, quotannis, sibi soluendam, interim dum non fuerit soluta dos: secundum Calderin. Anchar.& Panormit.in.c.salubriter, de vsuris, Baldum Nouel.de dote, 7.part.priuileg.3. Alexand in consi.31.incip.viso themate, 3.col. nu.11.vol.6. Anton.Rube.Alexand. in Consil. 108.incip.in causa & lite, Pet.Philip. Corne.in consil.145.incip.in hac consultatione, & in cõsil.final.incip.nõ seruato ordine, vol.2. Cõrradus, in.d.tract.de contract quæst.35. conclus. 7. Adrian.in.4.sentent. tract.de vsuris, quam opinionem sequuntur & fatentur communẽ Alexan.in.l.in insulam, §.vsuras, ff.sol. mat.& Carol.Moline.in.d.lib.de contractibus, quæstio.74 nu.523.& eam tenent Syluest. verbo, vsura, 3.quæst.3. Gabriel, Ioan. Maior, & Almain.in.4.senten.distin.15.in tracta. de vsuris. Atq; in hanc sententiam inclinat Decius, in.d. c.cum venerabilis, nu.14.& in dict. consil. 119. /Quicquid contrarium teneant Ioann. Andre. Anton Cardinal.Ioan.de Ligna.& Ambrosius à viguate, num.14.in.d.c.salubriter, Lauren.à Rodulphis, in.c.consuluit, eod.titul. part.2.q. 53. Alexander sibi contrarius, in consilio.27.incip.viso themate, volu.4.& in cõsil.74. incip. viso titulo quæstionis, & in consil.141. incipiẽ. viso themate, vol.5. Archiepis.Florentin. in.2. part.sum.Theolog.tit.1.§.7.&.§.27. Ioã. Lupi à Pala.Rub.in repet.d.c.per vestras, notab.6. §.8.nu.6/qui hanc opinionem communẽ existimat: quamq; sequitur, & communem etiã asseuerat Socin.in consil.88 incipien. abunde & eleganter, col.pen.nu.18.& in consil. 130.incipien.circa præsentem, 3.col.nu. 10.vol.4.respondentes, textum in.d.c. salubriter, hoc in casu non admittendum: cum inibi de fructibus pignorum, (id est de re incerta) vltra sortem percipiendis tractetur: & ideo secus sit respondendum, vbi certa quantitas in pactũ vltra sortem fuerit deducta, quod hoc in casu adsit fraudis suspitio.leg. cum quis decedens. §.Codicillis, &.§.Titia, ff.de lega.3.l. qui testamentũ, ff.de probat.& in specie notant Bald. in.l.rogasti, §.si tibi, ff.si cert. peta. & ibi Purpura.nu.39. Anania, in.c.si.de vsuris, nu.62. Alberi.in.l.1.col.pen.& ibi Bal.col.4. C de sum. Trinit. Decius in dictis consilijs, 116 &.119. Aymon in.d.consil.189. Alexan.in consil. 200 incip.perspectis.nu.2.vol 6/& alij, quorum meminit eos sequutus Rebuffus, in.d.l.vn.de sent.quæ pro eo quod inter.in glo.vlt.nu.24. Nam nihilominus si certa quantitas, deducta fuerit in pactum, quæ verisimilibus coniecturis, conueniat quantitati quæ vere intersit, quæ ve tamen verisimilis sit, & appareat conueniens ei, quæ secundum leges, & iura, iuste in futurum recipienda est, licite pacisci potest. secundum eundem Bald.in.d.§. si tibi, &

Pur

Purpura.ibi, Decium in.d.c. cum venerabilis, nu.14. in fin. Cagnol.in.d.l.curabit,nu.59. Carol.Moline de contractib.in prin.nu.35.Ioan. deMedina,in.d.Codice de restitutio.quæstio. 38.fol.139.

77 ¶Præterea non ea,quam dicti doctores adducunt ratione procedit tex.in.d.c.salubriter sed à ratione interesse,quæ efficax est,vt aliquid vltra sortem iuste recipi á creditore possit. Ideoq; à Summo Pontifice,ibi, decernitur fructus pignoris dati pro dote soluéda,in sortem minime computari ratione interesse tã damni emergentis,quam lucri cessantis. Dãni emergentis, quod creditori sequutum fuerit,ea ratione , quia dos soluta ab initio non est:&ob id,damnum patrimonij,& rerũ passus fuerit , coactus quidem sub vsuris licitis, aut annuis redditibus,pecuniam quærere ad ea onera subleuanda,quæ ex dotali pecunia possent commode tolerari.Lucri vero cessantis, quod ipse creditor posset inspecta solita industria,& ipsius Prouinciæ qualitate, & cõdicione,ex pecunia dotali statim soluta acquirere. Et hic est verus sensus,illius cap.salubriter,ex mente doctorum,ibi,Pauli de Castro, Imolæ,& Alexandri,in.d.§. vsuras,Conrrad. in.d.quæst.35.conclusio.7. Adrian.in.d.4.sententia.versic.sed dubium,Ioan.Maior,ineod. 4.dist.15.quæst.31.versic.tertius casus,Ioan.de Medina,in d.Codice de restitu.cap.de acquisitis per vsuram,versicul ad cap.salubriter,& sensit idem,(vbi late)Bologni.in consil.19. & ipse Ioannes Lupi,in. d.§.8.col. 3. hanc tandẽ opinionem sequitur. Nec congrua ratio exhiberi potest cur ab initio contractus interesse hoc verisimile in pactum deduci non posit, cum deduci posse probet textus in.d.c.peruenit, de fideiussor. Et quod à principio in pactum posit deduci, idem Palaci.Rub.testatur in.d.c.per vestras,in notab.fin.incipi. Sexto, cum dicit tex.col.3.facit.l.muto,§.sub condicione,ff.de tutel.& notatur in.c.fin.de elect. per quæ iura,idem scribit Decius , in.d. consil.119.col.2.versicul.nam prima facie,& in.d. c.cum venerabilis,nu.14. ad finem , & voluit Bald in.d.l.rogasti,§.si tibi,& ibi Purpura.nu. 39.Hierony.Cagnol.in.d.l.curabit, nu.59.Carol.Moline de contractib.in prin.nu. 35. Ioã. de Medina in.d.quæstio. 38.& Socinus ipse,in consil.103.incip.præsens consultatio , col.fin. vol.4.& in dictis consilijs, 88.col.pen. &. 130. eod.volu.&plures alij,à Paulo Parisio citati, & sequuti,in consil.60.vol.1.

¶Sic sane fit,considerato vere hoc interesse verisimili, cui innititur.d.c.salubriter,eius decisionem procedere, etiam quãdo dilatio ad soluendam dotem,data sit à genero,socero, nec socer ex eo pacto in mora fuerit, cum iustiori sane causa habeat locum perceptio fructuum,alterius ve quantitatis,loco interesse quando libera ex pacto datur facultas ipsi debitori fruendæ sortis, quam si creditori licitum esset eam quocunq; die petere: vt annotant Panormit.in.d.c.salubriter,Imola, & Romanus in.d.l.in insulam , §.vsuras , Nouel.in dict.tract.dotis.7.part.priuileg . 7. & Carol. Moline.in.d.tracta.de contractib . quæst. 74. nu.524. Quicquid contrarium opinati fuerint Butrius,in.d.c.salubriter,Ioan. Lupi.in.d.§.8. nu.3.& Almain,in.4 sententia.distin. 15.quæst. de vsuris, reiecta etiam cõcordia Antonij Rubei,in dict.consi.108.&Aymonis Cranet.in d. consil.189.col.pen. tenentium priorem quam supra probauimus sententiam verã esse, nulla data ad soluendam dotem dilatione,quod si detur,hac sententia improbata,posteriorẽ sequendam esse.

78 ¶Ita etiam ex eadem(vt aiunt) radice , ratione interesse damni emergentis , aut lucri cessantis,poterit vidua fructus pignoris percipere præcipuos,ac pacisci , vt interim dum soluitur dos,certam annuam quantitatem recipiat:teste Alexandro,in.d. consil.200.volu. 6.& in.d.consil.141.vol.5. Ioan . Lup.in.d.§.8. nu.4.dicens hanc opinionem communẽ,post Lancelo.Decium in.l.diuortio,3.co.ff.sol.matri.vbi idem notat Alexan.in prin.col.7.num. 23.& .25. Iason , in consil.92.incip. Redemptoris nostri,vol.1.Conrradus in.d.tracta.de contract.quæst.35.conclus.9.Aymon Cranet in.d. consil.89.nu.7.& Mathe.de Afflict. in decisio. 284.incip.an soluto,Anton.de Fano.in tract. de pignor.5.memb.5.part.ad finem. Quicquid contrarium teneat Innocen.in.d.c.salubriter censens illius textus constitutionem non esse accipiendam in fauorem vxoris matrimonio soluto, cum ea tunc non sustineat onera matrimonij,quem,autore Panormitano ibidem communiter alij sequuntur : & tenet Barto. in.l.atqui natura,§.non tantum , ff.de nego. gest.Archid.in consil.150.Imola,& alij,in.d.§. vsuras,Alexan.in.d.consil.27. & in consil. 56. incip.inpræsenti cõsultatione,vol.4.Antõ.Rube.in consil.55.incip.visis pactis, & in, d.cõsil. 108.Caietan.in. d.2.2.quæst.78.arti.2.Corneus in consil.77.incipien.placet mihi,2.col . nu.6. & in consil. 212.incipien . præmittendum est, vol.3.& Mathe.de Afflict. qui communẽ opi

nionem

nionem esse fatetur, in dict. decisio. 284. Nec mini applaudit media alia via, quod si vidua non habeat præter dotem, bona, ex quibus percipere posit alimenta, valeat ab hæredibus mariti iuste exigere certam quātitatem, dum dos non soluitur, loco alimentorum, cū per eam non stet, quin ei reddatur dos: quā tenent Anchara in reg. peccati venia, in. 4. q. de reg. iur. in. 6. Paul de Cast in consil. 428. incip. viso casu, nu. 3 part. 2. Imol & Alexand. in dicta l. diuortio, num. 24. idem Alexan. in consil 63 incip. stantibus his, 2. col. nu. 3. vol. 4. & in consil. 31. incip. visothemate, 2. col. & in d. consilio, 200. vol. 6. & in d. cōs. 141. nu. 7. vol. 5 Aymō, in d. cōsi. 189. col. 2. & pen. & testatur se cūdūe eam iudicatū, in Neapolita. Prӕto. paulo ante citatus Mathe. de Affli. in dict. decis. 284.

80 ¶ Quæ æquitate quadam potius, quam iure probari, & admitti in promptu est cum inspectis vtriusq, iuris principijs constet viduam, etiam inopem ratione alimentorum, nō posse vltra sortem dotis aliquid recipere ob dilatam eius solutionem: & fauor dotis minime permittat, nec patiatur aliquid vltra sortem recipi. c. super eo, de vsuris. Nec itidem vt ibidem notatur, ex inopia viduæ. Cum ratione paupertatis, vsuræ permittendæ nō sint: Nec ratione alimentorum, eadem opinio defendatur (vt more suo) optime probat Reuerendis. Didacus à Couarru in cap. 1. illatio. 6. lib. 3 varia resolu.

81 ¶ Vbi in, 7. illatione, ex eadem cera profectum scribit, licitum esse statutum, quod viduæ detur certa quātitas, moderata quidem ad rationē decem pro centū, quolibet anno, interim dū non soluitur dos ab hæredibus mariti, contra aliorū opinionem, quam dixerant communem, Iasō, in. §. fuerat nu. 19 instit. de action. & Socin. in consil. 56 incipien. viso testamēto, 1. col. nu. 2. volu. 3. (vbi etiam citat Fortuniū, in illatio 6. de vltim. fin. v. iuris, tenentem tex. in dict. cap. salubriter, tantum obtinere in genero respectu soceri,

los proprios terminos la tiene el dicho Doctor Nauarro. [a] ¶ Y dela prueua della tābien se collige, que si durante la dicha ley, vno pago por vna hanega de pā, veynte Reales de contado, que si otro se la pidiesse, se los podia lleuar por ella con buena consciencia, pues no se embolsa alguna cosa mas. [b] ¶ Y tābien se infiere, que allende de las dichas costas intrinsecas, [c] (que ansi se han de entender) que le tuuiesse el dicho pan, puede el vendedor

non autem in extraneo, quod, & Carol. Moli. probat in dict quæst. 74. num. 525.) Cœterum interesse lucri cessantis exigi, aut recipi non potest, vbi qui illud habere vult, nihil lucraturus esset, aut lucrari sit solitus: vt post plures Doct. vtriusq; iuris, & Theol. Couarr. tradit, in cap. 4. eius. libri.

a NAVARRO. In suo Manual. confessor. cap. 23. num. 86.

b MAS. Licite enim cum recipiat, non cadit in peccatum, & restitutionē: sed tale est hoc: ergo. Maior est notissima, & probatur, in cap. cum Apostolus, de censibus. c. non sane, 14. quæst. 5. cum alys, Minor probatur ex eo quod quis potest damnum suum euitare, nec sibi aliquid crescit, vt præallegatis iuribus (& supra late ostendimus) &c. siquis oblitus, ibi, Aliqua incrementa, Et. c. quoniam, ibi ad quæstum, 14. q. 4. Non enim tenetur quis cum suo damno, socio subuenire. l. qui seruādarum, in prin. ff. de præscrip. verb. l. communis seruus, ff. de acquiren. rerum domi. l. cum duobus, §. damna, ff. pro socio, & in facti contingentia pulchra, Alexander scribit, in consi. 99. incipien. habita supernarratis, per totū cōsilium. 2. volu. & Anchar. in consil. 376. incip. secundo dubitatur. nu. 2. 82

83 ¶ Sed, & socium non teneri communicare socio parua lucra, Barto. notat, in l. Titium, § altero, in fine, ff. de adminis. tuto.

85 ¶ Et Romanus, in consil 168. incip. circa primū, 2. col. nu. 6. scribit maiorē partem lucri tribuendā esse socio administranti, considerata à iudice qualitate personæ, & industriæ. Et voluit Baldus, in l. 1. C. pro socio, & Pet. Phil. Corneus, in consil. 311. incipien. ad euidentiā, vol. 3. & decisio Delphinatus noua, 890. num. 3.

c INTRINSECAS. Dicuntur autem intrinsecæ expensæ, 86 quod ab intus sint: & sine illis, vt in plurimā

quod

quod intenditur expediri non posit.leg.1. in princ.ibi.†Necessariæ eæ dicuntur, quæ in se habent necessitatem impédendi.†Et in leg.3. ibi,†Vel si seminaria pro vtilitate agri fecerit, necessarias inpensas fecisse videbitur,†ff. de impensis,in rebus dotalibusfactis.Quæ tamen rationabiles debent esse:vt aduertit Cõrad.de contractib.3.part.quæst.56.conclusio.3.in prin.subiungens,quod si venditor exposuisset pro merce,quando eam emit,quantitatem precij,vltra condignum, ex sua stultitia,vel errore,vel prodigalitate, non posset, propter hoc velle, tantundem habere cũ vẽdit:quia imputet sibi,quod eam emit, precio pluri,iusto.


CRIPTVRA. Cum di-
d 86 gnus sit operarius cibo
suo.Mathei,10. Lucæ,10.
Et boui trituranti,os alligandum non sit. Deuterono. 25. cap. Et ad Thimothe.1.cap.5†nemo stipendijs suis vnquam militat, & qui arat arare debet,in spe:& qui triturat in spe fructus percipiendi†Ad Corint.1.cap.9.Ad Romanos 15.& in, cap. Ecclesias,13.quæst.1. cap. cũex officij,de præscriptio.qui enim altario seruit,de ipso debet pasci.c.ex his 12.quæst.1.cap. cũ secundum Apostolũ, de præbend.cum similibus : Et scribit Cepola de Imperator.milit.deligen. §. virtutis etiam ratióne.fol. 165. Et satis deducitur ex verbis præsentis Pragmaticæ, & eius declaratoriarum, paulo superius,in textu huius secundæ conclusionis citatis.Et not.Conrad.de cõtracti.3.part.quæst.56.conclus.3.dicens quod mercatores possunt aliquid recipere proportionabiliter,pro suis occupationibus,quas habent in transferendo,& exponẽdo merces ad cõmune forum,& in transeundo de nundinis, ad nundinas:vt quilibet, in prõptu inueniat, quod desiderat,nã Apostolus ait, vnusquisq; secundum suum laborem mercedẽ recipiet. Ex hoc q; sequi,quod institor inquiete quodammodo residens,cæteris paribus, non pótest tãtum lucri recipere etiam de æquæ magna pecunia,sicut adducens res æquæ bonas

sacar,y lleuar lo que honestamente ouiesse merescido,la industria,y trabajo personal suyo, y de sus hijos, que acerca del dicho pã,Real,y verdaderamente ouiesse puesto, pues es estimable,y digno de su stipẽdio y paga,por muchos notables textos de sagrada, y Canõica scriptura.[d]

de partibus longinquis, in quarum adductionæ oportet magnos laboreshabere.Nõ enim tenetur illos labores gratis facere,& suis expensis seruire Reipublicæ,vel emptoribus, cũ amara, & pœnalis huiusmodi sit cura, vnde plus potest petere ille venditor quem oportuit habere maiore curam, vel solicitudinem puta quia merx fuit talis qualitatis, quæ indiguit maiori cura,quam ille qui minorem habere potuisset.

88 ¶Nec vllus casus interuenire potest,qui hoc genus deductionis impensarum impediat.l. fundus qui dotis,ff.famil.hercis.notab.secundum Angel.in.l.ait prætor.§.per hanc, ff.quæ in fraud.credito.textus est in.l.diuortio,§.impendia,ff.Solut.matri.(vbi glosa,& doctores adducunt concordan.) l. fructus, &.l.vlt.ff. de oper.seruo.l.siquis argentum,in prin.cum glos.& Cyn.C.de donatio.l. fundi Trebatiani ff.de vsu,& vsuf.lega.l.videamus, §.ex causa & ibi Angel.2.col.in.10.notab.& in.l.quod in fructus,ff.de vsuris,† Quod in fructus redigẽdos impensum est, non ambigitur ipsos fructus diminuere debere†. Et quia damnorum appellatione veniunt expensæ,quæ diminuũt patrimonium, sicut damna, l.quod dicitur, ff.dé impen. in reb.dot.fact.glo.est in verbo,damnorũ, de friuol.appella.in Pragmat.San.Galliqué,ad id citat Pet. Rebuf. in. 1. Tomo Const. Regia. tract. de senten.executio. articul. 6. glos.vnic. nu.20.bonus est textus in.l.1.tit.15.part.7. Et tradit omnium latissime cohispanus Doctor Burgensis de Paz in relectione proæmij legum Taurinarum. nu. 148.cum pluribus sequentibus.

¶Sic lex, aut statutum, vel alia quæuis dispositio loquens de fructibus, intelligitur deductis huiusceemodi impensis: secundum glo. Bart.& Angel.in. l. in fundo, ff.de rei vendi. glo.in.§.ex diuerso, versic.certe illud, instit. de rerum diuis.& in.c.cum antea, verbo, fructus,& ibi Barba.2.colu. de pignorib. Iacob. Aren.Bart.& Alexan.in.l.fructus, per illum tex.ff.solut matri. bona est glosa, & ibi late Felin. in.c.ad nostram.1. de iure iuran.optimus est tex.in.l.si à domino, vel à patre,§.si. ff.de peti.hæred.ibi, †Fructus intelligũtur deductis

ductis impensis, quæ quærendorum colligendorum, conseruãdorum q; eorũ gratia fiunt.† Et ibi glosæ exponũt, vt in arãdo, triturando & in cõducẽdis horreis, & in l. sequẽ.† Quod si sumptus quidem fecit, nihil autem percepit fructuum, æquissimum erit rationem horũ, quoq; in bonæ fidei possessoribus haberi. & not. Frãcis. Marcus, in 1. part. deci. 161. nu. 1.

90 ¶Quod etiam procedit, in prædone: vt est tex. in dict. §. final, ibi,† Quod non solũ in bonæ fidei possessoribus, naturalis ratio expostulat, verum etiam, in prædonibus.†

91 ¶Textus est, in l. si pupilli. §. sed, & si quis, ff. de nego. gest. & ibi Bald. idem dicit de intruso, & l. quod priuilegium, ff. deposit. l. at prætor. §. per hanc, ff. de his quæ infrau. credito. vbi etiam fraudator, sumptus, & impẽsas necessarias deducit. l. litibus in fine, C. de agrico. & censit. lib. 11. cap. 1. & ibi glosa, & Hostien & c. 2. de vsuris, glosa verb. quid ad causas, c. vobis, 12. q. 2. & in cap. ex literis, verb. amplius, de iure iurand. & in c. grauis, de restit. spoliato. Et ita obtinet lex, 44. tit. 28. part 3. & procedit etiam in foro conscientiæ, secundũ Ricardum, in, 4 senten. dist. 15. art. 5. quæst. 6. bonus est text. in, l. plane, ff. de peticio. hæred. (quæ rationem reddit, hisce verbis.†) Sed benignius est, in huius quoq; persona haberi rationem impensarum. non enim debet petitor ex aliena iactura lucrum facere.† Et inde si merx realiter, & in se est meliorata, vltra preciũ, expensas, labores, & alia supradicta, poterit etiam vltra hæc, in foro conscientiæ, venditor aliquid exigere. Contingit autem, in se, vel Realiter meliorari mercẽ tripliciter, scilicet naturaliter tantum, artificialiter tantum, & mistim vtroq; modo, secundum præalleg. Conrad. in dict. quæst. 56. conclu. 3. qui exemplum primi ponit, quãdo pullus equi emitur, & venditur equus maturus: emitur mustum & venditur limpidum, & defecatum, emuntur ligna humida, & venduntur per solem arefacta, & sic habiliora ad ignem, vel ad aliqua artificia: (vt contingit Verariæ, vbi quotidie ita venduntur, pro longe maiori precio quam humida.) Exemplum autem secundi, si quis emat informem massam ferri, vel ligni, & ex ea fecit artificiale instrumentũ, vel vas aut cultellum, seu arcã. Exemplum vero tertij, quando emit ligna humida, & illa naturaliter, & etiam per artem sunt artificiata. Vnde si agricola, vel frumenti venditor illud fecisset cribrari, & ita valde purgari, quod purum, ac sincerum frumẽtum remaneret, vel suam ob industriam, selectissimũ, & optimũ, ac plurimi (vt aiũt) panis foret, ita quod alia grana, & frumenta cõmunia excederet, posset ex antedictis, in foro poli, vltra preciũ taxatum, & dictas expensas, aliquid vltra exigere, cum nulla ex hoc emptori iniuria nedũ fiat, sed & cum cõmodo, & lucro remaneat, & damna, ac impensas, euitet, atq; cum defæcatur frumentum, fiat minus in quantitate, & in qualitate melius. Quod est notandũ in specie præsentis Pragmaticæ. Et ita procedit, & accipiendum est, quod paulo antecitatus Conradus, tradit, in 2. part. de contract. quæsti. 46. conclus. 3. casu 13. quod si mutuãs, cogeretur rem mutuandam, vt pecuniam, blada, vel vina, in alio loco, afferre, & presentare mutuatario, posset pro illo itinere, vel apportatione, aliquid recipere. Et quod si quis occasione mutuandi cogitur subire laborem, & ita vltra sortem mutuatam, recipit aliquid a mutuatario, nõ pro re mutuata, vel cõcessione illius rei, sed pro labore quem habuit in numerando pecuniam, quam sibi mutuare volebat, vt puta, quia centum mille libras, in minuta moneta, mutuare habet, quæ numeratio, vtiq; est laboriosa, pro illo itaq; labore, quem per se, vel famulũ suum impendit mutuatario, exigit aliquid tanquam preciũ suarũ operarũ. Nã mutuatarius etiam teneretur quid dare ei, qui illã nõ mutuaret sibi, sed tãtũ afferret, vel numeraret (quod tamẽ, vt ibi, dicitur caute esset practicandũ, & cauendũ.)

92 ¶Præter quas impensas, æstimatio fit operarum, & laboris in fructibus colligendis, & in ipsius rei cura, & administratione impensi, cum eisdem fructibus, iuxta debitam, & meritam mercedem, omnino compensanda: vt probatur, in c. ad nostram, de reb. Eccles. non alienan. secundum Panormi. & communem ibi, & eundem Panormit. in. c. Conquæstus, de vsuris. Ita vt licet creditor debeat compẽsare debitori fructus, pignorum, cum suo debito. l. 1. & 2. C. de pigno. actio. hoc sit verum, nisi creditor ratione pecuniæ numeratæ, labores subierit notabiles: nam tunc lucratur fructus ratione laborum: vt singulariter tenet Hostien. in summa. tit. de vsuris, §. an aliquo, versic. tertio decimo, quem refert, & sequitur Ioan. Andre. in dict. c. conquæstus, & Roman. dicens mirabile, & singul. dictum. in singul. 536. incipiẽ. regula. Et ita procedit quod in consideratione industriali adhibita, in inquisitione, & adductione, & conseruatione præallegatus tradit Conrad. in dict. q. 56. cõclus.

cluſ.3. (ſubdens poſt quendam Doctorem ſolemnem, quod ſi aliquis ſit ita expertus circa equorum precioſitatem, vt per ipſum certificari poſsit quilibet, circa precioſitatem equorum, ſi diſcernat inter equos, an ſecũdum cõmunem curſum, equi valeant precium, quo offeruntur, alijs illud ignorantibus, quia circa valorem equorum minus experti ſunt, ſi enim ille peritus, emat equos valentes precium ſuum, & alij cognoſcentes induſtriam eius circa equos, ſtatim certificati ſunt per eius induſtriam, quod illi valent preciũ ſuũ, & ſic per induſtriam eius, ſunt illi equi facti precioſiores, & magis valẽt propter ſecuritatem, & ſic propter talem mutationem æſtimationis circa valorem, poteſt ſtatim equos ſuos, aliquantulum carius vendere ſupra primum preciũ, vendendo opus induſtriæ, quod circa eos exercuit. Non quod ſuam induſtriã vendere poſsit, ſed operas procedentes ex induſtria, poteſt velle ſibi ſolui, ſicut & eas locare poteſt ſi ſunt prophanæ. Et hac etiam ratione, quia emptor ipſe dediſſet libenter primo venditori illud incrementum pro aſſecuratione, qua eſſet ſecurus, quod ille equus eſſet bonus, & valẽs illud preciũ, pro quo primus vẽditor obtulit, & ꝓ quo ſecũdus emit.) Quæ etiam (vt vnde digreſſus ſum reddeã) in malæ fidei poſſeſſore locum habent: à quo fructus percepti, intelliguntur deducta iuſta mercede laboris, in eis colligendis impẽſi, & operarum ſuarum: ſecundum Bald. & Salycet. in. l. ſiquis ſciens, C. de rei vendic. & Paul. de Caſt. qui id dicit notab. in. d. l. diuortio, §. impendia, ff. ſolut. matri. Angel. in. d. l. ſi à domino, ff. de peti. hæredit. glo. magn. in. l. per diuerſas, C. mand. Iaſon, in. d. l fructus, col. fin. ſolut. mat. Barba. in capit. Raynaldus, de teſt. chart. 17. col. 1. verſic. circa hanc partem, Nicola. Boærius, in deciſio. 44. nu. 13. ad finẽ: & nouiſsime aduocatus Granaten. Gaſpar Bætius in. c. 2. nu. 28. cum ſequen. de decim. tutori iure Hiſpan. præſtan. facit textus. l. ſi id. §. ſiquas ff. de donatio. inter vir. & vxor. Et quod ſit habenda ratio operæ, not. Bald. in. c. gratis, col. 2. de reſtit. ſpoliator. Sicq; procedit idẽ Bald. in. l. edẽ. 2. col. nu. 7. verſic. ſed nunquid, C. locat. dicens, Colonum qui propter non ſolutã penſionem expellitur maturis fructibus, poſſe ſuarum operarum precium repetere: etiã ſi fructus integros reſtituerit, ſine deductione impenſarũ, & ſui laboris, ac operarũ collatarum, gratia ipſorum fructuum. l. quod dicitur, neceſſarias, §. ſi dos, ff. de impen. in reb. dotal. fact. l. qui exceptionem, §. ſi pars, ff. de cond. indeb. l dominus horreorum. §. 1. ff. locati, l. ſiquis rem, & ibi Franciſ. Aretin. ff. de acqui. poſ. l. colonus, ff. de vi, & vi arma. l. in rebus, §. poſſunt, ff. commod. l. quod ſi nulla, ff. de lega. 1. l. ſi neceſſarias, in prin. ff. de pigno. actio. l. hæres, ff. ad. S. C. Trebel. notat Hoſtiẽ. in. c. 1. verb. deductis expenſis, verſic. quid ſi creditor, de vſur. Bald. in Conſil. 373. incip. A. maritus col. 2. vol. 3. (vbi reſpondet ad leg. ſi in area, verſic. ſed & ſi is, ff. de cond. indeb.) & Andre. Tiraquel. alios citans in lib. de retract. titul. 2. §. 7. glo. 1. nu. 7. Quorum ea poteſt eſſe ratio, quod labor perſonalis vilioris non ſit precij, quam pecunia. l. ſi non fuerit, ff. pro ſocio. & in. §. de illa, inſtit. de ſocieta. Qua etiã procedit quod præallegat. not. Conrad. in. d. q 56. conclu. 3. quod vendens mercem minutatim, poteſt maius precium exigere, quã ſi eandem totam ſimiliter vendat. Quia primo modo plures operas impendit in ſeruiendo ementibus, tum in conſeruando, quia diutius cõſeruat, & cuſtodit eam, etiam ſuo periculo, & diutius ſtationẽ facit circa mercẽ, tũ quia per emptores acceſſitus, ſæpius ſurgere habet: & ad officinã & apothecam ire, aperiẽdo, claudendo, & deſcendendo, & ſic de alijs. Quinimo opera, & labor longe precioſior reputari debet, quam pecunia: argum. tex. l. in ſeruorum, ff. de pœnis. Et quod opera inter ſocios habeatur loco pecuniæ, ſcribit Socin. in. Conſil. 265. incip. præſentis conſultationis, 7. col. nu. 8. vol. 2. Qui per totum conſiliũ, hac in materia, not. loquitur. Et ita procedit Alexan. in Conſilio. 164. incip. præſuppono. 2. col. vol. 5. dum inquit, quod ſi tutori competat ius retinẽdi reliqua, & finita tutela tradat ea, pupillo, poteſt ea nihilominus repetere, & deducere lucrum ſibi competens. Quod eſt notandum ad intellect. l. 2. titul. 7. lib. 3. fori. & tradit ſuper eiuſdem commento, præallegatus (vidẽdus) Gaſpar Bætius, anteſignato loco. cap. 18. nu. 10. cum ſequen, vbi id extendit, etiam ſi tutor tempore quo ſuſcepit tutellam promiſit integre reſtituere pupillo omnem rem cũ omnibus fructibus. Ita vt etiam iuſſus inferre fructus integros, expenſas deducat: vt not. Bal. & Saly. in. l. 1. C. de fruct. & lit. expẽ. & Aretin. in. l. diuortio, §. fin. ff. ſol. mat. Alex. in. d. l. fructus, & Corneus, in Conſil. 289. incip. videtur in hac, col. fin. vol. 1. & expendit late ipſe Gaſpar, in. d. lib, cap. 29. nu. 5. quem vid.

93 ¶ Præterea, lucrum dicitur quod ſupereſt deductis impenſis. leg. Lutius, ff. pro ſocio, facit

glo.

glo.verbo,lucrum,& verb.poterat,perillum tex.in.l.illud,C.de collatio.& ibi Bald. quod lucrū id dicitur, quod superest de ductis oneribus:quam dicit singul.idem Bal.in sua Margarita,in verb.lucrum,versic.final.

19 cit valere hoc argumentum, si ista opinio teneretur omnes perirent, ergo non est tenenda: quo etiam Ioannes á Medina alibi vtitur. Cui accedit, quod nullum vitium toti mortaliũ generi commune, censendum est mortale: vt Dominicus á Soto, scribit, in libro. 5. de iusti. & iure, 10. quæstione, articulo, 2. pagina, 473. a

p TEXTO. In cap.maiores, de baptismo, ibi.+Absit enim, vt tot paruuli pereant quorum quotidie tãta multitudo moritur.+

q THOMAS. In quodlibet.9.
22 arti.15. & Gabriel, in.4. sentent. distinctio. 15.q. 13.artic.2. ad finem, loquens de ludis scribit, in discretum est enim, & malum affirmare aliquid esse peccatum mortale, quando non probatur sufficienti autoritate, vel manifesta ratione, quia esset inijcere laqueũ animabus. Cui alludere videtur Conrrad.de contractib.3. part. quæsti. 57.conclu.1.in princip.dum scribit esse notandum, quod si alicui, minus consideranti, aliquæ conclusiones, aut sententiæ illius quæstionis, & sequentium, siue præcedentiũ quæstionum illius tertij tractatus, videantur nimis emungere, aut iusticiam nimiam exigere, qui huiuscemodi est consideret, quod vbi de peccato, vel illicito agitur, vel fit in conclusionibus sermo, nõ mox intelligitur, de mortali peccato: donec id exprimatur. Et vt dicit Archiepisc.Florent. à Syluest. relatus, in sua summa, in verb.restitutio.1.in princip. non tenemur semper sequi viam securiorẽ, sed sufficit eligere securam.

r MAYOR. In.4.sentent.distin.15. quæst.7. col.5.

s MORTAL. Id cap.fina. de præscriptio. c.per tuas, de symonia, & in tantum peccamen sit peccatum, in quantum voluntarium: secundum Augustinum, contra Faustum. Et ex falsa opinione peccatum inducitur: secundũ sanctum Thom.in.1.2.quæstio.19. art.5. & sanctũ Bonauenturam, in.2.sententiarum, distin. 39. arti.1.quæst.3. Et Alphõ. à Castro, de potesta. leg.pœnal.lib.1.cap.5.versic.lex humana.

t BEGNINA. L. begninius ff.de legib.l.si fuerit, in fine, ff.de lega.3.leg. proxime, ff.de his quæ in testamen. delent. l. semper in dubijs, ff.de reg.iuris, regu. estote misericordes, extra eodem titul. Nec lex Ciuilis in redubia velle videtur, vt quis teneatur in foro animæ quinimo id vehementer effugit.l. quæ sub cõdicio-

ditione, in prin. ff. de condicio. institu. notat Menchacensis, de successio. creatione, §. 10. nume. 661. Nec de intentione legis esse videtur, vt transgressor peccet, nisi, cum legis trãsgressio damnum intulit: quo casu si damnum dolo inferas, stàtim peccasti: & ad restitutionem teneris. Et inde lex ciuilis nunquam in foro animæ transgressorem in re dubia ligasse videtur. Quod etiam procedit in omni præcepto iudicis, vel legis, siue consistat in faciẽdo, siue in non faciendo. Imo quando dolo actum fuit, peccatum fit, non quia itum fuerit contra legem illam positiuam, sed potius contra illud præceptum Diuinum, & naturale, †Quod tibi nõ vis†, (vt supra in prima cõclusione notauimus

pena, [v] y ser mas promptos en el librar, que en el condemnar, [x] y que como dizen las leyes, esta mejor no castigar el delicto, que castigar al innocẽte, y porque no esta bien condemnar quasi à todos, y querer, que la ley Christiana sea muy pesada, [z] y cargar nos de cargas escusadas, [a] especialmente donde la costumbre [b] antigua, y comũ de los doctos, y nobles, y aun de-

v PENAL. l. interpretatione, ff. de pœnis, regul. in pœnis eod. tit. n. 6

x CONDEMNAR. l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio.

y INNOCENTE. l. absentem, in prin. ff. de pœnis. l. 12. tit. 14. parte. 3.

z ¶PESADA. Cum sit iugum suaue, & onus leue. Mathei, 11. capit. in fine.

a ESCVSADAS. Argument 15. Actorum Apostolorũ, ibi. † Visum est enim Spiritui Sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris. † Facit. c. omnia. 12. distin.

b COSTVMBRE. Quæ optima legum interpres est humanarum, c. cum dilectus de consuetud. l. si de interpretatione, l. minime, ff. de legib.

23 ¶Et quæ in prohibitis à iure positiuo excusat, non solum à pœna corporali, sed etiam à peccato: ex Archiepiscop. Florẽtino, in 1. part. sum. Theolog. tit. 16. cap. 1. § 4. & sentit glosa, in c. flagitia, 32. quæstio. 7 & in cap. sane, de temporib. ordinando. Et Panormit. in. c. cum venerabilis, de consuetudi. Philip. Deci in vtraq; lectio. c. nam concupiscentiam, de constitu. & Andre Tiraquel. no-

uisime, in tracta. de pœnis temperan. caus. 42. nu. 7. & voluit glos. in. c. obijciuntur, 32. q. 4. notans consuetudinem á crimine, & peccato interdum excusare. Quod, & Innocentius præfato casu intelligendus, (post Aul. Gel. noct. Athi. lib. 9. c. 19.) tenuit, in cap. 1. de treu. & pace, ne sibi aduersetur contrariam cõclusionem tenenti, in. c. 1. col. 2. versic. hæc autem vera credimus, de consuetudin. quem sequitur Bald. in Margarita, verbo, consuetudo, versic. 1.

24 ¶Et sic procedit glosa, in cap. deniq;. 4. dist. Et ita etiam accipiendus est Diuus Thomas, qui primam Innocentij opinionem sequitur, in quodlib. 2. artic. 3. vbi etiã subdit, quod quiuis consuetudo nõ possit introducere, ne quis soluat decimas, cum sint quodammodo iuris Diuini, tamen in terris, in quibus de cõsuetudine decimæ non soluuntur, si Ecclesia non petit, non peccant homines non soluendo: (durum inquit ille esset.) quod omnes homines Italiæ, & partium Orientaliũ qui decimas nõ soluunt, damnarentur, & idem è nostris Hostiensis tenuit, in. c. à nobis, de decimis, quẽ sequitur Angel. de Clauasio, in verb. decima, versi. 2. & his tẽporibus eruditissimus Doctor Hõcala Abulensis Canonicus, in tracta. de decimis, proposit. 4. secundæ partis, (vidẽdus etiã in quinta propositione pro præcitati dicti intelligentia.)

25 ¶Bonus est (nec absre) textus, in leg. missi, C. de exactor. tribu. lib. 10. per quem, & glos. ibi Lucas de Pœna, col. 3. versic. Consuetudo est altera, notabiliter ibidem scribit, quod cõsuetudo facit delictum, non delictum, textus est, in dict. cap. obijciuntur. Et actum de illicito licitum reddit, & contractum inualidum roborat leg. si in emptione, ff. de cõtra. empt. leg. venditor. §. si constat, ff. com. prædio. leg. semper in stipulationibus, de reg. iu. l. certi cõdictio. §. si nummos. ff. si cert. pet. c. dilecti, de arbit. l. athletas, ff. de his qui notat, infa. & ibi not. Bald. in. 2. notab. non esse recedendũ ab opinione communi, & generali, & quod communis,

los indoctos, [c] es de no hazer cõsciencia como de peccados mortales enel fuero interior de las transgresiones de las leyes Humanas, que no presupongan culpa mortal, redundando en quebrantamiẽto de otras leyes Diuinas, naturales, o sobrenaturales, [d] pues las di-

munis, & generalis opinio facit aliquid esse licitum. & not. idẽ Bal. in. l. 1. nu. 39. C. vt in pos. legat. & Oldrad in Cons. 207. incip. vniuersis, adfinem, Iason, in Consil. 153, incip. præsupponitur in facto col. 5. adfinem, vol. 4. Et in. l. certi iuris. nu. 6. per illum tex. C. de iudic. scribit, quod cõsuetudo facit licitũ & ꝓbabile, quod alias non esset. quẽ citat & sequitur Chasen. in consue. Burgund. rub. 4. §. 23. fol 197. col. 3. nu 6. & Bal. in. l. per diuersas. num 2. C. mand. quod consuetudo potest contractum probare, & improbare. Et ideo pacta futuræ successionis de iure illegitima, plerumq; per consuetudinem legitimari. idem Bald. inquit in. l. pactum quod dotali, in. 2. opp. C. de collatio. & ibi Saly. col. fi. & Paul. de Cast. nu. 8. Corne. numer. 6. & Iason. 4. ac Decius post. nu. 11. & Aufrerius, in addit. cap. Tholos. 452. & voluit idẽ Bal. in. l. cum Archimedorũ. nu. 12. C. vt in pos. lega. Et scripturam vel probationem, aliàs de iure ineficacem, & inualidam, facere plenam fidem, si consuetudine & communi obseruantia fuerit approbata, Panormit. nu. 6. & Felin. 35. post Innocen. Host. & Anto. de But. notãt. in. c. cum dilectus, de fid. inst. & post eundem Anton. & Imol. Felin. ipse in. c. scripta. nu. 26. eod. tit. tex. est in. c. 1. secundum Lect. Host. de appel. vt sequitur Panormit in. c. 2. nu. 7. & 9. de proba. & in c. 1. nu. 3. vbi Innocen. ad finem de fid. instru. Bal. in. l. cõparationes, & in rub. nu 45. C. eod. tit. facit quod tradit Decius, in Consil. 578. incip. viso Consilio. Et est notand. ad Pragm. 96. in Comitijs Madricijs Ann. 1534.

25 ¶Et facit tex. notab. in. l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de ædilit. edict. ex quo ibi dicit Barto. quod si quis facit actum vel cõtractum qui publice solet fieri, & cõmuniter æstimabatur esse licitus sapit tamen vsurariam prauitatem nõ est propterea vsurarius: quem sequitur Alexand. in Consil. 39. incip. visis, & consideratis, post princip. vol. 3. & Cepola in Consil. 8. incip. dicendum est, col. fin. & in tracta. de simulatio. contractuum in casus positione, col. 2. & in. 5. casu principali, col. pen & Firmianus, in tracta. de Episcopo, lib. 3. par. 1. quæstio. 14. bonus est tex. & ibi glo. quodq; ibidem Barto. notat, in. l. si pignore, §. fin. ff. de pigno. actio. & Andre Tiraquel. in. d. caus. 42. num. 10. quod est singulare ad intellectum & explicationem ordinationum nouissimarum circa Tabelliones fact. in summo Regio Prætorio.

c ¶Indoctos. Et ita vidétur sentire omnes homines, illiterati, etiam quotquot sunt in mũdo, & communis hic totius vniuersi orbis est sensus: & nobiscum sentit omnis turba Hispanorum, etiam eorũ, qui literis sunt inexperti, cuius populi, vox, vox est DEI: vt non semel hac in specie Mẽchasen. notat in lib. 1. cõtrouers. illust. cap. 29. & etiam naturæ, vt post Dominic. à Soto, de iust. & iure, lib. 5. q. 1. arti. 6. idem tradit Menchacen. in. d. lib. 1. cap. 11. numer. 34. Et sic qui cõtra legis præceptũ, ostro indutus incesserit, aut mulabus equitauerit, vestes ve, auro & ostro decoratas gestet, vel tali nocte nõ fuerit in vigilia vrbis, vel in alijs huiusmodi contrauenerit speciebus, quæ Hispanorum legibus sunt comprehẽsæ, siue pœna imponatur, satis est, vt ad eam, legis transgressor teneatur: siue pœna nominatim non sit imposita, satis esse debet, quod semper arbitrio iudicis puniatur: & ita hanc nostrã conclusionẽ probat Martinus ab Azpilcueta Nauarrus, præceptor meus, in suo Manuali Confessorum cap. 23. nu. 57. & 63.

d 26 ATVRALES. Lex enim pœnalis ex se ipsa, nisi alia præcesserit Diuina, supernaturalis, vel naturalis lex, quæ præmittat, præcipiat, vel probibeat id propter quod pœnã imponit, minime obligat ex forma verborum & quatenus pœnalis est, ad culpam mortalẽ, nec ad venialem: secundum Alphõsum de Castro, in lib. 1. de potesta. leg. pœnalis Humanæ, capit. 9. post Caietan. quem ipse citat in. 2. 2. quæstio. 187. arti. 5. & voluit Ioannes Driedõ in. 1. lib. de liberta. Christiana, & si recte inspiciatur Henricus de Gandano, in quodlibet. 3. quæstio. 22. Nec ad inducendã obligationem, quod de per se iusta sit, sufficit, bonoq; innitatur publico, & á Rege non recognoscente superiorem lata, (dummodo con-

contemptus esset) cum remoto hoc Humano præcepto, quamuis ita iusto, ea transgressio de genere sit permissorum, & naturalis libertatis, ac laxitatis Humanæ: sat superq; esse debeat, vt pœnæ, vel expressæ, vel arbitrariæ, reus, transgressor fiat, absquæ eo, quod pœnæ quoq; subijciatur æternæ. Et ita leges & Pragmaticas Regias, de non gestandis vestibus auro, & ostro decoratis, aut lugubribus pro defunctis, ac de moderandis funeralibus expensis, & de venatione, seu piscatione tẽpore certo prohibita, deq; pugionibus, & sicis, solum, & de per se non portandis, de non ludẽdo ad taxillos, & ad aleas, vltra certam quantitatem, seu de ensibus vltra certã mensuram non gerendis, & alias sanctiones, quæ huius generis multa alia, & his similia prohibent, quas iustas, & à non recognoscẽte superiorem latas, bonoq; muiti publico fateri necesse est, nullus nisi lippus, aut tonsor diceret, earũ transgressores ad mortale obligare: licet bene ad pœnam ipsarum legum tẽporalem, quam earum conditores, & iudices semper respiciunt. l. 1. ff. de iusti. & iure ; c. fact. e, 4. distin. & quarum metus efficit, vt homines ab earundem legum abstineant transgressione. l. 1. C. ad leg. Iul. repet. l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis. l. 2. tit. 1. lib. 2. compil. nouæ legum Regiarum. Et nemo ambigat, quamuis rerum inexpertus sit, omnes à delictis communibus non tam Diuinæ & æternæ pœnæ metu arceri, quam metu pœnæ temporalis, argumen. l. inseruorum, ff de pœnis, & cũ ad earundem legum obseruationẽ efficatiores sint pœnæ temporales, iniustum est earũ trãsgressores ad æternam mortem obligari: frustraq; fiũt per plura, quæ fieri possent perpauciora: ex Aristotele communiter probato, secundum Tiraquel. de retract. titul. 2. §. 2. glo. 1. nu. 24. & Bald. in. l. fiu. 2. quæst. C. de compensa. & circuitus sit euitandus, l. dominus testamento, ff. de condict. indeb. Clemen auditor, de rescript. cũ vtrobiq; adductis per glosam, & in. l. si ita scriptum sit, ff. de statuliber. Quod procedit meo genio, siue pœna sit expressim definita legis trãsgressoribus, siue nõ sit, cum tales, quando pœna non sit expressa puniendi sint arbitrio iudicis, pro eo quod interest reipublicæ. Et vt quemadmodum qui ex contractu promisit se aliquid facturum, vel non facturum, si id non fecerit, vel aduersus id fecerit, tenetur & damnabitur in eo quod interest aduersarij, neq; ad principale factum præcise obligatus intelligitur ciuiliter, aut naturaliter: tex. in. §. fin. inst. de verbo. obligatio. communis sententia, & dd. in. l. stipulationes non diuidũtur, §. Celsus, per tex. ibi, ff. eod. titul. & in. l. siquis ab alio, §. fin. ff. de re iud. ita & qui præceptũ legis affirmatiuũ, vel negatiuum transgreditur, non tenetur ad id præcise naturaliter, aut ciuiliter, sed ad pœnam subeundam tantum, si contra fecerit: siue pœna nominatim, (vt plerumq; solet) definita fuerit, siue non fuerit: cum tunc iudicãtis arbitrio puniatur & mulctetur: & ita satisfiat reipublicæ, intẽdenti, nequid aduersus legem hanc positiuam factum, impunitum remaneat. l. licitatio, §. quod illicite, ff. de publica. & vectigal. l. si ita vulneratus, §. pen. ff. ad leg. Acquil. (vbi glosa plures adducit concordan.) Nec huic repugnat dicto, quod Alphonsus ipse Castrensis, in. d. c. 9. & . 12. lib. 1. de potesta. leg. pœnal. & reliqui fortissimi Theologorum obijciũt, inducta ad vnum effectum, nõ debere operari contrarium effectum, l. legata inutiliter, de lega. 1. l. quod fauore, ff. de legib. l. legata inutiliter, ff. de adimen. legatis, & cum pœna cõuentionalis adiecta fuerit, quo magis promissio seruaretur, obligationẽ naturalem illius facti explendi, quæ inerat, si ea pœna apposita non fuisset, adimere non debet.

27 ¶Nam ex vero simili mente agentium, (. l. 1. ff. de legib. ibi: cõmunis reipublicæ sponsio.) Lex hanc facit interpretationem, vt alternatiua ea obligatio sit, vt vel lex obseruetur, aut pœna in eius deffectum præstetur: qua præstita, sublata est, & nouata prioris facti obligatio. sicut in simili, quando quis cum aliquo contrahit, etiam ad pacti obseruationẽ in foro animæ obligatur, & tamen si adiectum fuerit, quod si ita obseruatum non sit, pœna præstetur, præstita pœna, cessat obligatio. ex mente agentium, quo ad conuentionem principalem, & primordialem. l. si pacto quo pœnam, (vbi post Barto.) Alexand. nu. 13. & Iason. 9. C. de pactis, l. vbi pactum, C. de trãsact. l. pacto, ff. eod. ti. l. subdiuersa, l. cũ proponas, C. eod. l. qui Romæ, §. Seia. ff. de verbo. oblig. facit lex, qui ea mente, ff. de furtis, bonus tex. in. l. ea quidem, C. si mãcip. ita fue. aliena. & in. l. rescriptum, §. 1. ff. de pact. sic ergo in specie nostra, cum pœna, legi Humanæ addijcitur, hoc actum videtur inter Legislatorem, & subditos, vt vel legi obtemperetur, aut pœna præstetur, disiunctim, non coniunctim, alternatiue, non copulatiue; nec vltra eorum intentionem, ad æternam pœnã obli-

gari potuerunt.l. siquis nec causam,ff.si cert. peta.Et quia quo tempore, subditi potestaté dederunt reipublicæ,& Principibus,non tam latam dedisse videntur: (vt notauimus supra in.2.conclusione, in glosa, super verb. exterior,)vbi etiam ostendimus ad meram ciuiũ vtilitatem, principatum creatum fuisse, non etiam ad vtilitatem Regentium : vnde in eorum læsionem, quodq; ex legum positiuarũ transgresione, ad pœnam teneantur æternã conuerti non debet:argument. earumdem legum,quas pro Alphonso Castrensi, paulo superius citauimus: & tex.in l. Modestinus, ff. de legib.bonus etiam est tex.l.cum antea, cũ ibi notatis,C.de arbit.vbi,arbiter, qui iurisdictionem habet ex Collitigatorum cõmisione,& concesione, si ipsi Collitigatores,eius præceptis non pareant, eos punire non potest,nisi intra terminos, & mensuram sibi ab eisdem commissam: & sic ea pœna tenus, cui ipsi sese subdiderũt. Sic quoq; Princeps,cui se populus commisit,nec aliunde,quicquam antea habuerat potestatis, seu iurisdictionis: vt late tradunt doctores per tex.ibi, in.l.1.&.2. ff.de origi.iuris.& fusius Mẽchacensis,in præfatio.de succes. progres. non potest ex se ciues mulctare, vltra terminos, & mensuram potestatis, & iurisdictionis sibi à populo datæ.& tradunt omnes,dd.per tex.ibi, in l.fin. ff.de iurisdict.omni.iudi. Et cum omnis potestas sit propter vsum, vt tradit Doctisimus Dominicus à Soto, de iustitia, & iure,lib.4. quæstio.4.arti.2. vt ergo Princeps secularis, eius legis pure Humanæ,& præcepti positiui transgressoribus, pœnam æternam infligere non potest, ita quemquam ad eam obligare ex earum transgresione non valet: cuius rationis ea forte videtur esse ratio, quam Ioannes de Imola asignat in.c.2.de maior.& obedien. quod Princeps secularis aliás respectu peccati,quod respicit animam(quæ spiritualis est)potestatem non habeat, argumen.c. decernimus,de iudic.& Mathe.10.cap. & sequitur Philip.Decius,in.c. nam concupiscentiam,col.fin.versic.tertio istam, de constitu. & est de intentione Nauarri, per Canones quos ibi allegat,in.c.23.nu.55.sui Manualis cõfesso.Et ita in huius legis mere positiuæ obligatione, quæ pœnam æternam non inducat, accipiendi, & intelligendi sunt scribentes,in. c.Ecclesia Sanctæ Mariæ,de constitutio. legẽ istam pœnalem in conscientia nõ obligare, sed tantum in foro contentioso adpœnã præstandam, parumq; in hoc refert Legislatorẽ pœnam transgressori adiecerit, an non: (supra vt notauimus)quodq; Legislator expresserit transgressores talis legis mortaliter peccare:cum bona fides non patiatur, vt pro re leui,pœna mortis æternæ imponatur:& commensuranda hæc sit delicto, Deuteron.c.25.l. respiciendum,in prin.ff.de pœnis. c fœlicis,§. Cæterum,eod.tit.in.6.Et quia tunc ea lex,nõ tam ad ædificandum,quam ad nocendum lata videretur: & potestas ad vtilitatem subditorum concessa,in eorum pernitiem,& necẽ conuerteretur:quod esse non debet.

28 ¶Sic inde fit,Pragmaticam iubentem,ne nocte per vrbem deambulantes, secum ferant enses,aut mucrones sub pœna amisionis armorum,transgressores ad pœnam mortalem non obligare : quod & Dominicus ipse á Soto voluit,in.1.libro,de iusti.& iure,quæstio.6. arti.4.col.9.(licet eum falso pro cõtraria parte,Menchacensis notet,in.c.29. lib.1. controuer.illust.nu.15.)

29 ¶Neq; transgressores Pragmaticæ præcipiẽtis,ne vltra duos argenteos ludatur, aut Pragmaticarum vetantium, ne venetur cum canibus,quos vulgus, + Nocharniegos+,appellat. Aut laqueis,cordis ve æreis,aut lucernis, vel cum pullis perdicinis, seu boue(quem vocant)de Perdizes,mortaliter hos peccare:Et idem fore cẽsendum,de his qui stlopetis, sulphurarijsq; instrumentis, aues,& animalia cõtra Pragmaticam hoc prohibentem venãtur Cum laxitatis, & libertatis Humanæ hæc omnia sint:& iure Diuino,naturaliq;, aut gentiũ minime prohibita. Sic etiam si lex imperaret, alternis noctibus,ciues vigilare, & pernoctare,quasi vrbis custodiendæ causa, cum nulla suspitio,aut periculum esset hostium, aut latronum.Secus autem si periculo hoc imminẽte,aut belli tẽpore, Rex hoc præciperet,aut caueret, aut instante bello, arma iuberet indui,nam tunc mortale esset, non obtemperare:vt docet præallegatus Domini. à Soto, in dict.articul.4.

30 ¶Et idem dicendum,si quod lege Principis fieri præcipitur,vel nõ fieri iubetur,sit de genere præceptorum, aut prohibitorum de iure Diuino,vel naturali,vt quamuis pœna præstita, huiusmodi transgressor,in foro animæ culpæ mortalis reus remaneat: cum de perse offensa hæc inmensa sit contra DEVM, siquidem contra eius præcepta itum fuerit:& cõtra ius naturale:quod & Diuinum est: Nec id esse desinat, aut ius Ciuile nouum efficiatur, ob id quod lege,seu præcepto seculari repetitum

titum sit.

31 ¶Nec tunc Princeps ius, tam nouum fecisse videtur, quam quod antea erat reperisse. (Supra vt notauimus in.1.conclusione, super verbo, Natural) Et scribit Fernandus Aloazes, in Consil. pro Marchione de Velez, pagin. 419. num.52.

32 ¶Ex quibus colliguntur veri intellectus, tã ad presentem Pragmaticam, quam ad plures nostri Regni leges, quarum aliæ vetant extra hi extra Regni fines, aurum, & argentum, & pecuniam numeratam, etiam æreã, aliæ prohibent arma, aut equos extrahi, aliæ fruges, & omne genus quadrupedum, & pecudum, ac armentorum, aliæ mancipia, & id genus alia, vt patet, per totum titulum, 9. †De las cosas vedadas†. Lib.6. ordina. Regia. & in quibusdam Pragmaticis, quarum legum transgressoribus, pœna, in multis earum, mors est: in alijs amissio bonorum, in alijs exilium, aut relegatio cum pœna pecuniaria, & aliæ pœnæ descriptæ in Pragmat. Madriti lata.11. die mẽsis Martij ann.1552. Nam cum grauia hæc sint delicta, & publicæ rei, grande inferant detrimentum, aut infligere videantur: & damnum quod sibi fieri isti nollent, reipublicæ faciant, Et quia cum inter concines, id tacite actũ ob omnium communem vtilitatem videatur, vt vnusquisq;, quæ publice vtilia sunt, admouere, quæq; noxia sunt, arcere studeat, & curet, huius tacitæ fidei violatores, illarum legum transgressores existere censentur: ac culpæ, & pœnæ æternæ rei efficiuntur: ac etiam illis legibus cessantibus, viderentur per quarũ interuentum, quasi crescente cõtumacia, & violatione gemina, huiusmodi trãsgressores, magis rei, & obnoxij aliquantulum existimantur. Idemq; sensus accomodandus est, ad leg. 1.tit.3. † De los contadores mayores de quentas†. Et ad l.2.11.& 13.tit.2. † De los contadores mayores†. Et ad leg.1.& fin.tit.8. † De los concertadores†. Lib.6. ordinatio. Regia. & ad l.22.ti.5.part.5. Quibus alludere videtur, quod scribit Reuerendissimus Didacus à Couarru. in.2.part. Relectionis regul. peccatum, de regulatis in.6.§.5. versic. ego sane fateor, vbi inter alia etiã innuit, quod si id fieri, vel omitti, non tantum est simpliciter vtile, communitati, cuius, curam gerit legis cõditor, sed & maxime interest eius, ad bonum commune id fieri, vel omitti, quod præsumitur, ob grauẽ pœnam lege pure pœnali statutam: non admodum alienum à ratione videbitur, in hac specie coniectare intendisse Legislatorem, ad mortalem culpam obligare transgressorem eius, & quod iuxta hunc sensum admittendi sunt Henricus de Gãdauo, & Syluester, quos in.d.§.5. citat. quod est singulare, & valde vtile ad intellectum Pragmaticæ prohibẽtis, ne dicantur dicteria, seu scommata, & inhonestæ cantilenæ, sub pœna centum verberum, & exilij annalis, vt eiusdem transgressor, vltra pœnam in ea contentam, mortaliter etiã peccet. Idemq; censerem, contra transgressores Pragmaticæ vetantis promercatores carnium, & alterius Pragmaticæ, † Para que los buhoneros no anden por las calles†. Ne ignorantibus, & mulierculis mercimonia vendãt fucata, ac eas decipiant. Qua etiam ratione, vt quæ apertius huiusmodi fraudes, quæ in istis vtensilibus, & alijs fiunt, quando vendũtur, facilius appareant, possent iudex, & ciuitas, etiam antedictam Pragmaticam statuere, quod non fierent tales venditiones, nisi in certa platea, vel loco deputato: & quod alibi vendentes, amittant mercimonia: vt per multa iura Lucas de Pena probat, in. l.1. C. ne rustican. ad vllum opus, lib.11. quem citat & sequitur Auendanius in.c.19. part.1. de exequẽ. Princip. manda. nu.31. dicens istud singulare esse verbum, & quotidianũ in Practica. Sic etiã vbi grauitas, & magnitudo materiæ, id suaderet, legis transgressor reus esset peccati mortalis: idq, siue vt in conscientia obligaret, à superiore expressum tunc esset, siue non. Nam perpensa hac eius magnitudine, grauitate, & iustitia, effici non potest, quominus eius trãsgressor, incurrere non possit, in præceptum illud naturale, † Quod tibi non vis alteri ne facias†. Et in aliud præceptum iuris naturalis, & gentium, quo iubemur fidem expressim, vel tacite datam, obseruare. c.1. de pact. l.1. ff. eod. tit. l.1. ff. de constit. pecu. Cum qui vitã socialem, & popularẽ elegerit, is tacite id egisse videatur, vt ei vtilia acrescere, & noxia remouere curet: inuiolata tamen totius generis Humani contextura, ac cognatione, ad quam ex eodem iure naturali tenemur. l. vt vim, ff. de inst. & iure. & ita accipiendus, & intelligendus est Soto, in lib.1. de iustitia, & iure, quæstio.6. arti.4.

33 ¶Nec si talis legis ratio ex integro cesset, ipsius legis dispositio cessat, quandiu Legislator eam non abrogauerit. Et inde nec huius præsentis Pragmaticæ, egregia cessabit dispositio, dum eius vtilitas nulla apparet publicæ rei. text. est notabilis, in. l. vn. C. de cadu. tollend. ibi, † Vt quæ belli calamitas introduxit, pacis lenitas

lenitas sopiret. + Quod verbum aperte denotat, eandem talem legem, non in totum extingui, aut ipso iure, intercidisse: sed sopire, ac dormire, cessante eius ratione, & vtilitate, propter quam lex ipsa facta est: & cum postea par, siue eadem necessitas, quæ legi ferendæ causam iustam dedit, redierit, quasi semper perdurauerit, à somno suo expergefacta subditos obstringit: non secus, quam si re vera, eius vtilitas, aut necessitas numquam cessaret. Nec noua lex esse videbitur: sed eadem quæ antea erat. Bonus in simili est textus, in lege, filio quem pater, ff. de liber. & posthu. quicquid velint Corne in dicta lege vnica, & Tiraquelus, in libro cessante causa, prima parte, numero. 55.&.130.& Sanctus Thomas, 2.2. quæstio. 60. articulo quinto, & in.1.2.quæstio.96.articulo quarto, & Alphonsus Castrensis, dicto libro, de potestat. leg. pœnal. cap. 5. document. 3. & . 5. à quibus (hanc meam amplexatus sententiam) studiosus, ac doctissimus Menchacensis dissentit, in dict. præfatio. de successio. progres. numero. 68. cum duob. sequen.

34 ¶ Ex quibus omnibus, & alijs quæ supra, in prima, & secunda adduximus conclusione, suspecta valde mihi est traditio Dominici á Sancto Geminiano, & Philippi Franci, in capit. perpetuæ, not. 6. & in capit. commissa, 2. notab. de electio. libr. 6. glosæ, verb. sententijs, & eiusdem Dominici, in capit. 2. de constitutio. Felini, & Decij, in prima lectio. dicti cap. nam concupiscentiam, Syluestri, verb. inobediencia, Ioannis Driedon. libr. primo de libert. Christia articul. tertio, Ioann. de Medina, in Codice, de restitutio. quæstion. 12. & 36. ad sextum, Alphons. Castren. dicto capit. octauo, & sequen libr. primo, de potesta. leg. pœnal. & Dominici á Soto, dicto libr. primo, de iustitia, & iure, quæstion. sexta, articul. quinto, scribentium, Humanam legem, aliquid, sub pœna temporali prohibentem, quod nec Diuina, nec Naturali lege, prohibitum erat, ad culpam, quandoq; mortalem obligare: nec ex eo, ad mortale crimen, obligationem cessare, aut tolli, quod pœna fuerit transgressori imposita, veriorq;, ac probabilior doctrina est eorum, qui tenent (supra vt explicauimus omnino intelligendi,) Humanam legem, siue Ecclesiasticam, siue secularem, ad mortalem culpam quandoq; non obligare: vti Sanctus Thomas, in dict. 1. 2. quæstion. 96. articul. 4. & ibi Caietan. Gabriel, in. 4. sentent. distin. 16. quæstion. 3. notab. 6. Archiepis. Florent. in. 1. part. suæ summæ, titul. 18. capit. 1. §. 2. Adrian. in quodlibet. 6. articul. 1. Ioan. Maior, in. 4. sentent. distin. 15. quæstio. 4. Et in. 3. sentent. distin. 37 quæst. 16. Driedon, de liber. Christia. lib. 1. Alphons. à Castro, dict. libr. 1. de potest. legis pœnal. cap. 4. &. 5. Panormitan. Felin. & Decius, in cap. 1. & glo. & Doctores, in dict. cap. quæ in Ecclesiarum, de constitutio. idem Panormit. in proæmio, Rex pacificus, col. 4. & in. cap. quia plerisq;, de immunita. Ecclesi. & in. cap. 2. de maiorit. & obedien. Et Iason, in leg. nemo potest, numero, 106. ff. de lega. 1. cum. quibus conueniunt Cayetan. in. 2. 2. quæst. 186. artic. 9. ad secundũ. Idem Latius, lib. 20. quæstion. quæst. 21. Adriã. dict. quodlib. 6. articul. 2. Albert. Pighius, lib. 4. de Ecclesiastica Hierarchia, cap. 2. Et præallegatus Castrensis, in dict. lib. 1. cap. 5. document. 4. docentes, non semper legem Humanam obligare eius transgressorem ad mortalem culpam: sed tantum ad venialem: ex ea nempe ratione, quod nec lex Naturalis, nec Diuina, ad mortalem culpam transgressorem semper obligat: Cum licet Naturalis lex, mendacium prohibeat, non tamen semper mendacium, mortale sit crimen, sed passim veniale: vt notat Sanctus Thomas, in dict. 2. 2. quæstio. 100. articulo. 3. & probatur, in cau. primum, 22. quæstio. secunda. Et quanuis lex Naturalis præscribat nobis, in cibo, & potu, obseruare regulam, & medium temperantiæ, quæ in eo consistit, vt tantum, & non vltra sumatur, quantum exigit necessitas, aut vtilitas corporis, cuius transgressio gula dicitur: & inter septem capitalia crimina connumeratur: attamen non semper gula, peccatum est mortale, imo veniale crimen est: nisi excessus sit plane immódicus, vel excedentem obijciat periculo peccati mortalis: vt omnes fatentur. Et ita procedit Caietanus, dum in summ. verb. Clericorum peccata, in fin. scribit. Qui autem putat, omnia præcepta obligare ad mortale, eget lumine quo videat, nec Naturalis, nec Diuini, nec Humani iuris præcepta omnia ad mortale obligare: sed ea sola, quorum transgresio cõtra Charitatem est.

25 ¶Qua ex assertione, longe firmiores, & veriores nostræ manét Cõclusiones, (de quibus supra meminimus) Alteraq; peccati mortalis reum cõstituit trãsgressorem in re graui, & quæ læsionem, aut damnũ proximi, seu Republicæ respiciat. Altera, quæ legis humanæ, in re leui Imperatoriæ, seu prohibitoriæ pœna adiecta, vel nõ, ad culpam mortalem, transgressorem, nõ obligat. Et est de mente Adrian, in dicto articu.2. quod lib.6. Decij, in dict. cap. nam concupiscentiam, col. fin. de constitutio. & Ioan. Driedon. de libertate Christia. pagin.266.

chas leyes, no dexan de ser iustas, aunque el hazedor dellas expressasse, que las dichas leyes no obligassen à peccado mortal, e al que sin

e

26 ORTAL. Vt in regulis Prædicatorũ, cauetur, in quarum capite, seu exordio, sic scriptum est. + Regula nostra, & cõstitutiones, non obligant nos ad culpam, sed tantum ad pœnam: nisi propter præcepti contẽptũ. + Eadẽq; ratio est, in omnibus præceptis, & cõstitutionibus Collegiorũ Salmãticẽsiũ, & Pintianorũ, & Cõplutensiũ, & aliorũ locorũ, quæ varijs Hispaniæ institutionibus Canonicis regũtur, idem q; , in reliquis Collegijs, qualia Italiæ sunt, vt Bononiense, & alia similia, & apud Gallos, non pauca: Nam plerum q; , earum Constitutionum transgressores, ad culpam non obligare, sed tantum ad pœnam temporalem, creditum est: ac fuit semper: & non raro disputatum: teste Fernando Vasquio Mẽchacensi, qui hanc sententiam sequitur, in.c. 29. numero, 11. lib.1. controuersia, illust. Quæ tamen ex antedictis, in præcedenti glosa, & alijs primæ conclusionis glosis, meo iudicio, sic accipienda est, quando Constitutiones illæ, & præcepta leuia sint, ac nullum in se cõtineant, quod violetur de iure Diuino, vel naturali præceptum, quod proximi damnum, aut ofensam, vel eiusdem, seu totius ordinis, aut collegij notabilem vtilitatem respiciat: quodq; eorum trãsgresio, nocumentum eisdem non afferat, vel adeo sit tenue, quod veniale ob id, de per se tantum sit, argumento, eorum, quæ ipse Menchacensis notat, in dicto capite. 29. numæro.12. Et ita procedit, ac accipiendum est, quod Ioannes Andre. scribit, in cap. relatum, ne Cleric. vel Monach. versicul. commendatur, de dicta regula Prædicatorum, quod per eam, transgressores Constitutionum, ad pœnam, obligantur, sed non ad mortale: in his quæ per se non sunt mortalia.

27 ¶Sin autem, talia illa sint præcepta Imperatoria, seu prohibitoria, quæ ad ea seruanda ius Diuinum, & Naturale, astringat, quod q; ex eorum transgresione proximus, vel ordo, seu Collegium notabiliter lædatur: sine omittendo, aut faciendo id contingat: reus erit transgressor culpæ, ac pœnæ quoq; æternæ: siquidem ius Diuinum, vel Naturale, cui dispositio illa humana innititur transgrediatur.

28 ¶Nec excusationi erit, expresio regulæ conditoris, seu Legislatoris, quod transgressor, teneatur tantum ad pœnam temporalem, cum huiusmodi expresio, seu legis condentis voluntas, immutare non possit illorum præceptorum naturam: nec minuere, vel auferre iuris Diuini, vel Naturalis robur; secundum Sanctum Thomam, in. 2.2. quæstio.60. articulo quinto, ad primum.

29 ¶Et hac, in specie defficiat potestas ex parte tam Legislatoris, quam subditorum, ad dispensandum, cum ante relatis præceptis, cap. cum inferior, de maioritate, & obedientia, lege, nam magistratus, ff. de arbit. & ipse Conditor legis, seu regulæ, imo Princeps, (quanuis legibus solutus. leg. Princeps, ff. de legibus.) teneatur ad horum præceptorum obseruationem: vt ibidem per nouissimos traditur: & in lege prima, ff. de Constit. Principis, cap. duo sunt, & cap. si Imperator, & cap. omnes, de maior. & odedien. & scribit Panormitanus, communiter receptus, in dicto cap. primo, de Constitutio. numero.6. & .7. qui loquitur, in Papa, & in Imperatore.

30 ¶Qui qua ex parte homines sũt, rationi debét esse

esse subiecti:vt notat Bald.in.leg.2.C.de seruitu.& aqua,quibus legem suam naturalem, sine vlla distinctione DEVS ipse optimus, & maximus infundit:quam nullus humanus, siue sit Pontifex,siue Imperator,vel Rex trãsgredi potest,cap.non sana,9.dist. Nec Imperatoria potestas, hanc rationis, & Naturæ Legem, valet ideo, in aliquo excedere, can. Imperatores, can. qui resistit.can.non semper, can.ita corporis, 11. quæst. 3. Siquidem mensuram cœlestis dispensationis, ratione circunfusam, præterire non debeat, cum aliud in Contumeliam foret, ipsius summi DEI disponentis.Quiq; omnia ratione disposuit,& terminauit,cap.certum,& capit. non licet,10.dist.cap.gloriosus,in prin. de reliq.& venera. Sancto. Inde nihil debent velle, nisi quod DEVS velit. At cum ipse omnipotens ea velit, quæ summa constant ratione, eadem & præcipiat,vt in dict.cap.gloriosus, & in alijs iuribus, consequens est, quodcunq; Princeps contra rationem fecerit, non DEI voluntate, nec tradita sibi potestate fieri: cũ potestatem trahere non posit ad iniquum dispendium leg.fin.C.de vsucap. pro empto. l.1.respon.1.ff.de offi.procu. Cæsar. & posse malum,non sit posse, sed magis non posse.c. Princeps,de pœniten.distin.2.(& diximus Latius in.17.fundamen. part.2. prælectio. leg.5. tit.3.lib.7.ordin Regia.)

41 ❡Quo fit, vt vehementer admirer Doctissimos Dominicum á Soto, de insti. & iure, lib.1.quæstio.6. articul. 4. & Alphonsum Castrensem,in cap.4.lib.1.de potest.leg. pænal. Sic hac in re aliter sentire, vt putet regulam Predicatorum, ad mortalem culpam ex eo, non obligare, quia fuerit ab eius conditore adiectio facta, ne ad culpam obliget: argumentoq; esse, quod nisi illa fieret adiectio, non posset,non obligare ad culpam. Siquidẽ quamuis hoc nõ adiecisset,cum leuia sint præcepta,eorum transgresio mortalem culpam de perse non inducat,(vt ab omnibus est, in confesso,& in præcedenti glosa notauimus.) Si vero grauia sint, & cum quibus pariter ius Diuinum,aut naturale, quod in eisdem præceptis inclusum est, violetur, ad peccatum mortale transgressorem obliget:supra vt cõclusimus. Et multo magis hoc in casu, postquam dicta Regula fuerit lata: cum duplex hæc sit transgresio,quæ potius auget, quam minuit pœnam:leg.2.ff.de priua.delict. §.fin. instit si quadru.pauper. fecis. dica. Sic etiam fit, minus recte ipsum Alphonsum Castrensem in dict.lib.1.cap.5.censuisse, ex voluntate Legislatoris pendere, verum legis Humanæ transgressor peccet,necne, quando ita iusta sit:cum hac in specie, ex ipsa de per se trãsgresione, ratione iuris Diuini,& Naturalis, violationis, peccatũ mortale inducatur:etiã si Legislator solum intendens pœnæ temporali,expresim statueret, transgressorem huiusmodi, ad æternam non teneri, cum nulla ad hoc,ex sua,aut subditorum parte, ei potestas sit,nec tale valeat dispensare: (vt Paulo superius diximus.)

42 ❡Et hinc quoq; se non bene explicuisse infertur,Doctissimum ac literis, & nomine illustrem Menchacensem, Canonicum Hispalensem,dum in præfatione 1.libri, de succesio. progressu,numero. 88.scribit, legem iustam, ad sui obseruationem, omnes subditos in foro conscientiæ obligare:nisi ipse Legislator, quo tempore legem tulit, aperuisset, se nolle, vt ea lex in conscientia obligaret, tunc enim(vt ille subdit)vnusquisquæ ciuium, con ciuibus reliquis ad talis legis obseruationem videretur velle obligari, quo ad forum tantum contentiosum: & non quo ad forum animæ. Sic q; vltra terminos sui consensus, ea obligatio extendi non posset: quia limitata causa limitatum producit effectum,leg. age cum Geminiano, C.de transactio. (cum alijs legibus per eum ibi citatis,)quatenus in eisdem,consensus præstitus, sui natura est limitatus. Cum nec ab ipsorum ciuium, aut Legislatoris, dependat voluntate, legis transgressorem ad mortale, non obligare, vel obligare, quando naturali vel Diuino inniteretur præcepto: quod pariter violaret transgressor, Humanam legem violando: ex quo tunc positiua lex non sit, sed ius Diuinum, & Naturale.

43 ❡Nec desinat esse ius Diuinum, aut Naturale, & ius Ciuile efficiatur, ob id quod præcepto Principis secularis, aut Legislatoris, repetitum sit:vt post Fernandum Aloazes, in Cõsilio,pro Marchione de Velez, pagin.419.numero. 52. ipse Fernandus Vasquius Menchacensis notat,in dict.capit. 29.numero. 16. & 17.lib.1.controuersia. illust. (& diximus Latius supra in conclusione prima, super verb. †Quisierõ†.& super verbo. † Natural †.)Nec potestas Ciuilis illuc vsq; protendatur,vt possit peccata remittere, vt concludit Paulo ante citatus Dominicus à Soto, in dicto lib. 1. de iustitia & iure, quæstion. 6.articul. 4.colum.5.

f 44 ENOSPRECIO. Trásgressor enim legis humanæ cuiuscunq;, siue inducentis culpam venialem, siue mortalem, semper contrahit mortalem culpam, si ex contẽptu eam transgrediatur: siquidem contẽptus ipse mortalem culpã in se habet, secundum omnium Theologorum & Canonistarum resolutionem, quæ colligitur ex. S. Thoma, in. 2.2. quæst.186. articul.9. Adrian. in quodlib. 6. artic. 2. Altisiodoren. lib.2. tracta.19.&.20.& lib.3. tract.9. Gerson. de vit. anim. spir. lect. 5. Ioann. Andre. & doctor. in cap. sacris de his quæ vi, met. ve cau. fi.

menosprecio, f y escandalo las que brantasse.

Ex Quarta Conclusio. sequent.

*Endens maiori precio quam taxatum sit farinam, peccat mortaliter: & ad restitutionem tenetur super excessus venditionis. Et quæ dicta ante sunt in venditione frumenti, locum habent, in venditione farinæ. nu.1.*

¶ *Lanæ appellatione comprehẽditur lana filata, & frumenti appellatione farina. nu.2.*

¶ *Senatus Consultum Macedonianum, de non mutuando pecuniam numeratam filio familias extenditur ad frumentum, & farinam: ne fraus fiat legi numero.3.*

¶ *Pragmatica, 73. Comitiorum Vallis Olet. Ann. 1555. citatur, expenditur, & ampliatur. ibidem.*

¶ *Ratio prohibitionis, ne carius quã iustum sit, vẽdatur frumentum militat etiam in venditione farinæ: & id ex eadem dispositio num.4.*

¶ *Prohibitus incidere ligna in certa sylua, & asportare, non poterunt ligna quæ reperiuntur incisa, vel collapsa, asportare. nu.5.*

¶ *Prohibitio, ne vendatur frumentum vltra taxatum precium quamuis, in Pragmatica mentio farinæ non fieret, ad farinam extenditur, ex mente statuentium quanquam de proprietate vocabuli, appellatione frumẽti farina non cõprehendatur. nu 6.*

¶ *Extensio ex identitate rationis, licita est etiam in pœnalibus, vbi agitur de fauore publico. nu.7.*

¶ *Dispositio Pragmaticæ Taxæ panis, locum habet in casu, in quo, etiam eius ratio militat: & de intellectu eiusdem pragmaticæ. num.8.*

¶ *Prohibitio facta in frumento, locum habet, in pane Cocto, ne vendatur vltra, quam per Pragmaticam Taxæ panis dispositũ, & permissum est. nu. 9. Et quomodo id sit intelligendum, in num. sequẽt.*

¶ *Pragmat. 181. & 182 sub verbo Pan, in volumine Pragmaticarum, expenduntur: & eãundẽ verba citantur, pro intellectu, & practica nostræ Pragmaticæ. num 10.*

¶ *Precia taxare, et quod victui necessaria, vendãtur iusto precio ad vrbibus prefectos spectat. nu.11*

¶ *Annona, vnde dicatur. ibidem.*

¶ *Ciuitas, & decuriones possunt, pro vtilitate publica, rebus imponere taxam. nu.12.*

¶ *Leges. 1.2. & 4. tit. 23. lib 2. ordinatio. Regia. expenduntur: & earundem verba citantur ibidem.*

¶ *Caput. 14. sub titulo: De los Fieles Executores: In ordinatio. Hispalensib. citatur, & quod ad eos pertineat victualium taxatio. Et an cum eis iudex ordinarius qui dictæ ciuitati assistit, & eius locum tenentes, in eorum taxatione possint concurrere, et hanc taxam vel ascendendo, vel descendendo, in precio facere. num.13*

¶ *Taxatio ponenda est in hospitiis publicis, & in his prebis venduntur & ministrantur. quæ vulgo dicitur Aranzel. Et quod puniẽdi sint eius trãsgressores. numero.14.*

¶ *Pre-*

¶ *Pretium taxatur in domibus locandis, quibusdã in locis. ibidem.*

¶ *Carnium precia taxantur, quæ ad præbitionem spectant publicam. nu. 15.*

¶ *Carnibus deficientibus, & earum creatoribus vendere recusantibus, capi possunt carnes, & soli to siue iusto precio vendi. nu. 16.*

¶ *Vtilitas publica curanda est, etiamsi ita curando fieret contra proprium ipsius curantis compendiũ. numer. 17.*

¶ *Consuetudo, vt ex locatione Concilij in publico præconio, vnus tantum carnes, vel pisces, oleum, & aliquando vinum publice vendat, rationabilis est. & valet. nu. 18.*

¶ *Concilium populi pacisci potest, cum quodam qui vulgo obligatus reipublicæ appellatur, quod singu-lis diebus ipse (& non alius cura eius voluntatem) vendere pro certo precio possit certam quantitatẽ carnium & piscium num. 19.*

¶ *Obligatus reipublicæ, cogi potest superueniẽte hospitum, aut militum multitudine, vel ex alia iusta causa, plures sues, oues, carnes, seu pisces, eodem die vendere, non obstante contractu nu. 20.*

¶ *Priuilegium generaliter indultum, non includit casum publicæ vtilitati contrarium ibidem.*

¶ *Obligatus reipublicæ, vendere non potest superuenientibus, seu forẽsibus maiori precio seu cariori, quam habitatoribus loci, cum quibus de precio conuentum est, nu. 21. & quomodo id intelligendum sit ibidem.*

¶ *Lucrum quod per presentem Pragmaticam, in pane cocto est dandum, & permissum, quomodo intelligendum, & considerandum sit. nu. 22.*

¶ *Iudices inferiores à Principe, vim presentis Pragmaticæ taxæ panis, immutare non possunt. nu. 23.*

¶ *Iudices, & Correctores statuere non possunt, quod panem coctum possit quis vendere pro vt potuerit, aut maiori, quam per eandem legem deccat precio, eius dispositione perpensa: & quorum licentia, seu dissimulatio licet liberet præfatos venditores à pœna Pragmaticæ, non tamen à culpa supervenditionis panis. nu. 24.*

¶ *Iudices, & Correctores qui temere, & extra causam publicæ necessitatis, statuũt, aut præcipiũt quod vnusquisq; pro vt potuerit, possit vendere panem coctum, in culpa sunt, & mortaliter peccant. numer. 25.*

¶ *Lex, 14. tit. 21 lib. 2 ordinatio. Regiar. citatur, & explicatur ibidem.*

¶ *Aestimatio vera est quam forus admittit, & quanti res in foro publico venditur, tanti iuste valet: licet multo plus, vel minus alibi vendatur. nu. 26. & quomodo id intelligendum sit. ibidem.*

¶ *Locus vbi res venditur, inspici debet, non preciũ loci de quo est vendens nu. 27.*

¶ *Vendentes, etiam per iudicem Ecclesiasticum cogi possunt vendere hospitibus exteris, pro eodẽ precio quo incolis vendunt. & quomodo id accipiendũ numer. 28.*

¶ *Lex. 15 tit. 13. lib. 8. Recopilatio. leg. Regiar. citatur ibidem.*

¶ *Valor tritici, consideratur secundũ quod in horreo publico venditur. nu. 29.*

¶ *Ciuitas habens magnam copiam frumenti, compellitur tempore penuriæ, ad vendendum illud ciuibus ipsius ciuitatis, & quomodo id accipiendum & Practicandum sit. num. 30.*

¶ *Caput. 127 in comitiis Vallis Oleti, ann. 1555. citatur, & expenditur, ibidem.*

Quarta Conclusio.



LA QVARTA Conclusion, que lo arriba dicho en lo del pan, se entiẽde tambien en la harina, y pan cozido, porque de la mesma razõ que ay en lo materiado, que en la materia, por consiguiente se infiere la mesma prohibiciõ: como elegantemẽte lo colligen de dos textos, [g] el Doctor Pedro de Ancharrano, [h] y el Felino, [i] y lo afirman nueuamente Andres Alciato, [l] y Roberto Maranta. [m] Empero por la mesma dicha Pragmatica, la hanega de la harina se puede vender treynta marauedis mas, de los trezietos, y diez marauedis, porque se vende en grano, y trayendo se testimonio, de adonde se cõpro, la hanega de la harina, se podra vender por

g TEXTOS. In c. ita quorundam, & in.c. ad liberandũ, de iudeis.

h ANCHARRANO. In c.1. de cõstitutio.

i FELINO. In d.c. ad liberandam, 2.col.nu.5. de iudeis.

l ALCIATO. In rubri. ff. de verbo. significa. pagina.4.

m MARANTA In suo speculo aureo de ordine iudiciorum, 2. parte nume.20. bonus est tex. in, l. si cui lana, ff. de lega 3. vbi lanæ appellatione, etiam comprehenditur lana neta. (id est filata, vt ibi exponit Accursius) quæ cum semper lana dicatur, donec ponatur in tela, sic ergo dicendum, quod appellatione frumenti, contineatur farina, donec conuersa fuerit in panẽ: & ita peruenerit ad finem destinatum: & per hanc rationem ita not. Rayner. & Barto. in. l. quæsitum, §. illud, ff. eodem tit. de lega.3. Imo quod dicitur, de lana, fortius dicendum videtur de farina, quæ non censetur noua species à frumento: sed ea quæ primo latitabat, detecta potius aparet. l. adeo. §. cum quis, ff. de acquiren. rer. domin.

3 ¶Facit tex. leg. sed Iulianus, §. mutui, ff. ad S.C. Macedon. vbi prohibitio Senatus consulti Macedoniani, de non mutuando pecuniã numeratam filio familias, extenditur ad frumentum, & farinam ne fraus fiat legi, multo ergo magis nostra in specie dicendũ videtur, cũ nõ tantũ distet frumẽtũ à farina, sicut farina, à pecunia numerata. Ex qua ratione ita determinat Bald. in. l. non dubium, 4. col. C. de legib. & in. leg. quod non ratione. ff. eod.

citu. Quod est singulare, & valde notandum, ad intellectũ, & ampliationẽ Pragmatic. 78. commitiorum Vallis Oleti, ann. 1555. vt ne eidem consultissimæ legi fraus fiat, procedat etiam, in frumento, & farina, & in qualicũq; alia re, cuiuscunq; generis, seu speciei, illa sit. Et inde, prohibitus vendere frumentum, extra territorium, non poterit vendere farinam, aut panem: quia in talibus non verborum sonus, sed effectus attenditur: secundum Nicolaum Boæriũ, in decisio. 177. numero, 5. Albericũ, in. 2. parte statu. quæst. 105. Francis. Marcũ, decis. 540. num. 2. Et Guido Pap. in quæstione, 373. vbi dicit, pluries per Parlament. Dalphin. ita iudicatũ fuisse, & late Alexand. Imol. in Consil. 130. incipient. super eo, de quo queritur, an fideles. 1. colun. volu. 6.

4 ¶Et facit quia ratio, & mẽs, præsentis Pragmaticæ, conditoris, fuit obuiare cupiditati panem habentium, & vt iusto, & nõ excessiuo precio venderent, (vt ex ipsius Pragmaticæ præfatione constat) quæ etiam, in venditione farinæ militat: ideoq;, & vna debet esse dispositio. l. illud, ff. ad leg. Acquil. l. à Titio. ff. de verbo. oblig. Et ita concludit Bald. in. d. l. non dubium, 4. col. numero. 10. C. de legib. & Anchar. in. c. canonũ statuta, de cõstit. versic. iuxta prædicta cõgrue, quic quid idem velit ipse Bald. in. l. si conuenerit. §. fin. ff. de pigno. actio. & in lege, quod non ratione, in. 1. lect. ff. de legib. vbi tamen censet, aliud non esse materiatum, à materia, quando fit in fraudem statuti. Facit, quod notat Bertachinus, in tractat. de Gabellis, in. 11. quæstio. 2. particulæ

culæ, 8. part. princip.

5 ¶Sic vel ex eadem ratione, ne fraus fiat legi, quodq; eadem insit ratio, prohibiti incidere ligna in certa Sylua, & asportare, non poterunt ligna quæ reperiuntur incisa, vel collapsa asportare: textus est, & ibi not. Bart. in. l. 2. C. de cupræs. lib. 11.

6 ¶Nec si obijciatur, oberit, quod appellatione frumenti, non contineatur farina, ex quo frumenti potentia per mutationem in farinã adeo victa sit, quod ad suas vires, suaq; initia, amplius reuerti non possit. l. Iulianus, §. sed si quis, ff. ad exhiben. d. l. quæsitum, §. illud, ff. de lega. 3. vbi ita determinat Dynus, quem sequitur Albertus Gandinus, in tracta. maleficio. in rubri. de reb. nõ portan. cõtra deuect. quæstio. 4. versicul. item pone, dicens, ita fuisse iudicatum Paduæ. Quodq; statutum pœnale & odiosum, extendendum non sit, regul. odia, & regul. in pœnis, de regul. iur. in. 6. Nam licet ex proprietate vocabuli, appellatione frumẽti, non contineatur farina: & si legatum sit frumentum, non censeatur legata farina: secundum Bald. in l. 1 col. 3. C. de fructib. & lit. expens. & Barto. post glo. in. d. §. illud, ex mẽte tamen statuentium, extenditur ad farinã: quæ mens, non minus obseruanda est, quam verba. l. nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. signif. (& diximus Latius, supra in conclusio. 2. super verb. † Daño †)

7 ¶Quodq; cum statutum hoc, concernat publicam vtilitatẽ, quamuis in eo, de farina mentio non fiat, nec identidẽ, in nostra fieret Pragmatica, licita ad eam est extensio, ex identitate rationis. l. illud. C. de Sacrosanc. Eccles. etiam vbi agitur, de fauore publico secundario, l. hõ modo, in fine, ff. de condicio. & demostra. etiam in pœnalibus. l. cætera, §. hoc Senatus consultum, & ibi Iason, in. 5. notab. ff. de lega. 1. traditur per Felin. in. c. translato, de cõstitutio. & post alios, per. Bertach. in. d. q. 11 (qui nũcupatim nostra in specie loquũtur.)

8 ¶Nec dicitur tunc proprie extensio, vel ampliatio, sed proprius inclusio, propter identitatem rationis, glosa est (reputata singularis) verb. Italiæ, circa princip. in. c. 1. de tẽpor. ordinand. lib. 6. quam dicit singularẽ Panor in. c. nihil, 5. col. de elect. Alexã. in. l. curatoris, C. de nego. gest. Corne. in cõsi. 90 incip. scrupulosa, 2. col. vol. 3. Alexã. in cõsi. 75. incip. videtur in præsenti, 1. col. vol. 5. & in consil. 89. incip. circa primum dubium, 3 colu. vol. 6. Ioan. Francis. de Pauinis, in extrauagã. vas electionis, in verb. prorogamus, per illũ tex. de censib. (vbi & hoc asserit,) & Iason, in d. l. à Titio, col. fin. ff. de verb. oblig. & in consil. 141. incip. Christophorus, 6. col. vol. 1. Decius, in consil. 301. incipien. in causa, 2. col. nu. 7. & in cõsil. 372. incip. visis, col. 3 Hippol. alios citans, in consil. 61. incip. post redditum, 2. col. Catellia. Cotta, in memoral. verb. rationis idẽtitas, Nicola. Euerard. suæ centuriæ, loco, 35. Andre. Tiraquel. in, 1. part. lib. cessant. caus. nume. 142. & nostra in specie, post Felin. & Iasonem (quos citat, quicquid alij conentur) Frãcis. á Ripa, subdens communem opinionem, in. 2. part. de remed. præseruat. cõtra pest. nu. 50. vbi respondet ad decisionem Rotæ. 435. in antiq. (quam adducit Felin. in, c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de cõstitutio. 42 col.) & quod Collector, in summa tenet, quod Episcopus, cui debetur, ex cõsuetudine, siue priuilegio, certa parua mensura frumenti, pro modio, debeat habere, eandem mensuram etiam de farina.

9 ¶Et quæ dicta sunt de farinã vẽdẽte, ꝓcedũt in vẽdẽte panes: ex eiusdẽ idẽtitate rationis, ne fraus fiat legi: secũdũ eundẽ Ripam, ibidẽ. nu. 52. licet. aliás appellatione frumenti, non contineatur panis, l. 1. vbi not. Bart. C. de frumen. vrbis Alex. lib. 12. Quod procedere posset, in legatis, & in cõtractibus: vt not. Bertac. in, d. q. 11. nu. 16. & ita procedit Bal. in, d. l. Si cõuenerit. § fi. & in, d. l. quod non ratione.

n LEGVA. Vt disponitur in præsentis Pragmaticæ declaratione, data Valli Oleti, decima sexta die mensis Aprilis, ann. 1558. cuius ratio, cum in hoc etiam militet casu, eiusdem Pragmaticæ dispositio, locum in eo habet: & idem ius est, l. illud quæsitum est, ff. ad leg. Acquil. ibi, † Eaq; ratio similiter, in hac actione dãni iniuriæ, interueniat, sequitur, vt idem debeat existimari, † Et in, §. si igitur, insti. quodcũ eo, §. pari ratione, instit. quib. mod. ius pat. potest. soluit. l. 1. §. interdũ, ff. de fonte, l. si postulauerit, §. ratio, ff. ad leg. Iuli. de adulter. l. nauta, §. fi. ff. naut. caupõ. stabul. l. 1. circa princip. ff. de bõ. posse. ex testam. mil. de l. l. quædã, §. nũmularios, ff. de edẽd. & in. l. 2. §. similiter, vers. quid si curatores. ff. ad, S. C. Ter. ibi, verba rescripti deficiũt, sed dicẽdũ est, ean-

razon del acarreto, à seys marauedis mas por legua, [n] y el pan cozido, se pueda vẽder à la mesma razõ

eandem esse rationem +Et in versic. si nõ fuerint, eiusdẽ legis +Puto licet verba deficiũt, sententiam constitutionis locum habere.+Et in.l.sed sciendum, ff.ad leg.Põp. de parricid. ibi,+Sed, & nouercæ, & sponsæ omissæ sunt, sententia tamen legis continentur.+Et in.l. si quis adulterium, §.1.ff.ad leg.Iul.de adult.ibi: +Ex sententia legis tenetur, quamuis verbis, non continetur.+Et in,l.a.§.incidit, ff.ad.S.C. Turpil ibi.+Non ex verbis, sed ex sententia.+ Et in,l cum hic status, §. si socer, ff. de donatio.inter vir.& vxor.ibi, +Atq; verba orationis, minus sufficiunt, tamen dicendum est, donationem ad sentẽtiam orationis pertinere+ Et explicat Nicolaus Euerardus, suæ centuriæ loco,10.pagin.125.& loco,55.pagin.397.& loco,74.pagin 470.in paruis.

10 PRAGMATICA. Data Valli Oleti.9.die Martij, Ann.1558. + Sacado tambien lo que cuesta massar, y cozer la dicha harina, con mas lo que es razon gane el que lo fazé, para vender el pan cozido.+ Vt disponit etiã Pragmatica Serenissimæ, ac Catholicæ Reginæ Elisabes, in volumin. Pragmaticarũ 181.&,182. sub verb. +Pan,+ Fol. (mihi) 165. cum duob. sequentib Et hanc taxam indices, & Correctores facere debent in vna quaq; sua iurisdictione vt cauetur, in dict.Pragmatica, 182.+ Faziẽdo ensay à como sale el pã cozido à el respecto de lo que valiere el trigo, y al precio que saliere de lo hazer harina, y lo masar, y cozer, dando alguna ganãcia razonable al que lo fiziere para lo vender+.

con alguna justa, y moderada ganãcia, segun la dicha Pragmatica. ○

11 ¶Ad præfectos enim vrbibus spectat taxare precia, & quod victualia vendantur precijs rationi consentaneis.c.17.+De los Corregidores+. Quod continetur sub Pragmatica, 57. in eodem volumine Pragmati. bonus de iure communi est tex.in.l.1.§. cura carnis, ff. de offi.præfect.vrb.facit tex.l.1. &. l.illicitas, in prin.ff.de offi.præsid.& in.c.1.de emptio.& vẽdit.glo.verb.venalibus, per tex.ibi, in.l.muuerum, §.item Episcopi, ff.de muner. & honor.l. decuriones, ff.de administ.rerum ad ciuita pertinen.l.non debere, ff. ad municipal. Secundum tamen qualitatem temporum, vnde cũ vno anno maior, sit fertilitas quã alio secundum vtriusq; temporis qualitatem debet precium augeri vel minui.vt not. Iacob. Aluarotus, in.c.1. §.post natale, de pace tenẽd.&eius violat.vbi etiam ex eodem tex. not. Gubernatorem ciuitatis, vel Prouinciæ, debere sagaciter prouidere circa vtilitatem illius loci quem regit, & gubernat, cum consilio ciuium & incolarum, qui sciunt conclusiones locorum vt ibi, & in.c.sicut olim, de accusa.subdens annonam, sic dictam, quasi quolibet anno taxetur precium, facit.l. non debere, ff.ad municipal.Et in.l.annonam, ff.de extra ordin. crimin.mandatur præsidibus Prouinciarum, vt ad hoc suis statutis & ordinationibus laborent, quod annona non oneretur.Et certum sit annonam augeri, si superiores non taxent precium rerum venalium vẽditioni expositarum. Et si venditoribus permitteretur, in tempore sterilitatis annonam prout possint vendere, daretur occasio, vt multi pauperes, tantum precium, quantum pro pane diuites exigerent, non habentes, fame perirent: & qui non haberent quod loco precij darent, præter vineas, agros, aut domũ cogerentur huiusmodi res, pro vili precio distrahere, aut certe ipsis venditoribus, eas pro pane comedendo permutare: Et ita fieret, vt in republica qui panem venalẽ habent aliorum possessiones, & facultates, breuissime exhaurirent: cœteris, in summa miseria, & inopia permanentibus quod quã eidem reipublicæ perniciosum sit, & iniquum, quãq; fraternæ charitati contrarium, ac sæpe repetiti illius præcepti naturalis assertioni, + Quod tibi non vis &c+. Aduersum, nemo est, qui non videat.

12 ¶Ideo ad Reipublicæ gubernatorem, necessario pertinet, dare modum, quo in rebus ad vitam necessarijs, non inducatur caristia: cũ hominum cupiditas insatiabilis sit. Et proinde admodum est necessarium, vt tẽpore sterilitatis, quando pauci sunt, qui panem habeãt venalem, venditioni expositum, multi autẽ sint, eo summe indigentes, Reipublicæ gubernatores precium competens pani vendendo instituant: nec id solum, sed eos qui abundãt, compellant, vt triticum, quod eisdẽ superest, cœteris indigentibus pro moderato precio vendant (in quo præsens hæc Pragmatica valde notabilis est.) Sic, & rectores solicite debent curare, victualibus cœteris, hoc est tritico, oleo, vino, fructibus, piscibus, alijsq; rebus quibus homines ad victum vtũtur, suum moderа-

deratum taxent precium. Nec enim sequitur vnumquemq; posse suis in rebus precium ponere, cum in eisdem, ab ipsa lege, ipse sit moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mãda. Siquidem, non ita intelligatur, quod vnusquisq; prout vult, taxet, aut qualitercunq; id moderetur, vel arbitretur, sed vt iustus sit moderator, & arbiter. quasi per rectam rationem regulari id debeat, ideoq; lex, non verbo (solum) taxator vtitur, sed dictis verbis moderator, & arbiter, ad denotandum, quod iuste, & rationabiliter precium moderandũ, & arbitrandum sit, argumen. eorum quæ Barto. notat, in verbo, videbitur, in extrauagan. quomod. in læsæ Maiest. crimi. proceda. bonus est tex. in. l. vir bonus, ff. de iudic. & in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio, cũ simil. Quibus fit, vt hac ex ansa, cum vniuscuiusq; cupiditas, in sterilitatis, seu necessitatis tempore, huic taxationi, recte fiendæ aduersetur. Et sua quæq; vtilitas conexa sit, ac homo flexibilis existat. c. quatuor modis, 11. q. 3. publicam autoritatem iuste precia taxare, & taxationem hanc, ipsis venditoribus non relinquere. Et statuto terminare, quid & qualiter iudicandum sit, & paucissima arbitrio hominum dimittere: teste Archiep. Floren. in. 1. part. tit. 17. rub. de lege Cano. §. 2. & ea, preciũ moderante, iuste, priuatam potestatem moderandi precium rerum suarum, cessare: atq; hac in spec e, publicæ potestati subesse: & eos qui carius ven diderint, posse ab hac publica potestate puniri. Rectores autem in taxãdo, quatuor debent inspicere, secundum Conrradum, de contractibus. 3. part. quæst. 56. cõclus. 3. Primum an ciuitas vel Regio, in talibus mercibus super abundet, vel deficiat, vel mediocriter se habeat, Nam si superabundat, non est valor earum, ad tantum precium taxandus, sicut si deficerent. Et dato quod Regio, eis deficiat, videre debent an is defectus accidentalis, vel naturalis sit, ex natura regionis proueniens, vt valor non taxetur ad tantum precium, ex accidentali, quam ex naturali defectu. Secundum, dispositio temporis, apta ne sit ad labores pñta culturam, vel crescentiã, propter quam tales merces procurantur, vel ad earundem mercium adductiones terrestres, vel aqueas, aut non apta, ratione inũdationũ, tẽpestatũ, aut bellorũ. Nec enim tãti debent taxare merces, quãdo tẽporis dispositio est apta sicut quãdo nõ est apta. Atq; etiam inspici debet, quãdo illa terrænascẽtia sunt: sint ne, diu duratura, vel non, aut conseruabilia, seu cito corruptibilia. Tertiũ dispositio, & cõdicio hominũ, in naturalibus, & moralibus, nã vbi in regiõe sunt homines tẽperati, & pauci victus, & laboriosi in cultura terræ, victualia sunt taxãda, ad minus preciũ: quia censenda sunt, tunc superabũdare respectu alterius regionis, in qua, sunt homines ignaui, non bene laborantes in cultura terræ, vel etiam voraces, gulosi, & ingurgitatores, voluptuosi, vel vanegloriosi, qui plurima, propter necessitatem consumunt: quia, & si in tali regione victualia tanta essent, quanta sunt in alia, tamen dicerentur ibi deficere. Vnde sæpe, cum victualia possent esse, & manere, in competẽti precio, ascendunt in precio, propter illa duo. Quia si homines non rationabiliter, & moderate eis vtantur, cara redduntur propter luxuriosum, & superfluum abusum earundem. Et ita etiam hoc modo potest, & aliter considerari hæc indigentia, nam quanto plures de ciuitate, indigent aliqua re, tanto eius indigentia, dicitur extensiue maior: quãto vero de re illa minus habetur in ciuitate, tanto illius rei indigentia, intẽsiue est maior, cum nihil de re habetur: & mediocris, cũ mediocriter, & minima, cũ res illa abũdat, quantum est de se, licet per accidens, scilicet per auarã abscõsionem sæpe deficiant, cui (proh dolor) plures hodie totis neruis (vt aiunt) intendunt, tenaciter illa detinentes, expectantes, imo optantes caristiam: & donec eam induxerint, non expendẽtes,) Quas causas prouinciarum præsides extirpare deberent, tanquam super illicito fundatas: & cogere incolas ociositatem fugere, terramq; incolere. Et ita forum competens fieret.) Quarto cõsiderare debent qualis, & quanta sit indigentia, illarum merciũ, quas taxare Rectores volũt, Nam mercibus contingit indigere, quadrupliciter, scilicet ad sustentationem, & necessitatem naturæ, sicut simplicia alimenta, & tegumenta, secundo, ad statum, vel officium, aut tertio, ad voluptatem, vt delicata alimenta, ad delectationem inuenta, aut quarto, ad cupiditatem, vt cum blada, vel vina, sunt in tanta copia, quod nullus emendo, potest dicere se indigere, eis, nisi ad hoc vt emendo, inde lucretur. Tunc enim viliori precio sunt taxanda, quam, quãdo eis communitas indiget ad necessitatem, vnde merces, quibus contingit indigere primo, & secundo modo, possunt taxari maiori precio. c. legimus, 93. distin. quam illæ quibus indigent homines tertio, vel quarto modo. Indigentia enim, proprie est illarũ

rerum, quæ sunt ad sustentationem, vel statum, vel artem, vel officium hominis deseruientes: secundum eundem Conradum, in.d. quæst.56.conclusio.3.

13 ¶Quæ taxatio, etiam si ex statuto, vel consuetudine, à Rectoribus fiat ciuitatis, potissimum in pane cocto, & alijs in rebus, quæ in foro venduntur ex victualibus, intelligitur ad correctorem, vel iudicem ordinarium accumulatiue spectare: vt notat Petrus Nunius de Aneadaño, in lib.1.de exequend. Princip. manda.c.19.nu.37. Qui quoq; taxare possunt, & reuidere, maxime ad quærelam vendentis vel procuratoris populi, seu Concilij: vt scribit Bald. per tex. ibi, in.l.si in aliquam, nu.5 ff. de offic. Proconsul. & lega. subdens, quod Proconsul, est generalis visitator, & circuitor totius prouinciæ, & nō tollitur commissio hæc generalis, per aliquam commissionem specialem: quia omni alij intelligitur cōmissum, tanquam sub eo, per.l.nec quicquam, eiusdem tituli, argumen.q.l.1 C.de offic. Præfect.vrb.c. per hoc, de hæreti. Et statuta confirmata, vt Rectores taxent, intelliguntur, sine præiudicio ordinarij iudicis: vt inquit idem Baldus, in l.sæpe audiui, ff.de offic.præsid. Et ita iurisdictio Rectoris in taxando, cum sit inferior, nō extinguit, nec impedit iurisdictionem iudicis superioris: secundum eundē Baldū, in proœm. Gregoria. in princip. (quod iam non semel habui in praxi, & multoties vidi magnas circa hoc exortas controuersias, inter locum tenētes Præfecti vrbi Hispalensi, & fidos exequutores: & alios sui districtus iudices: & visitatores, ac Rectores Vtrarienses, ad hanc taxam specialiter per Concilium, seu populum deputatos.) Quætamē cum fuerit per aliquem ex prædictis fidis executoribus, seu iudicibus ordinarijs facta, descendi valet, non autem ascēdi, (vt statuto dictæ ciuitatis cauetur.) Et ita accipiēdum est, quod scribit Albericus, in tracta. statutor. Cuul. quæstio.69. quod ciuitas & decuriones possint pro vtilitate publica, rebus imponere taxam. Quem sequitur nouissime Doctissimus nostras Licentiatus de Pisa, in tracta. de Curia Pisana, 2 part. cap.18. versi. item ordo decurionum. Et sic procedunt, & intelligendæ sunt leges Regiæ.1. in fine, ibi, †Y los sean dadas en precios razonables†. Et in. l.2.†Y aya informacion, como valen las aues en aquella tierra, y comarca, y las tassen†. Et in l.3.†Pagando los a precios razonables†. Titul.23.lib.1.ordin Regia. & ordinationes inclitæ dictæ ciuitatis Hispalensis, sub titulo, †De los fieles exequutores†. capit. 14. fol. 48. ad quos, per easdem pertinet hæc taxatio.

14 ¶Quæ etiam ponenda est in hospitijs publicis, & in his quæ ibi venduntur, & ministrantur: siquidem Caupones, Tabernarij, & hospites soleant excedere metas rationis inexigēdo, secund. Rebuf. in.2. Tom. ordi. Reg. tract. de hospitib. (quem vi.) Et ex his multi sint fures, & furū receptatores.l.1.ff.naut. caup. secund. eund. Rebuf. in.d. 2. Tom. tit. de mercat. minut. vēden glo.9. Et etiam sint rapaces, teste Bal. in.l.1. in fine, C.loca. & Angel. in.l.1. in fine. ff.fur. aduer. na. vbi inquit, videmus paucos hospites diuites, & eorū diuitias, modicum durare, & immendacijs non iustificabūtur vnde Alex. in.l.1.C.de eden. ait, quod nauta, Caupo, stabularius, & publicanus, sunt genus improbum.l.quantæ, ff.de publi. &.d.l.1. Et ideo ad similitudinē vsurarij tenentur edere, licet sint rei. allegat Bal. in.l. dissolutæ, ff. de condict. ex lege. Ex quo oritur practica, vt ponatur, tassa, quæ vulgo dicitur, †Arāzel†. Cuius transgressores, puniendi sunt, pœnis, ibi expressis, tanquam præcepti violatores: vt notat Alberi. in.d.l.1.§.cura carnis, ff.de offic. Præfect. vrb. bonus est tex. in.d. c.1.§. post natale, de pace teneud. & eius violat. vbi Aluaro. & dd. notāt fraudantes taxationē Annonæ, puniendos esse & pœnam excrescere secundum qualitatem, & enormitatem delicti.l.Annonam. ff.de extraord. crimi.l.2.& fi. ff. ad.l.Iul. de anno. Cuius negotij turcæ exactores strenuissimi sunt. Nā apud eos, vt Vincentius Roca eques Valentinus, in suæ Turcarum historiæ lib.3.cap.9. refert, vltra taxatum precium mercimonia vendentibus tabula vna cumpluribus tintinabulis illorum pectoribus appenditur, & postquam sic hinc inde per totam ciuitatem super asinum trahūtur, ex eo ad suarum ædium limina descēsos, eorum nates ministri iusticiæ viginti pali cuiusdā ictibus percutiunt, & pro quolibet ictu vnum asprum dictis ministris soluunt. Conuenit enim tuitioni status publici, & terrarū, ac populorum, quod victualiū fiat, & habeatur taxatio. vt notatur in.d.§.post natale. Et tradūt. dd. in.l.1.C.de Episcopa. audiē. Et ideo precium hospitiorum taxari potest, cum victus appellatione, habitatio contineatur.l. verbo victus, ff.de verbo. signif. & not. Iacob. de Rauen in.d.§.cura carnis, quem ibi ipse sequitur Alberi. dicens ita fieri Bononiæ, & in Romana Curia: & decisio Tholosan. 446. incip. item fuit quæsitū, & ibi, Stephan. Aufrer. in ad-

in addittio. & Benuenutus Straccha, in tracta. de mercatu. in 4. par. ad finem, nu. 51. subiungens, (per doctores quos ibi citat,) posse mercatoribus pannos vendentibus, certã taxatioñe in precio addijci. Et voluit Conrrad. de contract. 3. part. quæst. 57. conclu. 3. argum. 4. dicens, sic in domibus locandis, quibusdam in locis, precium posse statui, præsertim, vel vbi Concilium generale congregatur, vel curia Regis, residet, seu ad studiũ generale Scholares confluunt. Et ita procedit Pragmatica per inuictissimum Carolum huius Nominis quintum Cæsarem, Hispaniarum, & noui Orbis Regem, lata apud Montisonem, Madriti, edita. 15. die mẽsis Octobris ann. 1552. qua Calceamenta, & omnis generis Calciaria fuerũt taxata, & coria, ex quibus fiunt, & Pragmatica taxans mercedes mercenariorum. (quæ tamen hodie abolitæ sunt Pragmaticæ)

15 ¶Ita etiam precia carnium, quæ ad præbitionem spectant publicam, possunt taxari: Curãdumq; est, vt in macello, seu carnario, carnes abundẽt suillæ, & bubullæ, pecorum, & armẽtorum, & etiam arietum, quorum caro, secũdum Ioan. de Platea, in. l. 1. C. de erogatio. militar. anno. lib. 12. bene digestiua, & nutritiua est: ac bonum generat sanguinem, & hæc est opinio maioris partis medicorum, teste Auerroæ, 5. colliget. c. de carne, excepto Galeno, qui abominatur carnes arietũ, vt refert Chasseneus, in Cathalo. gloriæ mũdi 12. part. cõsideratio. 85. (vbi suillas, hedulinas, & vitulinas cõmendat.) Quodq; forum cupediariũ, (quod Hispali. +La calle de la caça+. Vocatur,) in quo aues, coniculi, & hedi, ac lepores venduntur bene prouisum & ordinatum sit. Et quod in olitorio, vulgo, +La plaça de la verdura, alta y baxa+. Olera vendãtur recentia, & fructus maturi, & vnius saltem diei recentes: fructus enim crudi, & immaturi sunt pessimi, & illaudabiles, & peiores, ac illaudabilliores, qui in arbore non maturescunt: teste Isaac, in. 5. doctri. c. 11. quem refert Antonius Gaza, in sua Corona florida, Capit. 177. (quo in opere de oleribus, & fructibus omnibus latissime tractat) Cauendumq; erit, ne plus iusto omnia hæc vendãtur, ne Annona grauetur publica.

16 ¶Ob cuius etiam commeatum, huiusmodi carnibus deficiẽtibus, & earum creatoribus, vendere recusantibus, capi possunt: & solito, siue iusto precio vendi: argumen. eorum, quæ Baldus singulariter notat, in c. 1. in part. +Nobis intrantibus+. De pace Constantiæ, dicens quod si rustici, adeo sint tenaces, quod nolint vendere victualia, Galdana Principis, potest capere: & ita vidi Sæpius practicari. Facit quod not. Bart. per illũ tex. in. l. inbemus nullam, circa prin. C. de Sacrosanc. Eccles. quod Rector ciuitatis potest de iure capere animalia, & boues priuatorum, causa mittendi frumentum in exercitum, quem citat & sequitur Iason in. l. Barbarius Philippus, 6. col. nu. 27. ff. de offi. prætor. Qui in nu. 26. post Bal. in. l. rescripta, C. de precib. imp. offeren. concludit, quod communiter prodest omnibus, præferri, commodis priuatorum.

17 ¶Curanda est enim publica vtilitas, etiam si ita curando, fieret contra proprium ipsius curantis compendium: cum priuato commodo ante ferenda sit publica vtilitas. l. vn. §. fin. vbi Bart. C. de caducis tollen. l. vtilitas, C. de primipil. lib. 12. Et multa publicæ vtilitatis causa permittãtur, quæ aliàs nõ permitterẽtur: tex. est. & ibi Ioã. de Plat. not. in. l. 1. C. negotiator. ne militi. lib. 12. nu. 2. Et incõmodũ aliquod pati quis debeat, ꝓvicinorũ vtilitate. l. 1. §. sunt qui putant, ff. nequid in flum publi. & not. Oldra. in Consil. 228. incip. quod fratres, col. 2. in fin. versic. quarto, obijcit, & Aymõ Cranet, in Cõsil. 132. incipien. homines, col. fin. nu. 23. Et Pet. Rebuffus in. 1. Tom. cõst. Regia. in proæm. gl. 5. nu. 55. scribens vtilitatis publicæ ratione, seruari in Regno Franciæ, vt etiam iudices Regij possint cadauer delinquentis dare medicis ad anothomiam faciendam, quãuis Chassen. dicat non posse dari nisi per Principem. Seq; tamen contrarium vidisse sæpius seruari in Monte Pessulano. Subiungit tamen, quod tẽpore æstiuo, non debet concedi propter fetorem, vel statim fieri Anothomia debet: vt asserit Francis. de Ripa, in tract. de peste. 3. part. q. 6. in fine, quanuis Bart. cogitandum relinquerit, in. l. fi. ff. de cadauer. punito. Et ita etiam apud nos Hispanos in Regnis Valentiæ, & Cathaloniæ seruatur. Bonus est text. in. l. quod respublicæ, ff. de iniurijs, ex quo notat Ioan. Francis. de Ripa, in tracta. de remedijs præseruati. contra pestem, nu. 143. quæ publicæ vtilitatis causa fiunt, & si in cõtumeliam alterius cedant, redarguenda non esse: nec Magistratus iniuriarum, ex hoc posse conueniri. & optimus in. l. si ita vulneratus, §. pen. ff. ad leg. Acquil. ibi, + Multa autem in iure Ciuili, cõtra strictam rationem disputãdi pro vtilitate cõmuni recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest+. Quem dicit notab. Hippol. in suæ practicæ, §. aggredior, nu. 61. multa ibidẽ scribens introducta, ob publicam vtilitatem.

¶Cuius

18 ¶Cuius etiam ratione, iam diu receptũ est, ex consuetudine immemoriali, vt ex locatione Concilij, in publico præconio, vnus tantũ carnes, vel pisces, oleum, & aliquãdo vinum publice vendat: quæ consuetudo rationabilis est. & valet. secundum Innocen. & Panormit. & omnes scribentes, post eum, in. c. significante, de appellatio. Et not. Pet. Rebuf. (ita accipiendus) in d. 2. Tom. tracta. de Magist. Artificu. & Monopol. art. 4. glo. 2. nu. 20. subiungẽs consuetudine & priuilegio id fieri posse, sed conuentiones (quasi Monopolium sapiant) non valere. Et per hoc non fieri præiudicium vtilitati publicæ, quia tales tenẽtur vẽdere iusto precio, & ad hoc sunt obligati, sicut Tholosæ, Laniones. Procedunt tamen meo genio prædicta, dum tamen ei assignetur precium certum, pro quo ea vẽdere teneatur, sub quadam pœna: sicuti, quando Princeps alicui Scriptori, seu impræssori, seu Librario, aut alteri mercatori cuicunq;, priuilegium concedit, vt ipse solus certas merces vendere possit, iniũgeus illi, sub certa pœna, vt non nisi pro precio, quod illi determinatum fuerit, eas vẽdat ad impediendum scilicet caristiam, quæ alioquin, in republica induceretur,

19 ¶Cuius etiam vitandæ, & vt populus abundet piscibus. Potest vrbi præfectus statuere vt piscetur certo modo, & altero non, vtq; non capiantur pisciculi cum certis retibus, nec cũ calcina, & alijs similibus modis: vt per. d. l. 1. §. cura carnis, Ægidius Bossius nouissime tradit, in suis tract. tit. de aquis, & fluminibus, nu. 20. Neq; cum taxo, secundum Mathe. de Afflict. hoc pulchre limitantem, in lib 3. Cõstit. Neapol. rub. 41. de malis & noxijs medicamẽtis, cap. 4. Quodq; cum fraude non fiat venatio, vt si fiat instrumento, vel modo prohibito, quia omnia illius generis animalia, sic capi possent, & postea non inuenirentur: vt docet Iacobus Rebuf. in l. vnic. C. de venatio. ferarũ, lib. 11. & in. c. 1. §. retia, de pace tenẽd. & eius violator. Thom. Grammat. in decis. 67. incip. exorta. nu. 10. cum seq. Iacobin. in tract. de feudis, in verb. & cum venationibus, & cum piscationibus, & Petrus Rebuffus, in. 3. Tomo constit. Reg. tracta. de consuetudin. in præfatione, nu. 48. Et inde vt opinor orte sunt Pragmaticæ. †De la caça y pesca†. Madri. Latæ. 11. die mensis Martij ann. 1552. Sic etiam vt ciuitas abundet commeatu, et carnibus, vt in. c. 17. †De los Corregidores†. Cauetur, ibi, †Que la tierra, sea bien basteeida de carnes y pescados†. Solet per Concilium populi, cum quodam, (qui vulgo obligatus reipublicæ appellatur) pacisci, quod singulis diebus ipse, & nõ alius, citra eius voluntatem, vendere pro certo precio possit certam quantitatem carnis suillæ, seu tot sues, aut arietes, vel boues, in macello, seu carnario, & quotam certam piscium, in cetaria.

20 ¶Qui superueniente hospitum multitudine aut militum, vel ex alia iusta causa, cogi potest, vt plures sues, aut oues, seu pisces, eodẽ die, non obstante contractu vendat: secundũ Barto. nu. 4. Angel. & Ioã. de Platea, in. l. quo ad presens, C. de murileg. lib. 11. facit quod not. Bald. in. d. l. Iubemus nullam 1. C. de Sacrosanc. Eccles. 2. notab. quod priuilegium generaliter indultum, non includit casum publicæ vtilitati contrarium. Quẽ ibi sequitur Florianus, & Ludoui. Roman. in Consil. 436. incipien quod indultum, 2. col. num. 10 & Bartoli sententiam, in. d. l. quo ad presens, Alexander refert, dicens not. verbum, in. l. si extoto, col. fin. nu. 8. ff. de legat. 1. citat etiam & sequitur Felin. in. c. nonnulli, 21. col. nu. 16. versic. & vltra istos, de rescript.

21 ¶Nec maiori, seu cariori precio, quam habitatoribus loci, cum quibus de precio conuentum est, vendere potest, superueniẽtibus, seu Forẽsibus: textus est notab. in. c. 1. de emptio. & vendit. ibi, †Et non carius vendant transeũtibus, quam in mercato, vẽdere possunt†. Et in. l. 1. C. de Episcop. audien. perquæ iura, id tenuit, dicens ita respondisse, Francis. de Ripa, in. d. tracta. de remed. præseruat. contra pest. 16. col. nu. 200. Qui tamen, in nu. 201. hoc limitat, & intelligit, quando precium conuentũ sit iustum, secus autem si iniustum, aut dãnosum esset, tali obligato, seu vastagario, pro eodem precio forensibus vendere, quod multo pluris valeant carnes: Nam tunc illæ quæ sic forensium, vel superuenientium causa, vltra constitutum super erogantur, maiori vendẽdæ sunt, precio, arbitrio præfectorum Annonæ, tunc taxando: pro qua distinctione sub. lit bene facere textum, in. l. animalia, C. de Cursu publi. lib. 12. vbi mandatur Prouincialibus, ne speltum, auenam, & fenum carius vendãt militibus, quam cœteris, sed omnibus æquum sit precium: quia tex. ibi, ad iustum se refert precium, quo alijs venditur: non quo ad iniustum. Quod Auendanius nouissime sequitur in. d. c. 19. num. 35. versic. præuiso, subiungens, quod cessante dicta superueniente necessitate, debet omnino seruari contractus initus cũ ciuitate, seu Concilio: per tex. in. l. 1. ff. de pact.

& in

& in.l.1.ff.de constit. pecu. etiam si offeratur adiectio: vt in.l.Lutius,§.fi.ff.ad municipal.& in.l.Anthiochensium,ff.de priuileg.credit. & est notãdum ad materiam presentis Pragmaticæ.

22 ¶Pro cuius intellectu,dũ dicit, †Iusta,y moderada ganancia†. Aduertendum est, lucrum ea inspecie,ratiom esse consonum, & iustum panis cocti, quod deductis eius expensis, vt in principio huius glosæ notauimus, iudex (qui bonus vir dicitur.d.l.vir bonus,ff. de iudic.)seu præfecti, aut deputati fuerint arbitrati: quorum arbitrium,eo tamen debet tendere, vt legi satisfiat: & in nulla eius parte quantum possibile fuerit,trãsgrediatur. Nec, si hi, aut Correctores, cum vendentibus panem coctum maiori quam deceat precio dissimulent aliquo iusto respectu,illos legi contrauenientes non puniendo liberi à reatu gehennæ,tales sunt venditores: cum directe & formaliter huic Pragmaticæ, & eius mẽti aduersentur: quæ iure naturali, & Diuino fulcitur(vt in.1.conclusione est notatum.)

23 ¶Cuius vim, ipsi iudices inferiores à Principe,immutare possint minime.l.fin. C. de legib.Clem.ne Romani,de electio. c.cum inferior,de maior.& obed. c.inferior, 21. dist. & not.Bald.in.l.cum quis,7.colu.nu.14.C.de iuris & fact.ignorant.

24 ¶Nec valent statuere,quod pro vtquisq; potuerit,panem coctum possit vendere: aut maiori,quam per eandem legem deceat precio, eius dispositione perpensa. Quorumq; licentia,seu dissimulatio, licet liberet præfatos vẽditores à pœna Pragmaticæ, non tamẽ à culpã superuenditionis panis: argument. eorum quæ Ioan.de Medina notat, in Codice de restitut.q 36.col.6.versicul.ad.3.

25 ¶Nec etiam excusantur iudices qui temere & citra causam publicæ necessitatis, sic statuerent, aut præciperent: argumen. c. error, cum duob.sequentib.83.dist &.c.inferiorum, 86.dis.Et ex quo per hanc consultissimã Pragmaticam, iustum panis huius cocti precium est determinatum,& taxatum,non minus ad hanc taxam Regnicolæ tenentur, quam ad tritici,& ordei taxationem, ab omnibus receptum est teneri, vnde cum hodie illa verba, †Iusta,y moderada ganancia†. Intelligantur ex lege,14 tit.21.lib.2.ordina.Regia.in casu nõ absimili, quintam partem valoris totius,pro isto lucro assignante,ibi, †No pueda mas ganar del quinto,demas delo que valiere†.Hoc erit iustum precium panis cocti.

26 ¶Nec magis superuendi,aut super accipi potest, attenta dictæ Pragmaticæ dispositione: & textu in dict.c.1.de emptio.& vend.exquo not.Corsetus in singul. 386.in verb. venditio, 2.& Pet.Rebuf.in.d.3. Tom. tract. de fructib. & eorum restit.art.6.glo.vii.nu.10.Iason, in.l.qui.Romæ.§.cohæredes.col.pen.nu.15. ff.de verb.ob.Ioan.de Platea,in. l.1. C.de censib.& censitor.lib.11.Frãcis.Marc.Mantua.decis.485. incip.quæritur.nu.3. Hanc veram esse æstimationem,quam forus admittit. Et quanti res in foro publico venditur, tanti iuste valere: licet multo plus, vel minus alibi vendatur.casus est peregrinus, & expressus in.l. septem. C.de erogatio.milit ann lib 12.secund.lectionem quam ibi sequitur Barto quod quantũ frumentum valet,vel aliæ res mobiles venales,nunquam debet inspici, nisi in loco publici fori:& quantum ibi vendi potuisset. vnde si potest vendi multo plus,vel multo minus extra forum, non debemus illum locum inspicere, sed æstimationem semper considerare debemus,secundum locum publici fori. dum tamẽ communiter per plures dies sic valeat. Nam non sufficit probare, vna die illius anni sic valuisse: secundum doctores in. l.precia rerum,ff.ad leg.falcidiam, Alexand. in Consil. 86.incipien.viso themate,3.col.nu.8. vol.2. & in Consil.92 incip.viso & oportune, 3.col.nu. 6.vol.5 Afflict.decis.Neapoli.316.incip.Galiotus.nu.6.&.7.Socin.in Cõsi 42.incip.in casu.2. col.nu.8.vol.1.Nicola.Boær. in quæst. 68.col. 2.nu.6.Barto.in.l.vinum,ff.si cert.peta. & ibi Lancelo.Deci.col.2.versic.tertio not. dicẽtes hanc partem esse Humaniorem, quanuis Cumanus,& Angel.ibi,teneant contrariũ. Nec tamen est necessarium aut de forma(pro vt plures putãt) vt articuletur & ꝓbetur valor ex loco publico fori, vel mercati, licet inde facilius colligatur probatio, vt aduertit nouissime eruditissimus Arias Pinellus, in.l.2.C. de rescin.vendi.part.3.nu.17.ita intelligens supradict.& Bart.in.l.si seruus. nu.7. ff de condi.furt.quodq; tradit Cagnolus,in.d.leg 2.de rescin.vend.col.51.vers.non omitto. Et sic secundum prælleg.Rebuf.in.2. Tom.constitu. Reg.titul.de hospitib.nu.14. Caupones nõ debent pluris vendere transeuntibus, quam in mercato vendatur: per tex.in d c.1.habito tamẽ honesto lucro,quod hodie his in Regnis, quinta pars est,per.d.l 14.tit.21.lib.2.ordi.Regia.Et ita est accipienda,& procedit ordinatio legum consi.ateruitatis,quæ hodie lex est 15.tit.13 lib.8.compilatio.nouæ legum Regia-

rum

rum,quibus cauetur alimenta danda esse viatoribus,& transeuntibus,per quæcunq; loca quæ illis in locis sunt venalia, aut vendi possunt. Et quæ propria autoritate,cum duobus illius loci hominibus,valent accipi,& occupari,per viatores:soluendo pro eis precium rationi consonum,dominis vendere recusantibus,aut excessiua precia,pro talibus alimentis petentibus. Quod si noluerint recipere, satisfaciunt precium illud apud honestam personam deponēdo Ad cuius precij iusticiam.

27 ¶Secundum Petrum,in dict. c. 1. de emptio. & vendi.inspici debet locus, vbi res vēditur, non precium loci,de quo est vēdens: & licet forenses,& peregrini,non sortiantur forū, in loco.l.hæres absens,ff.de iudic.possunt tamē se iuuare consuetudine loci in rebus emēdis.

28 ¶Et eodem precio merces,& res victui necessariæ,sibi, & hospitibus exteris vendi debent,quo publice incolis vendi solent: & ad id,vendentes per iudicem etiam Ecclesiasticum cogi possunt.vt post Hostien.Ioann. Andre.Cardin.Panormit.& Barba.in d.c.1. & Nicolaum Boerium (qui communē opinionē fatetur) in quæstio.69.num.21. Couarru. tradit,in.c.14.nu.5.versicul.huius tandem, lib. 3. varia resolutio. & idem tenet ipse Petrus,in c.cum causa,2.de testib.Et etiam per prætores confraternitatis,vulgo dictos, †Alcaldes ordinarios de la Hermandad,† Vt in præcita. cauetur,leg.15.tit.13.lib.8.compila.nouæ legū Regiarum,qui hoc cauere debent, cum minimo,quo ad fieri posit scandalo: quæ sunt notanda.

29 ¶Et ita in facto consultus respondi, in fauorem quarundam filiarum Frācisci de Roias, inter quas, quidam patruus suus Antonius Diaz,Præsbyter Vterariensis, in testamento, sub quo decessit,iusserat distribui certos redditus,eo in anno,quo frumentum vltra taxā venderetur:aut valeret: vt eius valor consideraretur,secundum quod in horreo publico,vendebatur:qui tunc temporis nimis taxam ipsam excedebat: per textum, in.d. c.1. de emptio.& venditio.

30 ¶Per quem Socin. in suo fallentiarum tracta.regul.435.limitatio.15. (nec abs re, est.) Etiam notat, quod ciuitas habens magnam copiam frumenti,compellitur tempore penuriæ,ad vendendum illud ciuibus ipsius ciuitatis:& precio etiam viliori. Ibiq; hanc, in rē textū adducit,(licet meo, in Codice corrupte),in.l.si pendentes,§.si quid cloacarum, ff. de vsufruct.& notata,in.l.1.C.de Episcop. audien.& in.d.§.cura carnis,& in.l.fin.ff.ad leg. Iul.de Anno.Qui tex.cum expressim innuat, minime æquum esse,decuriones ciuibus suis frumentum,vilius quam Annona exigit,vendere, Duo mihi singularia ꝓbat,scilicet quod dicta venditio, cuius præallegatus meminit Socinus,si frumenti sit,quod ciuitas,seu concilium,suis habeat,ex redditibus,id vendere debeat precio per presentem Pragmaticam taxato.Si vero sit frumenti, quod in Annonā habet publicam,id est,† De lo del Posito,†id vendere posit,vt ipsa Annona exigit: secundum expensas,quibus eidem constat (supra vt diximus)quod iustum est precium: (vt nō semel,hoc in opere admonuimus:) quo iure Concilia,in distribuendis panibus,in ipso egestatis tempore passim vtūtur.Sicq; procedit, & intelligendū est caput,127.in comitijs Vallis Oleti,Ann.1555.& ita,accipiendus est Barto.in.l.vn.nu.7.C.vt nemi.lice.in emptio. speci.se excus.lib.10.Et est menti tenendum, ad ampliationem,& intellectum præsentis huius Pragmaticæ.Aliqua vero, quæ ad huius quartæ conclusionis, & eorum, quæ hac in glos.citantur,spectabant materiam,supra adiecimus,in glosis.1.conclu.

¶Ex.5.

Ex Quinta Conclusio. sequent.



Clerici præsentem Pragmaticam, excedêtes, sicut & laici peccant: & ad restitutionem super accepti tenentur. num. 1.

¶ Clerici, exempti non sunt à lege Diuina, & Naturali. ibidem.

¶ Ecclesia cultrix, & autrix iustitiæ, non patitur contra iustitiam aliquid fieri, in se, vel in alterum. ibidem.

¶ Ecclesiæ res, si vendatur, precium iustum offerenti datur, & non illi qui plus offert. nu. 2. Quod etiã procedit in personis Ecclesiasticis. ibidem.

¶ Lex 4. tit. 7. lib. 5. ordinatio, Reg citatur, & limitatur. ibidem.

¶ Mortaliter peccat, decreta violans. nu. 3.

¶ Ecclesia Sancta, legum ciuilium non respuit famulatum, quæ vestigia iustitiæ, & æquitatis imitãtur. numer. 4.

¶ Leges afferuntur, in materia iuramenti, ad interpretationem iuramenti. nu. 5.

¶ Leges seculares iustæ, & non obuiantes Canonibus, obseruandæ sunt in causa hæresis nu 6.

¶ Ecclesiastica immunitas, secundum leges distinguitur. nu. 7.

¶ Imperator & Rex, in causis Ecclesiasticis quomodo possint procedere. nu. 8.

¶ Leges seculares, licet genus Humanum quo ad seculum conseruent, debet tamen ista conseruatio tendere ad veram alterius seculi conseruationem. numero. 9.

¶ Lex, 1. tit. 2. lib. 8. ordina. Regia. citatur: & qua ratione procedat. ibidem.

¶ Lex Principis secularis, in quacunq; re disponat, etiam si mentionem Clericorum faciat, seruari debet, si iusta sit, & honesta, nec Canonibus contraria. numer. 10.

¶ Leges Ciuiles, regulariter etiam Clericos comprehendunt. numer. 11.

¶ Iudicare quis aliter in alio non debet, quam in se iudicare vellet. num. 12.

¶ Clerici volentes vti statuto, aut consuetudine, cõtra alios, necesse est, aduersus se, quoque alios, eisdẽ vti patiantur. numer. 13.

¶ Clericus, volens extrahere pro tanto rem patrimonialem, seu auolengi, iuxta leges Regias debet illam extrahere, intra tempus nouem dierum, de quibus in dictis legibus. num. 14.

¶ Lex. 70. Tauri, & l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, citantur ibidem.

¶ Lex. 3. tit. 8. † De las excepciones † Lib. 3. ordinatio. Regia. quo ad Clericos, sicut & Laicos, in suo vnius cuiusq; foro procedit. num. 15.

¶ Lex Ciuilis, afferens commodum, & incommodum Clericis, non dicitur præiudicialis: neq; contra libertatem Ecclesiæ, & quomodo id sit accipiendũ & intelligendum. num. 16.

/ ¶ Statuta quæ habentur in pluribus oppidis, ne in eadem, vinum ad vendendum inferatur, aliunde tractum, quam, à locis iurisdictionis talium oppidorum, valent, quo ad Ecclesias, & Ecclesiasticas personas. nu. 17.

¶ Opiniones contrariæ, reducuntur ad concordiam ea in quæstione, an valeat statutum, ne immobilia alienentur in extraneos, quo ad Clericos, & Ecclesiam. numer. 18.

¶ Statutum, seu consuetudo mixta, Clericorum scilicet & Laicorum, ligat Ecclesiam: & Ecclesiasticas personas. numer. 19.

¶ Clerici tenentur obseruare statuta loci, vbi negotiantur numer. 20.

¶ Clericus in artificio delinquens, conueniri, & iudicari potest, occasione illius artis, sub iudice, vel Rectore illius artis: & qua ratione id procedat. numer. 21.

¶ Clericus negociator, tenetur ad vectigalium solutionem, non secus quam Laicus. numer. 22.

¶ Clerici, an vocari possint coram iudice seculari, ratione vectigalium, quæ ab eis debentur. nu. 23.

¶ Lex. 3. in quaterno Gabellarum Regio, explicatur, & intelligitur. ibidem.

¶ Caput, 103. Comitiorum Segouiensium ann. 1532. citatur & explicatur. ibidem.

¶ Lex. 4. tit. 2. lib. 4. ordinatio, Regia. citatur: & eius verba expenduntur. ibidem.

¶ Clericus Gabellarum, aut vectigalium conductor, an per iudicem secularem possit poni in vinculis, ob earum solutionem nu. 24.

¶ Leges, 15. 16. & 17. tit. 3. lib. 2. ordinatio. Regia. citantur, ibidem.

/ ¶ Artifices, siue Menestrales, barbitonsores, & similes possunt congregari, & eligere Rectorẽ, qui super eos habeat iurisdictionem ordinariam: in his

quæ

quæ ad illa artificia spectant num.25.

¶ Rector alicuius artis vel officij, mulctare potest Clericum illius artis artificem, contra statutū, vel negotiationem, in aliqua sui specie, venientem: vel falsificantem ibidem.

¶ Leges Regiæ.11.tit 4.lib.4.fori, & .2. & 4. & 6.tit.11.lib 8 ordin. Regiæ & Pragmat.29. Madriti, ann.1534. citantur & limitantur.nu.26.

¶ Confraternitates, & collegia licita, per modum etiam pacti, vel contractus possunt statuta facere & quomodo id intelligatur, num 27.

¶ Lex.2 tit.4 part.3.citatur ibidem.

¶ Caput.16. Madritiorum comitiorum, ann.1552. citatur & intelligitur.ibidem.

¶ Clericus committens abusum in officio Chirurgiæ, tenetur super hoc coram iudice seculari respōdere.numer.28.

¶ Congregationis aurificum, & cælatorum Hispalensium, sub vocatione confraternitatis Sancti Eligij, mentio fit, & qua ratione procedat.ibidem.

¶ Clericus sacerdos, suam in domo, vinum, quamuis per alium vendens cum mēsura falsa, mulctari potest per secularem potestatem.numer.29.

¶ Norma ponderum, & modiorum, reliquarumq; mensurarum, excedenda non est.num 30.

¶ Modius iniquus, modius non est.ibidem.

¶ Mensura falsa, apud quem cunq; reperiatur frāgenda est & ignorantia excusationem nō præbet: Et quod inquisitio generalis, & singularis potest super hoc fieri.numer.31.

¶ Falsa pondera scienter accomodans, an teneatur de dolo, ibidem.

¶ Clerici Sacerdotis Pharmacopolæ, medicamina, & merces corruptas, corrector seu iudex secularis, de facto proijcere & perdere potest.nu.32.

¶ Pragmati.88.in volum.Pragmat. citatur & explicatur.ibidem.

¶ Alphonsus de Soto Calderon, licentiatus, Prætor causarum criminalium in supremo earum tribunali, i De la quadra. Hispalensi, laudatur.ibidem

¶ Clerici officiales in suis officijs abutentes, aut abusum committentes puniendi sunt per Laicorum statuta: Et eisdem ligantur: ex quo publicam vtilitatem respiciunt.ibidem.

¶ Clericus, seu persona Ecclesiastica, cogi potest per iudicem secularem, ad restitutionem depositi, quod apud eundem sit factum, presentibus partibus, vel consentientibus. numer.33.

¶ Clericus qui coram iudice seculari falsum deposuit, an possit puniri ab eo.num.34.

¶ Statuta Laicorum generalia, in quibus nulla fit mentio Clericorum, aut Ecclesiarum, sed tamen tendunt aduersus ea quæ illis competunt, non tanquam priuilegiatis, sed vt cuilibet de populo, illos ligant, dummodo honesta sint.num.35.

¶ Lex, vel statutum in quo Clericorum, ac personarum Ecclesiasticarum fit mentio, si super Ratione Naturali fundetur, Clericos, & personas Ecclesiasticas comprehendit.num.36.

¶ Lex ciuilis à non recognoscente superiorem Lata, de materia Spirituali non tractans, neq; obuiās Canonibus, seruanda est etiam in foro Ecclesiastico contra Clericos.num.37.

¶ Lex, vel Pragmatica non faciens notabile præiudiciūm personis Ecclesiasticis, seruari debet etiam inter Clericos.num.38.

¶ Lex, per quam limitatur potestas subditorum, circa res suas, non dicitur contra libertatem Ecclesiasticam: etiam si talis limitatio inducat priuationē lucri Ecclesiasticarum personarum.num.39.

¶ Caput, 127. Comitiorum Madritiorum, ann.1563 loquens in tributis, clericos etiam comprehendit. ibidem.

¶ Statutum, seu lex, pro bono publico lata, clericos etiam tenet.numer.40.

¶ Pragmatica Madritia, 28. Iunij ann.1530. lata, contra promercatores & reuenditores frumenti, clericos etiam comprehendit.nu 41.

¶ Clerici opem ferentes subtrahentibus vectigalia Regia, peccant & ad restitutionem tenentur si iusta sint.numer.42.

¶ Gabellæ iustæ fraudator, peccat: & ad restitutionem tenetur ibidem.

¶ Ciuitas circa publicam vtilitatem, liberam habet statuendi facultatem numer.43.

¶ Statuto ciuitatis cogi possunt, cum alijs clerici habentes vineas, vel arbores, vel messes, in quibus sunt bruchi, aut graculi, vermes, seu locustæ, vt suis expensis huiusmodi animalia capiant, & occidant, ne inde in aliorum fructus procedant, & eos comedant.numer.44.

¶ Ignis, ne alias comburat domos vltra progrediendo, inter mediæ ædes de facto tolluntur, etiam si clericorum sint: ratione communis & publicæ vtilitatis.numer.45.

¶ Lex.3.tit.10.part.7.citatur. & ampliatur. ibidem.

¶ Expensis publicis mundari debent locustæ, vermes, vel cicadæ in fundis publicis existentes: & si Concilium non sit soluendo, imponi ad hoc potest col

lecta

lecta, juxta cuiuslibet patrimonium nu. 46.

¶ Lex, 16 titu. 1. lib. 7. ordinatio Regia. limitatur: ibidem.

¶ Clerici, superiores, & maiores sunt laicis: & eis digniores numer 47.

¶ Statuta inferiorum, superiores non ligant. ibidē.

¶ Clerici, sponte nō possunt se submittere iurisdictioni laicorum. ibidem.

¶ Papa, Princeps, vel Imperator, tenētur ad obseruationem iuris Diuini, & Naturalis num. 48.

¶ Rex presentis cōditor Pragmaticæ, deius obseruationem tenetur quæ ex parte ius Diuinum, & Naturale continet. nu. 49.

¶ Rex, ligatur legibus naturalibus, sicut qualibet particularis priuatus. nu. 50.

¶ Ratio naturalis sola, est arbiter, quando est contētio, inter prætendentes supremam potestatem, numero. 51.

¶ Consuetudines bonæ, & naturales Principem ligant ibidem.

¶ Lex duplicem habet virtutem, vnam punitiuam & alteram Regulatiuam: à prima, Princeps est absolutus, à secunda non: quia debet honeste, & regulate viuere num. 52.

¶ Princeps dicitur esse supra legem, quia in quantum expediens fuerit. potest legem mutare: & in ea dispensare pro loco & tempore. nu 53

¶ Cap. quæ in Ecclesiarum, & c Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutio. & c. fin. de reb. Eccles. non alienan limitantur, & intelliguntur ibidem.

¶ Leges omnes ciuiles quæ circa res Humanas, caducas & terrenas disponunt, clericos tenent, non secus quam laicos: nisi quibus in casibus per leges canonicas iuri ciuili, specialiter est derogatum, & qua ratione id procedat. nu. 54.

¶ Clerici, ante ius canonicum scriptum, legibus ciuilibus regebantur nu. 55.

¶ Iure ciuili disposita, videntur maiori ex parte approbata per ius canonicum nu. 56.

¶ Lex ciuilis, quando est iusta, & rationabilis censetur etiam approbata per Papam. nu. 57.

¶ Lex Principis secularis, quæ de interdicto armorum vsu, iusta est, clericos etiam complectitur. numero. 58.

¶ Arma non amittuntur, nisi quis fuerit deprehensus armatus, etiam si constet illum arma portasse. numero 59.

¶ Clerici primæ tonsuræ, qui semel iurisdictionem secularem declinauerint, & fuerint à seculari punitione ob id liberati, non possunt arma portare, etiā illa, quæ laicis communiter sunt permissa nu. 60.

¶ Clericus primæ tonsuræ ex sola allegatione declinationis fori secularis, coronam non dicitur reassumpsisse, nec forum seculare declinasse. vsq; quo clericus pronuncietur, exceptio quæ hæc. effectum habuerit. nu. 61.

¶ Lex, 13. tit 7. part. 6. expenditur, & eius verba citantur ibidem.

¶ Lex 17 tit. 3. lib. 1. ordina. Reg. & . 9. tit. 1 lib 3. earundē ordinatio. citantur & intelliguntur. ibidē

¶ Pragmat. 109. in volum. Pragma. citatur. ibidē.

¶ Statutum laicorum, ob eorum commodum principaliter factum, valet: licet ex eo, in consequentiā, in commodum, aut præiudicium, Ecclesiæ inferatur. Nam non attenditur tale preiudicium. nu. 62.

¶ Clerici cogi an possint, ad contribuendum pro refectione fontium, murorum, pontium, & viarum, opiniones citantur contrariæ: & de earum concordia. & quomodo id accipiendum sit. nu 63.

¶ Lex, 54. tit. 6. part. 1. citatur & intelligitur ibidem.

¶ Clericorum ad contribuendum coactio quibus in casibus licita est, iudici Ecclesiastico reseruatur: Nisi tan repentina foret necessitas, quod nō posset adiri prelatus Ecclesiæ, vel requisitus cogere viros Ecclesiasticos recusaret: aut plus debito differret. numero, 64.

¶ Necessitas, legem non habet permissiuam, prohibitiuam, nec consultoriam: & in qua nemo liberalis existit: cum non sit tempus deliberandi. num 65.

¶ Necessitate vrgente, vel publica vtilitate suadente, factum fieri non dicitur contra legem ibidem.

¶ Clericus permittitur trahi coram iudice seculari, propter deffectum iustitiæ, seu negligētiæ iudicis Ecclesiastici. numer 66.

¶ Laicus potest corrigere clericos, cum potestas Ecclesiastica deficit ibidem.

¶ Ecclesia contribuere tenetur, quoties Princeps inuaditur, si timor sit subitaneus, & improuisus, numero. 67.

¶ Clericos, & quoscunq; prælatos cogit Curia Regis Franciæ, ad suarum Ecclesiarum reparationē. numero. 68.

¶ Clerici, & Ecclesiasticæ personæ, per secularem potestatem cogi possunt, domos suas & Ecclesiam reparare. numer 69.

¶ Iudex secularis necessitate belli imminēte, cogere potest ad muniendam & fortificandam turrim Ecclesiæ. ibidem.

¶ Clerici, cogi possunt, viam ante domum suam

reficere, & itineris pertinentia sua mundare facere suis expensis. num 70.

¶ Pœna præsentis Pragmaticæ, contra clericos, & personas Ecclesiasticas eiusdem transgressores, infligenda est per iudicem Ecclesiasticum. Nec aliter à iudice laico inferenda, nisi quando iudex Ecclesiasticus requisitus eam infligere, recusaret, aut negligens esset, plus de debito differret. numero, 71.

¶ Iudex Ecclesiasticus, an teneatur pœnam Pragmaticæ præsentis, aduersus clericos, & personas Ecclesiasticas exequi præcise, vel satisfaciat, clericos eiusdem transgressores, pœnis iuris canonici, & pecuniaria mulcta, suo arbitrio punire. nu. 72.

¶ Iudice Ecclesiastico, leuem pœnam clerico præsentis Pragmaticæ transgressori imponente, iudex secularis potest se intromittere, & vsq; ad debitã eiusdem Pragmaticæ pœnam supplere. nu, 73. secus si pœna per iudicem Ecclesiasticum imposita, sufficiens esset, & æquiualens. ibidem.

¶ Clericus & laicus, si frumentum quod commune habent, vendant maiori precio, quam à Pragmatica taxato, puniri debet vnusquisq; in suo foro, per suum iudicem. num. 74.

¶ Caput. 1, comitiorum Madritiorum, ann. 1552. in. 2. citatur ibidem.

¶ Lex, 5. tit. 3. part. 3. & l. 1. titul, 1 & 14 titul. 2. & 20 tit. 13. & 41. tit. 18. lib. 3 ordina. Regia. citãtur & intelliguntur. nu. 75.

¶ Clericus, & laicus, si sint correi debendi, conueniuntur quilibet, in foro suo. nu 76.

¶ Fratres simul habitantes, & patrimonium commune habentes cum fratre, qui ratione clericatus, vel alia ex causa immunis est à tributis, & publicis oneribus, ratione rerum indictis, liberi non sunt ab eisdem oneribus mistis. Aduersus Hippolitum Marsiliensem. nu. 77.

¶ Statutum loquens indefinite, locum habet in forensibus residentibus in loco statuti. nu. 78.

¶ Statuta loci, in quo res sita est, seruari debent, cũ quæritur de facultate competẽte circa rem. nu. 79.

¶ Statutum per dominos vassallorum factum, pro conseruatione, & æquali distributione pastus communis, ligat non solum vassallos, sed etiam forenses. numer. 80.

¶ Viuere quis tenetur, secundum consuetudinem illorum, inter quos versatur. ibidem.

¶ Forenses, includuntur in statutis ciuitatum, vel locorum quando tractatur de fauore publico. numero. 81.

¶ Exteri, dum sunt in Regno, seruare tenentur cõstitutiones Regni. ibidem.

¶ Exterus, cum intrat in Regnum, ligatur lege Regni. numer. 82.

¶ Forensis, potest per statutum prohiberi, vendere ibidem.

¶ Forensis, extrahens bladum, extra districtum, punitur pœna statuti, id prohibentis. nu. 83.

¶ Forensis, possidens bona in loco statuti, ligatur statuto, disponente, quod nullus possit ædificare supra viginti cannas in altum, inuito vicino. nu. 84.

¶ Forensis, extrahens bladum de loco, in quo habet fundum, punitur pœna statuti, illius loci. ibidem.

¶ Forensis, repertus cum armis, tenetur ad pœnã statuti, prohibentis arma portari. Et quomodo id procedat, & intelligendum sit. nu. 85.

¶ Paria sunt, quem scire, vel scire debere. nu. 86.

¶ Paria sunt, quem scire, & scire posse de facili, ibidem.

¶ Cum nouello an parcendum, qui ignoranter quicquam fecit contra statuta ciuitatis, & quomodo id accipiendum sit, & practicandum. nu. 87.

¶ Fons Vtratensis, Alamedilla, non vulgaris, laudatur, ibidem.

¶ Lex, 33. tit. 14, lib. 2. ordina. Regia. citatur: & intelligitur, ibidem.

¶ Pragmatica taxæ panis, aduenas & forenses ligat & qua ratione id procedat. nu. 88.

¶ Statutum, in dubio, forenses non ligat, & ita interpretandum est. num. 89.

¶ Satutum simpliciter loquendo, licet forenses non liget, eos tamen ligat, mediante aliquo facto, vel delicto, ab eisdem intra territorium commisso. nu. 90

¶ Pragmaticæ taxæ panis, verba citantur. ibidem.

¶ Statutum generaliter loquens, omnes personas cõprehendit nu. 91.

¶ Potestas statuendi inter subditos, territorio, nõ arctatur. nu 92.

¶ Subditi, extra territorium, statuto ius dicentis ligantur. ibidem.

¶ Pragmatica taxæ panis, non ligat subditos vendentes extra territorium, frumentum, ordeum, typham, vel auenam, & eius verba ponderantur, numero. 93.

¶ Statuentes, subditum non ligant, quo ad ea quæ extra territorium geruntur: nisi hoc, in statuto exprimatur. ibidem.

¶ Frumentum habentes, cogi possunt, id ciuibus vendere, potius quam exteris, vbi Respublica Annonæ penuria grauatur, ad eius egestatem, suble-

sublevandam.num. 94.

¶ *Cives, & oppidani ac ipsæ vrbes, in emptione frumenti ex earum agris collecti, seu in eius venditione, præferendæ sunt exteris ibidem.*

¶ *Beneficia, civibus, magis, quam forensibus sunt conferenda.num. 95.*

¶ *Episcopus, vel quilibet alius, ad distribuendum inter pauperes executor, tenetur prius providere pauperibus loci, vbi testator habebat domicilium, quam alienigenis.nu. 96.*

¶ *Statutum valet, quo potius cives, quam extranei ad officia, & honores vocantur. numero, 97.*

¶ *Impetratio non valet alienigenæ impetrantis beneficium, à Papa, non expressa sua natione, vel patria.ibidem.*

¶ *Agnatus, offerens iustum precium, præfertur extraneo, in emendo feudo.num. 98.*

¶ *Consorte, offerente iustum, & æquum precium, nõ admittitur animosus licitator extraneus. numero 99.*

¶ *Precium rei, non dicitur nec censetur iustũ, quod ab vno, aut altero fuerit datum, vel oblatum, sed communi Regionis æstimatione, ex rei qualitate, & redituum quantitate: & quanti res vendi posset in loco publico.num. 100.*

¶ *Cognatus creditor, præfertur alijs extraneis in venditione bonorum debitoris.nu. 101.*

¶ *Emphyteosi finita, præfertur cognatus in quarto gradu eius, qui eam habuit, quibuscunq́, extraneis. numer. 102.*

¶ *Fratres testatoris præferuntur in emptione rei, iussu eius venditæ.num. 103.*

¶ *Consanguineorum suffragia, cæteris præferũtur. numer. 104.*

¶ *Consanguinei, in divisione hæreditatis, extraneis præferuntur.ibidem.*

¶ *Magistratus, Provinciæ, cui est præfectus, potius curam habere debet, quam alterius.nu. 105.*

¶ *Subuenire quis plus, ac prius, ex ordine charitatis tenetur, quibus sanguine, aut alia necessitudine coniungitur, quam extraneis ibidem.*

¶ *Patriæ oppressæ fame, alio ve malo, tenetur quis opem ferre, potius quam alteri civitati.nu. 106.*

¶ *Patriæ plurimum debetur, & eius amor dulcis est ibidem.*

¶ *Pragmatica circa provisionem pauperum, ann. 1565.die.7.mensis August. Madrit. lata, citatur & explicatur. ibidem.*

¶ *Vicinitatis ratione, in iure multa conceduntur: etiam contra ius commune nu 107.*

¶ *Statutum valet, iubens potius vendere consorti vicino, aut proximo, eodem precio, quam alteri. numero. 108.*

¶ *Statutum prohibens vendere extraneo, aut forẽsi, valet.nu. 109. Et an tale statutum comprehendat clericos, & Ecclesias. ibidem.*

¶ *Cives cogi possunt, vendere concivibus, & oppidanis, iusto precio frumentum, ordeum, typham, avenam, & alios fructus quoscunq́; ex ipsius civitatis agris collectos, potius quam exteris: & qua ratione id procedat.nu 110.*

¶ *Cives possunt, exteris emptoribus invitis, accipere pro iusto precio frumentum eisdem iam venditũ. numer. 111.*

¶ *Colonus volens vendere fructus, quos ex agro conducto, sibi percepit, cogendus est eos vendere iusto precio, domino fundi, potius quam alteri. numero. 112.*

¶ *Dominus fundi locator, ius prælationis habet in emendis fructibus, e re locata perceptis.ibidem.*

¶ *Lex, 55. tit. 5 part. 5. & ll. 74. & 75. Tauri citãtur. & expenduntur. ibidem.*

¶ *Civitas quæ exteris præfertur in emptione frumenti, quod ex eius agris fuit collectum, si statim, aut Paulo post venditionem cum eis conventam, intra breve tempus boni viri arbitrio, iure hoc prælationis vtatur, dare sufficit idem precium, quod exteri constituerant: Si autem ex intervallo notabili post venditionem, prælatione vti velit, licet ob Annonæ inopiam hoc in casu admittatur, tenetur exteris soluere precium communi hominum æstimatione iustum: etiam si maius sit, quam quod ipsi exteri pro illo frumento dederant. nu 113.*

¶ *Emptori primo, qui pro frumenti fanega, sibi nocte in via, vel clanculum vendenti, precium valde excessiuum soluit, an teneatur civis, secundus is emptor retrahens, idem precium præstare, an vero sufficiat precium per presentem Pragmaticã taxatum offerre, in pro, & contra, disputatur. num. 114. & quod idem precium reddere teneatur, nu. 115. Et quomodo id intelligendum sit, & practice in dum: nu. 122. & 125.*

¶ *Obligatus ex pacto vendere aliquid consorti, volenti emere, potius quam alij extraneo, si iustum precium illius rei ab illo consorte offeratur, tenetur ei vendere pro illo precio: etiam si alius quis plus, ĩ, maius offerat, numero. 115.*

¶ *Licitatio, quæ vltra modum solitæ conductionis, calore licitantis notabiliter inflat, facile non*

 est ad

est admittenda.num.116.

¶ Agnatus qui cæteris præfertur in venditione fructus, dare debet tantum precium, quod ab alijs reperitur.nu.117.

¶ Venditor, seu primus emptor, à quo retrahitur, seruari debet indemnis. Nec ex eo, quod ipse cogitur alteri vendere, patiatur damnum indebite. nu.118.

¶ Priuilegium, siue facultas illa prælationis intelligi debet sine damno tertij ibidem.

¶ Pragmatica taxæ panis, non prohibet emere vltra in ea taxatum precium, solum enim vendentes arcet: & eius verba ponderantur. ibidem.

¶ Correlatiua, paritformiter se nõ habentibus, vnũ ex eis, ad reliquum non extenditur. ibidem.

¶ Pragmat. contra promercatores frumenti, lata Madriti, 26. mensis Iunij, ann.1530.

¶ Subrrogatus eiusdẽ est naturæ, vt is, in cuius locum subsistitur, & succedit.nu.119.

¶ Emptor à quo frumentum retrahitur, si non seruetur indemnis duplici iniuria afficitur.nu.120.

¶ Iniuria, aut damno duplici, affici quis non debet. ibidem.

¶ Retrahens, tenetur emptori, à quo retrahit, integrum precium, quod soluit, reddere.nu.121.

¶ Emptor, à quo retrahitur, seruari debet indẽnis, dummodo fraus, & collusio absit.nu.122. Et dum pacta sint æqualia, & precium quod exigitur, re vera traditum fuerit. ibidem.

¶ Iudex, prudens, & solers esse debet, vt si possit perpendere fraudem, curet: in qua deprehendenda multum facit, enormis læsio cum alijs coniecturis. numero.123.

¶ Coniecturæ sufficiunt, in probanda fraude. ibidẽ.

¶ Precium non attenditur quando emptor, & venditor, de maiori precio colludunt.num.124.

¶ Venditor primus, qui maius superaccepit preciũ quam per presentem Pragmaticam sit taxatum, tenetur emptori primo super acceptum restituere, numero.125.

¶ Venditori, ius non est, quod tantum precium sibi dandum sit, quantum ab alio reperitur, quando legale, id excedit. ibidem.

¶ Nullum doli, aut fraudis præmium.nu.126.

¶ Venditor primus qui maius superaccepit preciũ, quam per Pragmaticam sit taxatum, non tenetur in foro conscientiæ restituere primo emptori, quod ab eo maius superaccepit precium, quando huiusmodi primus emptor, ex eodem frumento, non soliũ deduceret precium, quod venditori soluisset, sed cũ lucro maneret, & cui, restitutio hæc facienda, & in quo loco.num.127.

¶ Retrahere volens partem frumenti, & non totã quantitatẽ, inuito primo emptore, vel vẽditore audiẽdus nõ est. & qua ratione id procedat.nu.128

¶ Aestimatio, & vtilitas rei, non est tanta in parte, respectu ipsius partis, quanta in toto, respectu totius ibidem.

¶ Venditio partis multa adducit incõmoda. ibidẽ.

¶ Retrahens, retrahere volens frumentum, retrahere etiam tenetur ordeum, typham, vel auenam quæ cum frumento simul fuerunt vẽdita: Nec eius est electionis (venditore, seu emptore inuito, à quo retrahit) quos fructus velit ex his retrahere. nu. 129. Et quomodo id intelligendum sit, & practicãdum ibidem.

¶ Leges, 71. Tauri, cum tribus sequentib. & 13. tit. 10. lib.3. fori.6. & 7. tit.7. lib.5. ordin. Regia. & 220. stili citantur: & intelliguntur. nu 130.

¶ Pragmaticæ taxæ panis, verba citantur, & de eorum intellectu, & explicatione.nu.131.

¶ Rex ad populorũ vtilitatem, & sustentationem respicere debet.num.132.

¶ Frumenti exportatio ex necessitate facta, nõ cõprehenditur sub verbis presentis Pragmaticæ taxæ panis, prohibentis exportationem eius, extra Regni fines.numer.133.

¶ Prohibitio quæcunq; alienationis, nõ includit aliẽnationem necessariam. ibidem.

¶ Statutum imponens pœnam extrahenti, non extenditur ad eum qui cœperat ante statutum extrahere frumentum, quod in multa summa ante prohibitionem emerat.numer.134.

¶ Frumentum, ab his Regnis extrahi potest, in alimenta exulis, ab eisdem, qui id frumentum haberet: & per viam testamenti, seu donationis.nu.135.

¶ Pupillus, licet prohibeatur donare causa etiam mortis, quamuis tutore autore, non tamen prohibetur donare cõiunctis quibusdam, causa mortis, & etiam inter viuos.numer.136.

¶ Mercatura est amica populis, & Mundus non potest, sine mercatoribus viuere.nu.137.

¶ Mercatores in sua patria decurionatum, vel honorem aliquem petere possunt: Nec tanquam viles personas oportet negligi. ibidem.

¶ Mercatores censentur miserabiles personæ quandiu sunt in mercimonijs: quemadmodum & peregrini.numer.138.

¶ Lex, 1. tit.1. lib.3. ordinatio, Regia. citatur, & intelligitur. ibidem.

¶ Lex, 4. tit.7. part.5. citatur, ibidem.

¶ Exem-

¶ Exemptio, per præsentem Pragmaticam, mercatoribus concessa, non censetur reuocata per aliam generaliter reuocatoriam, & omnes hanc taxam seruare præcipientem, nisi in reuocatoria fiat mentio siggilatim de ipsa exemptione. nu. 139.

¶ Exemptio, alicui personæ miserabili concessa, nõ reuocatur per generalem exemptionum reuocationem etiam cum clausula, & si de eis specialis mentio fieri deberet, nisi nominatim de illa exemptione mentio fiat. ibidem.

¶ Hospitale solemne Vtrariensis Oppidi, ex nomine Resurrectionis Iesu Christi, quod pro egenis infirmis, aduenis, seu exteris curandis, condidit illustris Domina, Domina Catherina à Perea, memoratur, ibidem.

¶ Dominus Ioannes Pontius de Leon, Dux Arcuum, & Comes Marchenæ, tritauus Autoris, ibidem.

¶ Mercaturæ laudes remissiue, num. 140.

¶ Princeps ita cauere, & prouidere tenetur, ne dãnum, seu iniuria fiat alicui num. 141.

¶ Præsumitur minime de Principe, quod velit tertio præiudicium inferre. num. 142.

¶ Principis verba potius impropriantur, quã quod damnum tertio inferatur, etiam si motu proprio gratia facta sit, & de præiudicio tertij, non in re, sed ad rem agatur: quamuis id, modicum præiudicium sit. num. 143.

Quinta Conclusio.



QVinta Conclusion, sera dezir, que la dicha Pragmatica, obliga tambiẽ à los clerigos, à no vender, à mas de la tassa en ella contenida segun que de suso esta dicho, y ansi comũmẽte se collige de todos los Doctores, y en los proprios terminos lo afirmã el Fray Domingo de Soto, p citado por Nauarro, q y el Ioan de Medina, r El qual

p SOTO. In lib. 1. de iustic. & iure, quæstio. 6. artic. 7. pagin. 68. a.

q NAVARRO. In dict. cap. 23. sui Manualis Cõfessorum, num. 84.

r MEDINA In libro de restitutio. q. 36. versicul. dubitaret aliquis, cum versic. sequen. fol. (mihi) 105. tenens clericos præsentis Pragmaticæ transgressores, sicut & laicos peccare: & teneri super acceptũ restituere. Quod (vltra eosdem) ea nempe cõstat ratione, quã supra, in prima notauimus Conclusione, qua eidem Pragmaticæ, clericos, sicut & laici, obligatos esse compertũ est: non quidem vi positiuæ, ciuilis q; legis, sed naturalis, & Diuinæ, quibus Pragmatica ipsa, innititur (vt ibidem ostendimus) ex quo, ab his legibus, clerici exempti non sint: & cũ in cœteris obtineãt, certe etiã magis in clericis, & Ecclesiæ argumen. textus notabil. in cap. 1. §. sed diuersum, de alienatio. feud. ibi, † Ecclesia enim cultrix, & autrix iustitiæ, non patitur cõ

tra iustitiam aliquid fieri, in se, vel in alterũ.† Quem dicit multũ not. Bald. in l. ea lege, col. peu. nu. 16. C. de condi. ob caus. Et in. l. siquis presbyter, in prin. C. de episcop. & cleri. & cõmendat Ioannes Lupi á Pal. Rub. in lib. de benefi in curia vaccantib. §. 7. Marcus Mãtua, in consil 141. incip. ex themate, nu. 21. & Latius, in consi. 168. incip. in præsenti causa, nu. 12. Nec enim debet esse iniusticiæ productiua. c. nuper, de regul. & trans. ad religio. & in Authen. similiter. C. ad. l. falcid. Bonus est text. in. c. denique, 14. quæst. 5. ibi.† Sacerdotis est, igitur, nulli nocere, prodesse velle omnibus.†

2 ¶Et egregia glosa, verb. vt plus, c. ea enim, in §. hoc ius porrectum, 10. quæst. 2. singularis & notabilis, secundum Ludo. Romanũ, in singul. 755. incipien. tuscis, & Panormit in. c. per tuas, de donatio. Barba. in. c. Raynaldus, col. 113. de testament. Pantha. Calder. in. l. 2. col. 38. C. de rescin. vend. vbi & Alberi. Pet. Rebuf. in 2. Tom. ordin. Reg. tracta. de præconijs, & licitatio. art. 7. glos. vn. nu. 19. Cõrad. de contract. 3. part. q 57. conclus. 1. Et quam plures doctores, per Andre. Tiraq. citatos, in. l. 9. Cõnubial. nu. 10. quod si res Ecclesiæ, vendatur, datur precium iustum offerenti, & non illi, qui plus offert. Ex quibus, elegans inferri potest intellectus, ad leg. 4. tit. 7. lib. 5. ordinatio. Regi. vt quadriẽnio non præscribatur deceptio vltra dimidium iusti precij, in contractibus cum Ecclesia initis, & locationibus per eam factis, in quibus Ecclesia, vltra dimidium iusti precij, ditaretur, aliquid q̃ perci peret, & post quadriẽnium, talis audiatur deceptus, & probata deceptione ita notabili, ei succurratur, tales contractus ad iustum precium reducendo. Quod iam vidi practicari; argumento dictæ glosæ. Et ideo quando contractus factus est cũ Ecclesia, læsus allegare potest læsionẽ hanc etiã transacto quadriennio. c. cum dilecti, de emp. & vend. Paul. & alij, in. l. 2. C. de rescin. vendi. & not. ipse Rebuf. in, d. 2. Tomo, tracta. de rescisio. contract. artic. vn. glos. 15. nu. 16. subiungens hoc cõmuniter teneri. Et etiam ipsi Ecclesiæ prodesse hoc remedium, vt not. dd. in c. cum causa, de empt. & vend. Ad quod (meo iudicio) sufficit quod læsio, hac in specie, in notabili sit quantitate, & quæ in minimo dimidiam excedat. Nec enim requiritur, quod deceptio sit vltra dimidiam valde notabiliter, ex his quæ idem Rebuff. notan. scribit, in. d. glo. 15. nu. 27. subiungens (& si in alio proposito) Sæpius ita vidisse iudicari. Etiã si in instrumento donetur, vel remittatur quod plus valet, sub his scilicet verbis, sciens valorem rei: argumen. eorum quæ is tradit Rebuf. in dict. glo. 15. nu. 20. dicens sæpe se vidisse agi nõ obstantibus prædictis verbis: et in forensi iudicio obtineri: quicquid Bal. in consi. 3. in. 3. vol. & Alexan. in consi. 125. in. 1. vol. & in consil. 28. nu. 4. in. 5. vol. & consil. 1. & consil. 105. in. 6. voln. Marcus Mantua, in consi. 82. incip. visis scripturis. nu. 33. cum sequen. Ac Socin. in tracta. fallentiarum, regul. 438. & in consil. 48. incip. viso instrumento, col. 2. vol. 4. contrarium teneant. aduersus quos optimus facit textus. l. Imperatores. ff. de publican. Et ita recte dari potest differentia, hoc in casu, inter Ecclesiã, & laicos, quicquid eam inepte cõstitui à quã pluribus, Arias Pinellus contendat, in. 2. part. repet. l. 2. nu. 34. C. de rescin. vendit. (qui tamẽ in diuerso loquitur themate.) Quæ sunt notãda ad intellectum, & ampliationẽ dictæ glosæ, in. d. §. hoc ius porrectum. Quæ etiam in personis procedit Ecclesiasticis: secundũ Anton. de Butrio, in. c. cum causa, de testib. & in c. in ciuitate, de vsuris. Et Philip. Decium, in. l. si quis in cõscribendo, 2. col. nu. 8. C. de pactis,

3 ¶Quas quæso (ad nostrum propositum) audiant. c. institutionis, 23. quæst. 2. verba.† Nam nimis est asperum, & præcipue bonis sacerdotum moribus inimicum, niti quempiam quãtacunq; rationis excusatione, quæ bene sunt ordinata rescindere, & exemplo docere cœteros, sua quandoq; posse constituta dissoluere.† Et in Sesion. 24. sacri Cõcilij Tridentini, sub Pio. 4. c. 17. ibi† quoniã multi improbæ cupiditatis affectu se ipsos, nõ Deũ decipientes, ea quæ bene cõstituta sunt, varijs artibus eludere, &c. nõ erubescũt.† Et in. c. ideo. d. cau. & q.† cõtra eorũ quippe saluberrima agimus instituta, si quod ipsi Diuino statuerunt cõsulto intactum nõ conseruamus.† Tradit Barba. in consil. 13. incipien. à Ioue principiũ, 6. col. versic. nec obstant allegata, volu. 3. Et violans decreta, mortaliter peccat: c. violatores, 25. q. 1. Et in. c. fin. 16. quæstio. 3. dicitur, leges ciuiles esse Diuinitus promulgatas.

4 ¶Et in. c. super specula, de priuilegijs, quod Sancta Ecclesia; legum ciuilium non respuit famulatum, quæ vestigia iustitiæ, & æquitatis imitantur, & probatur in. c. 2. de sponsatio. impuber. vbi in materia Ecclesiastica, dicitur, terminum à legibus statutum obseruari debere ad contrahendũ matrimoniũ, & ita ibidẽ Panormita. not. in. 1. nõtab. quod in materia matrimoniali, possumus recurrere ad leges Canonibus non contrarias.

¶Sic

6 ¶Sic, in cap. venientes, de iure iurand. in materia iuramenti, leges afferuntur, ad interpretationem iuramenti.

7 ¶Et in cap. vt inquisitionis, de hæreti. lib. 6. ipse Summus Pontifex protestatur, se velle obseruare leges, à Federico olim Imperatore Romano, de puniendis hæreticis editas, quatenus DEI, & Ecclesiæ sanctæ suæ, honorem promouent: & hæreticorum exterminium prosequitur. Vbi est tex. apertus, quod in causa hæresis (quæ Ecclesiastica est) leges seculares sunt obseruandæ: & imitandæ, dum iustæ sint, & Canonibus non obuient. Nec ibi casus est specialis, nam illa specialitas honoris DEI, & Ecclesiæ, quæ ad hæreticæ prauitatis castigationem tendit, nõ habet causam iuris specialem: quia eodem modo, in quolibet crimine, etiam Symoniæ, leges obseruandæ sunt: dum sint iustæ, & Canonibus non cõtrariæ: vt in cap. ex diligenti, de Symon. Et ibi glosa, & etiam glo. & Ioann. Andre. in dict. c. vt inquisitionis, facit tex. in cap. cum secundũ leges, eod. tit. & lib.

8 ¶Et in cap. inter alia, de immu. Ecclesia. vbi immunitas Ecclesiastica, secundum leges distinguitur. Nec potest dici, etiam ibi leges esse priuilegiatiuas, nam etiam iure communi, leges sunt prosequendæ: vt in cap. 1. de iuramen. calum. Et in. c. fin. de secun. nupt. legum commendatur imitatio, quæ possunt se canonibus conformare: quibus si non aduersentur, & tendant ad conseruationem generis humani, necesse habent deriuari à lege æterna: vt clare ostendit Fortunius Garsiæ, in præsuppositis tracta. de vltim. fine iuris Cano. & ciuil. Et ità procedit tex. in, c. quo iure, 8. distin. & accipiendasunt omnia iura Canonica, in quibus, à legibus ciuilibus summitur, & refertur fundamẽtum, c. ex antiquis, 54. distin. c. accusatores, &, c. ciuis, in agendo, 3. quæst. 8. c. legibus, &. c. cum deuotissimam, 12. q. 2. c. 2. de conces. præben. & in, d. c. 1. de iuram. calum. ibi, †Dignum est, quod Diuina, & Humana lex obseruetur: & quod Imperator decreuit, id à Canonibus confirmetur. † Vbi Panormita. in. 2. notab. dicit, argumentum esse optimum, in illo textu, vbi seruatur lex ciuilis, de clericis disponens.

9 ¶Ita Imperator, vel Rex noster potest etiã in causis Ecclesiasticis procedere, prohibẽdo suos subditos, ne sint hæretici, ne sint Symoniaci, ne committant periurium, ne sint vsurarij, ne violẽt Ecclesias, ne turpiter, aut, vt nõ decet lucrentur: & cætera huius generis, nã quãuis spirituali iurisdictione, crimina sint Ecclesiastica, tamẽ ex seculari, possunt seculariter puniri: quia ad bene, beateq; viuendũ institutæ sunt leges. Cap. factæ sunt, 4. dist. Et ad fœlicitatem humanam conuenit delicta puniri. l. si ita vulneratus, §. pen. ff. ad leg Acquil. c. vt fame, de sentẽ. excom. Princeps igitur ad finẽ debitũ, talia delicta punire potest. Item à veris Principijs iuris naturalis, quia natura hæc improba sunt: & ideo puniẽda. l. 1. ff. de furt. Et sicut spiritualis iurisdictio, potest, & debet versari, ad conseruationem generis humani, secundũ quod cõuenit æternæ saluti. c. quamuis pactũ, de pact. lib. 6. c. cũ cõtingat, de iure iur. c. vt animarũ, de cõsti. lib. 6. Ita iurisdictio tẽporalis, debet, in eadẽ cõseruatiõne versari

10 ¶Et quãuis seculares leges, genus humanũ quo ad seculũ conseruẽt, debet tamẽ ista cõseruatio tendere, ad verã alterius seculi conseruationẽ. authẽ. quomo. oporte. Episcop. in prin. l. 1. C. de iure veter. enucleã. & post Sãct. Thom. 1. 2. q. 95. art. 1. &. q. 64. arti. 2. præallegatus Fortunius docet, in princip. dict. tract. de vltim. fine. Quæ ergo ad istã cõseruationẽ tẽdũt, potest Princeps secularis, iustitia exequi: dum nõ obuiet Canonibus, aut exequutionẽ impediat Ecclesiasticã. Et ex his defenditur præsentis Pragmaticæ quo ad clericos dispositio: multæq; aliæ leges ciuiles, in titul. de Sacrosan. Eccles. defenduntur: & pleræ aliæ puniẽtes, vel prohibentes periuria. l. si quis maior, C. de trãsact. & Regia lex. 1. ti. 2. lib. 8. ordi. Reg. quæ vsurarios pœnis quibusdã ꝓsequitur

11 ¶Et in l. 49. Tauri, loquẽs Reuerẽ. Couar. (ꝓ eius intellectu, &. c. 58. Comitio. Madritior. anni. 1563. vidẽdus) not. in. c. 6. par. 2. lib. 4. Decretal. nu. 18. &. 19. cũ sequẽ. subiungẽs sibi admodum placere opinionẽ Fortunij, in dicto tracta. de vltimo fine, quod lex Principis secularis, in quacunq; re disponat, etiam si mentionem clericorum faciat, si iusta sit, & honesta, nec contraria Canonibus, seruari debet.

12 ¶Et inde Hostiẽsis, in. c. fi. de solutio. Panor. in lect. & Repet. & Felin. in. q. princip. in. c. Ecclesia Sãctæ Mariæ, de cõsti. ꝓ regula tradũt quod leges ciuiles regulariter clericos etiã cõprehẽdũt: quos refert, & sequitur Carolus Ruynus, in cõsil. 4. incip. ꝓponitur in themate 3. col. nu. 11. vol. 5. Et licet Felin. ibi, ad hãc regulã, aliquas ponat limitationes, sub eis tamen, casus noster, nõ cõtinetur, sed sub regula cõꝓhẽditur. Quod si canonistæ (vt de eis nõ spero) id nõ admittãt, videãt (rogo) qua fronte, quo ve pudore, suã hanc æquitatẽ canonicã,

quam nobis, passim, & vbiq; voce plusquam Stentorea, prædicant, conclamāt, & intonāt, tueri possunt, præsertim aduersus illa (de qua supra in.1.& 2.conclusion. meminimus) Doctrinam Christianam, qua vetitum est, aliis fieri, quæ nobis fieri nolumus, & præceptum e diuerso, vt cæteris faciamus, quæ nobis fieri volumus Thob.4. Mathe.7. (vbi scribitur,) hanc esse legem, & Prophetas, & Lucæ.6.& meminerunt, hoc ipsum Decreta Canonica exposuisse, statim in fronte operis, c. Humani generis.1. distinct. & in.c. dilecti, de maior. & obedien quodq; Imperator Alexander Seuerus, tametsi ethnicus, clamabat sæpius, & per præconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat, Quod tibi fieri non vis, alteri, ne feceris. Vt autor est Ælius Lampridius, in vita illius, qui & id dicit, illum à Christianis id dicisse.

12 ¶Nec enim in alio, aliter quis indicare debet, quam in se indicare vellet. l. 1. ff. de solution. quam ad hoc Bald. singularem dicit in. l. 1. col. 1. C. de his quæ pœnæ nomi. & notab. Roman. in Consil. 55. incip. si volumus. num. 1. Et in Ecclesia, nuncupatim loquitur Bal. in. l. acceptam. C. de vsur. & Marcus Mantu. in. d. Consil. 167. nu. 14. Facit titulus quod quisq; iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure vtatur. Quem Vlpianus, ita exorditur. Hoc edictum summam habet æquitatem, & sine cuiusquam indignatione iusta: quis enim aspernabitur idem ius sibi dici, quod ipse aliis dixit vel dici efficit. Qu equidem Rhadamāti, lex est teste Aristotele, lib. Ethicor. 5. cap. 5. si quod quisq; facit, idem patiatur, & ipse: id instum fiet, deniq; Iudicium. Cum ergo presentis Pragmaticæ dispositio, iuris Diuini, & Naturalis ratione sit munita, & ad vniuersorum vtilitatem necessario erogata, consequens est, vt clericos etiam comprehendat. Maxime ex quo perquam iniurium esset, quod clericus, magis vt lucraretur super accipiens, ac ita, ei dem, impune contraueniens, ab alio, ipse, pro precio taxato, emere contenderet, & sic vel let cum iactura aliena ditari, & iuuari, contra omnem ius, Naturalem, & æquitatem. l. nā hoc natura, ff. de condi. indebi. l. iure Naturæ, ff. de regul. iuris, vt not. Lucas de Pena, in. l. vn. C. de exactor. tributo. lib. 10. Ægid. Bellamera, in Consil. 45. incip. Consules ciuitatis, Guido Papæ, in quæstio. 78. Ripa lib. 2. responsorum, cap. 20. num. 5.

13 ¶Et Doctores, frequentes in ea sint sententia, vt si clerici, vti velint cōsuetudine, vel statuto, contra alios, necesse sit, & aduersus se, alios vti quoq; patiantur: ita Bald. in. l. de quibus, 8. col. num. 26. ff. de legib. & in. l. omni innouatione, C. de sac. Eccles. & in. l. 1. col. 2. C. de contrahen. emptio. & in. l. 1. de legatis, C. ad leg. falcid. & in. l. fin. §. si vero postquam, C. de iure deliber. & in. c. vltim. col. 2. de vit. & honest. clerico. & in Consil. 227. incipiē. honestus vir. 1. col. vol. 1. Rapha. Cuman. in Consil. 83. in cipien. quia causa, col. 1. Panormit. in rep. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, col. fin. nu. 52. de constitu. & in Consil. 6. incip. casus superquo, vol. 1. Alexand. in Consil. 209. incip. statutis acurate perspectis, col. pen. versic. secundo principal. vol. 2. & in Consil. sequen. incip. ponderatis his, col. 1. (vbi alios citat) Philip. Francus, qui & id dicit singulare, in. c. possessor, coln. 3. de reg. iuris lib. 6. Francisc. Balb. in tract. præscription. in. 1. part. 5. part. princip. col. 4. versic. quinto fallit, Philip. Decius, in Consil. 452. incipien. visa instructione, 3. col. versic. & idem in statutis, & Francisc. Ripa, lib. 1. Responsor. capit. 4. nu. 5. & Didacus à Castello, in. l. 70. Tauri, col. 11. fol. (mihi). 211.

14 ¶Inferens quod si clericus vult extrahere pro tanto rem patrimonialem, seu auolengi, virtute legis, 70. & 13. tit. 10. lib. 3. fori leg. debet illam extrahere intra tempus nouem dierum, de quibus in dictis legibus, aliás obstabit ei exceptio, quod illam non petijt infra dictum tempus. Faciunt late tradita per Robert. Marant. in. 2. part. 8. disputation.

15 ¶Qua quidem ex ansa, lex. 3. titul. 8. De las excepciones. Lib. 3. ordina. Regia. quo ad clericos, sicut & laicos in suo vniuscuiusq; foro procedit. Et vt clericorum conditio, hac lege aduersus laicos, melior fieri potest, & soler, si quando deterior fiat, patienter id tolerare debent, nec enim aliter, ferendi sunt: vt in simili textus dicit, in. l. vn. §. his ita, C. de caducis tollen. Et ita procedit Conciliatio sententiarum contrariarum, (quando clericus corā seculari iudice garnire teneatur) quam tradit. d. Petrus Rebuf. in 1. Tom. ordin. Regia. titul. de Chirograph. & cedula recognitio. in præfatio. arti. 92. nu. fin. Et inde inter clericos litigantes in foro seculari seruabitur instātia iuris Ciuilis: secundum Anchar. in reg. ea quæ col. pen. de regn. iur. in. 6. Et statutum Laicorum limitans rēpns instantiæ, seruabitur etiā contra clericum litigantem in Curia seculari, (& est notandum ad intellectum & praxim. l. 6. tit. 16. lib. 3. ordi. Reg.) Et sic processus etiā clericorum interrumpetur per annum, sicut lai-

laicorum, secundum Anton.in. c. cum clericus,col.8.de foro comp.& ibi Imol . col. 3. & Saly.in Anthen.cassa,quæst.1. C.de Sacrosan. Eccles.& Pet . Rebuf . ex his multa alia inferens in dict.1.Tomo,in proœm.glo.1.nu.65.cũ sequen.Sic etiam leges de tutoribus loquentes,locum habent in clericis.Et qui sunt infames de iure Ciuili , regulariter , & de iure Canonico erunt , teste Angelo in.l.1. in fine principij,ff. de his qui notantur, infam. (Nisi lex canonica illam tolleret infamiam,vt in secundo nubentibus.c.fin.de secund.nupt.)Itẽ leges & ordinationes imponentes pœnas cõtumaciæ,seruari debẽt etiã in clericis, & quo ad temeritatem appellationis, vt not.Panormit.in.c.dilecti,3.col.nu.12. de arbit.per.l.vn. ff.siquis ius dicen.non obtemp.c . 1.de homicid.lib.6.leg.2.C.de Episcop.aud. Imo plus firmat ibidem Panor.scilicet,pœnam consuetudinariam,posse etiam exigi à religiosis, vt in. c.dilectus,de offi.ordi.c.2.de delict.puero.dũ modo consuetudo,vel ordinatio, aliás fuerit rationabilis,per.c.fin.de consuet . Pariq; modo , ordo procedendi curiarum secularium, Seruandus etiam est inter clericos : vt annotat post alios præallegatus Pet.Rebuf.in dict. proœm.const.Regia.glo.1.num.63.

16 ¶Et facit quia quando lex Ciuilis potest afferre commodum, & incommodum, non dicitur præiudicialis, nec contra libertatem Ecclesiæ:vt docet Panormit.in.d.c. Ecclesia Sanctæ Mariæ,7.col.nu. 13.ex eo inferens , quod lex Ciuilis loquens de contractu emptionis, commodati,vel depositi,vel similis,debet seruari inter personas Ecclesiasticas, ex quo nõ contradicit Canoni:& potest afferre commodum, & incommodum:per tex.in.c.1. de no. oper.nuncia.& in.c.1.vt lit. penden. vbi Papa per leges Ciuiles,iudicat inter clericos,& idẽ tenet Felinus,in.d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, 23.col.nu.66.Petrus de Anchar.in.c. Canonũ statuta,de constitu.Panormit.in Consil. 63.colum.pen.vol.2.& Robertus Maranta, in.d.disputatio.8.num.20.text.est notab.in.l.de fidei commisso,C.de transact. vbi omnes notant, quod non dicitur grauamen , quod potest se habere,ad damnum,& lucrum.Et post Iason. in Consil.63.incipien.circa primum,col.7. versic.quarto facit vol.3. Paul.de Cast.in Consil. 379 incip.primo videndum.1.colu.2.q .part 1. Pet.ipse Rebuf.tradit in.2.Tom.constit.Regi. tract.de restitu.art.1.glo.2.num.8. & in . dict. proœm.1.Tom.glo.1.num.72.

17 ¶Inde , ea statuta quæ in pluribus Castellæ habentur oppidis,ne in eadem, vinum ad vẽdendum inferatur,aliunde tractum qui a locis iurisdictionis talium oppidorum , valeant quo ad Ecclesias : Ecclesiasticasq; personas: quia ipsis clericis vineas ibidem habẽtibus vel illa sint licet non habentibus, non prosint,sed forte noceant. Nam cum in illius territorij fines,ad eiusdẽ victum, & amplius vineis abũdent sufficientibus.Si vina, aliunde etiam inferantur,non possent municipes,vina sua vendere:Et cum statuta fiant intentionaliter, ad commodum.l.1.&.2.ff. de legib.c. erit autem lex.4.dist.licet re vera,habeánt se ad commodum, & incommodum , ad huc dicuntur fauorabilia:& valent quo ad clericos , eosq; ligant:vt in simili, Federi.Senẽsis,scribit,in Cõsil.35.incip.statuto ciuitatis, & Cardin.in Consil 144.incip.super themate , Felin.in.d.c. Ecclesia Sanctæ Mariæ,nu. 81.Ioannes Crottus, in.l.filius familias,§.diui,de lega.1.col . 24. & ibi Fernandus Aloazes,nu.424.& Aymõ Crauet, in tracta.de antiquit.tempor.part.4.versic.circa præmissa,num.4.cum sequen.Clerus enim hac in re,tanquam ciues & pars populi iudicatur:Et prælati & clerici dicuntur de districtu temporali.c.fin.de offi.de lega.lib.6.Et ideo gaudent priuilegijs,& libertatibus Patriæ,secundum Ioan. Andre .ibi,in Nouel . & Petrum de Anch.in.c. dilecti , de for. comp. vbi Felin. scribit clericos dici esse de prouincia,qui etiam veniunt appellatione ciuium,c. cum nullus,de temp.ordin.lib.6. ideoq; sacerdotes,seu clerici dicuntur pars reipublicæ,secundum Bald.in.l.1.§.huius studij,ff.de instit. & iure,quem citat & sequitur Francisc. Marcus,in.1.part.decis.Delphin.decis.456.nu.9.& turpis enim est pars,vniuerso suo , non congruens.c.quæ contra mores.8.dist.Et cum publicarum commoditatum , vel incommoditatum,expers non sit , par est, vt statutis regatur æqualibus,l.secundum naturam, ff.de regul.iuris,reg.qui sentit,eod.tit.lib.6. & similẽ sentire debet in legibus disciplinam: c.recolẽtes,de stat.Monacho.& not. Aymon, vbi supra,nu.23.Anchar.in Consil . 61. incipien . ista quæstio,Alexan.in Consil. 41.incip.ex multis volu.7.Decius,in Consil.114.incip . & pro tenui facultate mea,Iason,in.l.fin.col.pen. versic.subdit Bald.C.de Sacrosanc Eccles. idẽ Decius,in.d.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu.27.versic.tertia conclusio. Quæ sententia, receptissima est,in non paucis locis oppidorum Hispaniæ,& in puncto iuris verior:ac reipublicæ cõducibilior.vt censet Doctissimus Menchacen

sis,in.c.4.lib.1.controuersia. vsu frequen.nu. 18. Quicquid contrarium teneat Reuerendiss. Couarru.in.2.part.d.regu.possessor,§.4.nu.8 sequutus Thomam Grammati. dicentem ita iudicatum fuisse,in decisio.100.incip.in causa Quibus aduersatur, quod Calderinus notat,in Consil.21.de constitu.& Bald. respōdet in Consil 11.incipiē. factum super quo petitur Consilium,inter Cōsilia Ancharrani. Quodq; ipse tradit Couarru.in.d.§.4.nu.9. versic.tertium est,dicens,quod si iuxta temporis,& publici status conditionem, Regimini publico, & ipsi communitati,cuius pars,est ipse clerus statutum maxime conueniat, sitq; omnibus laicis, & clericis vtile, non propter redditus maiores ipsius communitatis,sed aliā ob causam,quæ vniuersum hominum illius ciuitatis conuictum spectat, fortassis hoc statutū admittendum esse,etiam in præiudicium Ecclesiarum cum conueniat ita fieri, ne illa ciuitas graue detrimentum, omnibus in vniuersum nocens,patiatur.

18 ¶Et ita,meo iudicio ad cōcordiam possunt reduci opiniones illæ, admodum contrariæ, (An statutum,ne immobilia alienentur in extraneos,comprehēdat clericos, & Ecclesiā) quas citat Andre.Tiraquel. in glos. 6.post leges connub.nu 168 &. 169. Nempe vt valeat, si ob statum reipublicæ, communitati conueniat potissime ad eius vel tutelam, vel regimen,quod res quædam in Ecclesiam, aut clericos,minime transferatur:quod & Cardinalis,(isto casu accipiendus)probat in dicto Cōsil.144.& præallegati Ioannes Crottus, colu. 24.& Loazes.nu.424.in.d.§.diui,& sensit Federicus de Senis,in.d.Consil. 35. Nam & si ex hoc statuto,damnum sequatur Ecclesijs, tamen ne respublica tota,grauissimū detrimentum patiatur, cuiquidē damno, aliter obuiā iri non potest, erit huiusmodi admittendum statutum, secundum Paulo antecitatum Didacum à Couarru.in.dict.§.4.propefinem.Et illud est,quod voluit dicere Barto. in. d. l.filius familias,§.diui,de lega. 1. & quod multū prolixe examinauit,& tenuit Andre. Barba. in repet.rubri.de reb.Eccles.non alienan. 32. col.versic.accedo nunc ad secundum,vbi probat statutum prohibens generaliter, alienationem certo casu fieri,valere:& comprehendere Ecclesiā per viginti quinq; rationes multum subtiles,& voluit,idem Barba.in Consil. 14 incipien.Clementissime 1,5.col.num.11. cum sequent.vol.2.

19 ¶Quibus,pro presenti adstipulatur Pragmatica,quod statutum seu consuetudo mista clericorum scilicet,& laicorum,ligat Ecclesiam: & Ecclesiasticas personas: secundum eundē Barba.in dict.rubri.de reb.Eccles.non alienā. col.25.dicens,quod ista est responsio, & Doctrina omnium Doctorum,in.d.cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ,& in authen.cassa & irrita, C. de Sacrosan.Eccles.quem refert, & sequitur Chasen in consuetudin.Burgund.rubri.9.§.10 in prin.nu.53.fol.314.

20 ¶Et quod clerici tenentur seruare statuta loci,vbi negotiantur:secundum Abbat. antiquum in.d.c.final.de vit.& honest. clerico.& Bald.in sua Margarit.Innocen.in verb. clericus,versic.19.

21 ¶Et inde clericus in artificio delinquens cōueniri, & iudicari potest illius artis occasione sub eiusdem artis iudice,vel Rectore :vt not. Baldus in additio.ad speculato. in tit.de reo versic.quid si scholaris.Nam cum negotiatores sint,iure communi,vti debent, quantum ad illam negotiationem pertinet. leg.2.C.de Episcop.& cleri.& tenuit Tancret. quē præallegatus Chasene.citat,& sequitur in.d. cōsuetud.Burgund.rub.1.§.5. in glo. + Sdua grace. Num.89.isti enim(vt inquit)non sunt puri clerici,argumē.l.sub prætextu, C.de Sacrosanc. Eccles.&.c.fin.de vit.& honest.cleri. ex quo, notatur,clericos immiscentes se laicorum negotijs,commercijs,& similibus, quæ ab ordine,vita,& honestate clericorum abhorrent, eo tunc priuilegio,non gaudere.Et ita procedit, & accipienda Regia lex est. 49.tit.6. part. 1.& post Bertachinum in tracta. de Episcop. 4.parti.1.part.num. 26. Benuenutus Straccha nouissime tradit,intracta.de mercatore,par. 3.tit.de his qui mercaturā exer.non possunt, nu.9.vbi id putat temperādum, vbi trina monitio præcederet,iuxta textum in.d. c.fin.de vit.& hones.cleri. & quæ Felinus scribit,in.d. c.Ecclesia Sanctæ Mariæ,num.71.cum seq.de constitu.(& ibi Bēuenutus differit, an & quādo mercatura, vel negotiatio clericis licita sit.)Et licet bona mobilia clericorum capi nō debeant,vt prosequitur Latius Pet.Rebuf.in dict.1.Tom.consti.Regia.tract.de liter. obligator.arti.2.glo.1.num.106.cum sequent. bona tamen quæ negotiationis causa habet,capi possunt. Nec aliquod in eis clericus priuilegiū habebit.c.quanquā de censib.in.6. Clem. præsenti,eod.tit.not.Alberi.in authen.statuimus.2.col.C.de Episcop.& cleri.Et post alios ipse Rebuffus in.d.glo.1.nu.119. cum sequent. vbi idem censet,dicens ita fuisse iudicatū,quādo cle-

do clericus non viueret clericaliter, vt pote si esset mercator, Armiger, vel latro.

22 ¶Sic clericus negotiator, tenetur ad vectigalium solutionem, non secus, quam laicus: secundum Doctores per tex. ibi, in. c. quam quam, de censib. & in Clemen. presenti, per tex. ibi, vbi Cardinal. nu. 9. eod. titul. Felinus: nu. 104. cum sequen. & Decius, nu. 57. in. d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, Bertachin. in tract. de Gabel. 2. part. q. prin. & 7. part. 7. q. Pet de Antiboli, in tracta. de munerib. 6. quæstio. nu. 21. & 41. Cardin. in Clem. 1. num. 16. de vit. & honest. clerico. Gregorius Lup. in. d. l. 49. titu 16. part. 1.

23 ¶Et Andre. Tiraquel. in lib. de retract. titu. 1. §. 32. glo. 1. nu. 80. (vbi tractat an pro his vectigalibus, quæ ratione harum rerum pendunt, vocari possint, in forum secularem, concludens priorem opinionem, quæ clericos subijcit iudicibus secularibus, ratione vectigalium siue pensitationum, quæ super rebus suis debentur, seruari ex cõsuetudine Frãtiæ. Quod & Aufrerius (nũcupatim loquens de vectigali) scribit, dicens ita fuisse iudicatum in Senatu Parienſi, in repet. Clem. 1. de offi. ordin. 4. fallẽ. 2. regul. & Guihel. Benedict. in repet. c. Raynutius, verb. †Et vxorem nomine Adelasiam†. Nu. 322. de testamen. Quæ sunt notãda ad legem, 3. ita intelligendam in Regio Gabellarum quaterno. Quæ etiam procedit, quando clericus negociatur pro alio nomine suo: secundum Syluest. in verbo, Gabella. 3. nu. 3. & Archid. in. c. quanquam, de censib. & Ioannem Arze de Otalora, in tract. nobilita. 2. par. cap. 1. nu. 11. subiungentem, quod si adesset cõsuetudo, quod clerici tenerentur ad collectas, talis cõsuetudo valeret, ex Bart. p tex. ibi, in. l. 1. C. de auro Corona. lib. 10. quem cõmendat Alexan in additio. ad eundem Barto. in. l. rescripto, §. sciendum. ff. de muner. & hon. Et ita accipiendum est caput, 103. in Comitijs Segouiensib. ann. 1532. quo cauetur, omnes illos, qui possunt, aliqua immunitate gaudere, quo ad illud vectigal, quod †Alcauala† appellatur immunes tantum intelligi, quatenus egent, ad domus, familiæq; suæ Pabulum, victum, ac vestitũ, & cœtera id genus, nõ autẽ ad ea, quæ mercatorum more negotiantur. Quod minime iuri canonico, ciuiliq;, aduersatur: aut pugnare videtur: sed potius consonare, & respondere intelligendum est: quasi clerici, tũc, non vice clericorum, sed laicorum, vti videãtur, laicorumq; personas representent: ac suo ob id priuilegio renunciasse censeantur: argument. l. 4 titul. 2. libr. 4. ordinatio. Regia. ibi, †Ningun hijo dalgo pueda ser preso, ni encarcelado, por deuda que deua, saluo sino fuere arrendador, o cogedor de nuestros pechos, y derechos, porq̃ en tal caso, el mesmo quebranta su libertad.†

24 ¶Quo in casu, non esset ponere os in cœlũ, dicere, quod si clericus esset Gabellarum Regiarum, aut vectigalium conductor, posse in vinculis, ob earum solutionem à iudice laico detineri: quasi clericus ille suo fori priuilegio renunciasse intelligatur, à simili, d. l. 4. & d. c. fin. Quæstionẽq; mouet, quod id tolerabile, quodam modo habeatur, vbi id, vsu inuetera to receptum esset: vt tradunt Ioan. Faber, in §. fin. num. 8. instit. de satisdatio. Bald. in. c. cũ venissent, col. 3. de eo qui mitti. in posse causa rei seruan. & in Authẽ. clericus, C. de Episco. & cleri. intelligentes vix tolerabile esse, laudabile autem minime. Quod tamen admittit doctissimus Menchacẽ. in lib. 1. de succesſio. creatio. §. 10. nu. 648. cum tempore conductionis, clericus ille, vt laicus incederet: ac se laicum mentitus esset: argumen. per totum, C. si minor se maio. dix. & argument. l. 1. C. de testamen. & l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. cũ aliter per Regis summos rationales, non admitteretur ad talium vectigalium conductionẽ: qua inspecie, secundum eum, procedere vidẽtur leg. 16. & 17. titul. 3. lib. 1. ordin. Regia.

25 ¶Nostro verum in proposito, bonus est textus in. l. fin. C. de iurisdict. om. Iudicum, ex quo notatur, quod artifices, seu menestrales, barbitonsores, sutores, & similes, possunt cõgregari, & eligere Rectorem, qui super eos habeat iurisdictionem ordinariã, in his quæ ad illa artificia spectant: qui tunc clericum illius artis artificem, contra statutum, vel negociationem, in aliqua sui specie venientem, vel falsificantem, mulctare secũdum sua statuta potest: secundum Barto. Bald. & Saly. in. d. l. fin. de iurisd. om. iudi. & Angel. in Consil. 5. quos, ad id citat, & sequitur Chasen. in dic. glo. †Sil nagrace†. nu. 91. subiungens, à tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, clericos artifices, quando delinquunt in illa arte, vel abutuntur, iudicari per ballinos illius, & per iudices seculares huiusmodi, hoc in casu ciuiliter puniri.

26 ¶Quibus, non obsunt leges, 11. tit. 4. lib. 4. fori, 4. & 6. titul. 11. lib. 8. ordinatio. Regia. & Pragmati. 29. Madritia, ann. 1534. siquidem per has leges nõ prohibeantur fraternitates, quæ ad iustitiam conseruandam, & exequendam fiunt,

fiunt: vt docet Mōtal. in suo reperto. in verb. fraternitates. Et congregatio, quæ ad finem fit bonum, non prohibeatur, nec puniatur: c. sane, & ibi glo. 16. q. 7. glo. c. siqui clericorum, 11. q. 1. Fran. Marc. in dict. decisione. 456. nu. 12. Sed tantum quæ ad finem fit malum: Teste Baldo, in consil. 319. incip. Decreto domini, vol. 1. quem citat & sequitur Ægidius Bossius, in sua practi. tit. de crimi. læsæ Maiest. dicens ita intelligi & practicari Mediolani, vbi similia habentur statuta: bonus est tex. in. c. siqui clericorum, 11. q. 1. (vbi glo.) can. sane, 16. q. 7. Archid. in. c. siquis despicit, 42. dist. facit. c. de occidendis, 23. q. 5. & leg. 1. & per totum, ff. de colleg. illici. tradit Rebuf. in. d. 2. Tom. constit. Reg. tract. de confratrijs, seu artificum conuē tio. & collegijs. Subiungens, quod cum Syncerum sit collegium, licet aliquando quædam ibidem eueniant mala, non est ob hoc improbandum: vt probatur, in d. c. de occidendis, & not. Bart. in. d. l. 1. de collegijs illicit. & in. l. 1. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine.

27 ¶Et confraternitates, ac collegia licita, per modum etiam pacti, vel contractus, possint statuta facere: cum etiam apud nos respectu suorum officiorum, iurisdictionem habeant: & deputent iudices: vt est tex. singularis, in. l. 2. tit. 4. part. 3. Et ideo ex eadem ratione, circa illa, possunt statuere. vt per plura probat Felinus, in. c. cum omnes, 7. col. nu. 14. de consti. Barto. & Iason. 9. col. num. 37. in. l. omnes populi, ff. de insti. & iure. Bald. in. c. venientes, de iure iuran. & glo. verb. nec ipsa, in. l. & quia, ff. de iurisd. omni. iudi. & concludunt doctores, in dict. l. fin. C. eod. & in. l. 2. C. de constitu. pecu. & in. l. 1. C. de monopol. & Auendanius, in. c. 19. nu. 11. lib. 1. de exequen. Princip. mūda. & est singulare, ad intellectum cap. 16. comitiorum, Madritiorum, ann. 1552.

28 ¶Et ita procedit, quod Paulo ante citato loco, Chasene, ipse testatur, dictum fuisse per arrestum parlamenti Parisiensis, quod clericus committens abusum in officio Chirurgiæ teneri super hoc coram iudice seculari respō dere. Et dicit Ioan. Gall. in suis quæstio. per Arresta, quæstio. 168. & in tracta. Arrestorum, c. 159. & Stepha. Aufrerius, in repet. d. Clem. 1. de offi. ordin in magna additio. in. 1. regul. Fallen. 17. Curiam secularem, consueuisse punire clericos ciuiliter, si in officio deliquerint. & quod ita seruare vidit: & seruatur in clerico negotiatore, vel artifice, qui si in illa arte delinquat, punitur per collegium, vel primates illius: per tex. in. dict. l. fin. de iurisd. om. iud. & tex. in. c. sacerdotibus, ne cleri. vel monach. secundum illos, qui dicunt laicum iudicem, autoritate illius capituli, punire posse clericū occasione administrationis per laicos sibi cōcessæ, non obstante priuilegio clericali, propter quod, ab Ecclesia, non defenduntur: cū indignū sit eis, ab Ecclesia subueniri, per quos constat scandalum in Ecclesia generari, quē citat Guiliel. Benedict. in. 1. part. repet. capit. Raynutius, de testamen. verb. †& vxorem nomine Adelasiā†, decisio. 2. num. 155. inquiens, quod postquam clericus, etiam solutus, officiū seculare assequutus est, subiectus est Principi seculari, à quo negotiatio illa dependet, & cui respondet: contra quem Ecclesia nō tenetur, nec debet ipsum tueri, nec defendere per tex. in. d. c. fin. de vit. & honest. cler. (vt ibi per eum, quem vid.) Et voluit Pet. Rebuf. in dict. 2. Tom. ordi. Regia. titul. de mercatorib. minutatim vendent. glo. 13. per tex. in. c. sacerdotibus, ne cleri. vel. monach. subiungens ita consuluisse Senatū cōtra Ioannē Dauuergne, clericum lanionem, qui emerat animalia, & ad precium horum cōueniebatur, anno. 1431. die, 5. Aprilis. Et voluit Aufrerius, in tracta. de potest. seculari, in. 2. regul. & est singulare ad intellectum & ampliationem Pragmat. Madriti latæ. 20. mensis Iunij, 1566. †Cōtra los corredores, y reuendedores de carnes†. Vt clericos etiam comprehendat. Quod est admodum notandum etiam, & in praxi tenendum menti, pro congregatione aurificum, & cælatorum Hispalensium, sub vocatione confraternitatis Sancti Eligij, vbi similia habētur statuta: & iudices, quos, †Veedores†, Vocāt, qui secundum ea, puniunt illa arte abutentes vt si clericus sit, & ex eadem professione, qui ea abutatur, aut falsum quid in aliqua illius artis specie committat, possit per eosdem pecuniariter mulctari. Est enim bonum, ac reipublicæ admodum necessarium, vt omnibus artificibus via fraudum occludatur, vt duo probi eligantur in quolibet artificio, quibus cura totius artificij, & negotium committeretur, ne artifices in suis artificijs, aliquam fraudem cōmitterēt: vt aduertit Pet. Rebuf. in. d. 2. Tom. consti. Reg. tract. de mercatorib. arti. vlti. glo. vnic. nu. 18. dicens, istos electos, non nunciantes Magistratui ordinario loci, & procuratori Regio, fraudem quam inueniūt, puniri pro prima taciturnitate, pœna pecuniaria, pro secunda, pœna manus, pro tertia, pœna mortis: vt est statutum in Cōstitutio. Neapolit. rub. de fide instrum. Et quod forte metu ista

tu ista

tu istarum pœnarum, essent, & diligentiores, & Paulo magis prompti ad veritatem deferendam.

29 ¶Sed, & Chassene. (nec citra rẽ est) quo proxime retulimus loco, scribit, se illo in anno dixisse, quod quidam sacerdos ciuitatis Heduẽsis, cuius nomine, sua in domo, suum vendebatur vinum: & eidem competebat, ex quo mensura eius erat falsa; quod debebat puniri per Vigobertum Heduensem, cum ad eius officium sit dare mensuras, & pondera in ciuitate Heduensi, vsq. ad, 65. solidos, in quibus delinquentes, in mẽsuris potest punire. & per Balliuũ Heduensem, in maiori emẽda. Quod est notandum, nam licet clerici possint vendere, vel facere vendi vinum ad minutum, sicut ad grossum, sine solutione gabellæ, vt (post Hieron. Zanetin.) Bertachin. Cõcludit, in suo gabellarum tract. 7. par. principal. versic. scias autem, nu. 18. tenentur tamen, cũ iusta, & approbata mensura vendere. Quod est notabile ad tex. in. c. fin. ne cleri. vel monach. libro sexto, glo. & dd. in. c. 1. de vita, & honest. cleri. eod libro, & quod tradit Alberi. in l. humilem. C. de incest. nuptijs, tenens clericum per alium exercentem tabernam, non amittere priuilegium clericale. Quæ tamen intelligi debent quando tale vinum, vel frumentum, quod venditur, ex proprijs vineis, aut ex abbatia, seu beneficio sit. Cum tunc id non sit exercere mercaturam, nec teneãtur huiusmodi, ita vendentes ad ea quæ imposita sunt mercatoribus: vt scribit Pet. Rebuf. in d. 2. Tom. constit. Regia. d. tract. de mercator. arti. fin. glo. vnic. nu. 23. subiungens, à Rege, & à sua suprema Curia fuisse sæpius declaratũ. Et quod negotiatio non dicitur, quandoquis vendit granum, vinum, aut oleũ suum, not: Panormit. in cõsil. 6. in. 2. dubio, vol. 1. Decius, in. d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. col. pen. quos refert, & sequitur Aymon Crauet, in consil. 163. incip. videndum est. 1. col. nu. 3. quem citat, & sequitur Pet. Ninius de Auendaño, in. 1. part. de exequend. Princip. mand. c. 19. num. 34.

30 ¶Norma enim ponderum, & modiorum, reliquarum q; mensurarum, non est excedẽda. l. modios, C. de Susceptor. præposi. & arcar. lib. 10. & cap. 25. Deuteron. dicitur, †Nõ habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus. Nec erit in domo tua modius maior, & minor. Pondus habebis iustum, & verum. Et modius æqualis, & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quam dominus DEVS tuus dederit tibi: abominabitur enim DEVS eum, qui facit hæc, & auersatur omnẽ iustitiam. Idem fere habetur Leuiti. c. 19. in fine. Et Micheæ, 6. Non enim est modius, qui iniquus est. l. Paulus respondit, ff. de verbo. signif. & põdus, & statera, iudicia domini sunt: prouerb. 16.

31 ¶Et scribit Lucas de Pen. in. dict. l. modios, ignorantiam, & non sciẽtiam, excusationem non præbere. leg. sed & addes, §. 1. ff. locati. Et apud quemcunq; reperiantur, tales mẽsuras frangendas esse. l. item quæritur, §. siquis mẽsuras, ff. eod. putans, in his generalem, & singularem inquisitionem fieri posse. Et in eum, qui scienter falsa põdera accommodauit, an de dolo malo actio detur, loquitur textus in. l. arbitrio, §. de eo, & ibi glosa, ff. de dol. mal. Et quod mensuras publice signatas mutans, vel corrumpens, condemnetur in duplũ eius damni, quod incurrit ille qui cum eo contraxit, & per tempus in exilium detur, tex. probat in. l. pen. ff. ad leg. Corn. de fals. Et in. l. 7. titul. 7. part. 7. Et in. l. 1. titul. 10. lib. 3 for. leg. Et not. Anton. Gometius, in. l. fin. numero. 12. in leg. Taur. vbi ad id citat dict. glo. & Doctores cõmuniter, in. d. §. de eo, de dolo malo. Quod est valde notabile, in materia præsentis Pragmaticæ, quæ de faneca loquitur, & ad extensionem iurisdictionis fidorum exequutorum ciuitatis Hispalen. Et aliorum in suo territorio iudicum: & ædilium plebeiorum. Et intellect. l. 1. titul. 7. lib. 5. ordin. Reg. & Pragmat. 133. in vol. Pragmatic.

32 ¶Ex quibus infertur, quod cum merces corruptas apotecariorum, pharmacopolarum & aliorum aromatariorũ, posit Corrector de facto proijcere, & perdere: argumen. tex. l. cœtera, §. mala. ff. famil. hercis. & in. d. l. Item quæritur, §. si quis mensuras, ff. locat. & in. l. lectos, ff. de pericul. & commo. rei vendit. & eorum, quæ Iacob. de Bel viso, not. in practi. iudiciaria, tit. de iniur. in part. falsariũ, & eas concremare: vt habetur, in Pragmat. 88. in volu. Pragmaticar. fol. (mihi) 82. quod id posit facere, etiam si talis pharmacopola, clericus sacerdos sit. (Quod iam vidi Vtrariæ practicari per admodum magnificum licentiatum Alphonsum de Soto Calderon, prætorem causarum capitalium, in supremo earum tribunali, †De la Quadra, †Hispalensi, virum solertissimum, & in seruitio Regio fidelissimum, ac indefessum, & studiosum Senem: & quem in obeundo cui præfuit munere, quiuis alius, non antecessit iuuenis.) Et est notandum, ad intelle

intellectum & ampliationem dictæ Pragma. 88.&.118. Vallis Oleti, ann. 1537. & eorum quæ per textum ibi, Petrus Nunius de Auendaño, notat in.d.c.19.lib.1. de exequend. Princip.mand.num.28.subiungens, legis, 17.corú, verba, †Y otros officiales que vsen de sus officio, bien, y fielmente, y sin fraude alguna†. Clericos officiales comprehendere: qui si in officio suo abusum committant, puniédos esse statutis laicorum, cum his quoq; ligétur, ex quo publicam respiciunt vtilitatem: vt Innocen. & Panormit.not.in.c.ab Ecclesiarum, de offi.ordina. & iam multoties vidi ita practicari, circa clericos etiam presbyteros, habentes molas mulionicas, contrauenientes statutis ciuitatis Hispalensis, & ordinationibus circa dictas molas mulionicas factis. Nam ad ea statuta, (quæ ob publicum bonum etiã sunt facta) clerici expredictis, sicut & laici tenétur.

33 ¶ Sic, si depositio, vel cósignatio fiat, apud personam Ecclesiasticam (vt nonnunquam fit præsentibus partibus, vel cósentientibus) iudex secularis poterit illum cogere vt restituat: per textum in.l.fin.§ pen.C. de bon.autor.iu li.posiden.ibi, †Per suam interloquutóriam præcipientis† . Per quem id tenet Bald. in lectio.antiqua, l.si fideiussor, §.vlt.ff. qui satisd.cogan.& ibi Iason col.1.idem Bald. & Salyce.(vterq;) col 1.in.l.acceptã, C. de vsuris, hac ratione, quia tunc proprie non proceditur contra clericum per modũ (vt ipsi dicunt) iudicij, sed executiue, ex consequentia suscepti officij. ad quod dicunt facere textũ ibi, in verb. †Sacratissimas ædes† Et sequitur Stephan. Aufrer.in.d.rep. clem 1.in.14. Fallen.zi regul.& in decisio. Tholosana, quæstio.167.incipien.item fuit quæsitum, si pecunia, Francis. Marcus in.1.par.deciss.Delphina.decisio.1057 num 11 & in decis.1061.in fine, Mathe.de Afflict. in decisio.Neapolit.24.incipient quidam clericus, 1 col.& Guihel. Benedict.in. d. verbo, †Et vxorem nomine Adelasiam.†num.419.& Rebuf.in.d.1.Tom.const.Regia.tract.de liter. obligat.art.5.glo.9.nu.3. facit lex qui restituere, ff.de rei vendica. Quo quidem iure in Gallia vti, Andre. Tiraquel. nouissime testatur in d.lib.de retract.titul.2, §.4.glo.7. nu.10.dicés de iure communi multum dubitare: cum clericus non possit expresse & directe prorogare iurisdictionem iudicis secularis, c. si diligenti, de foro compet. ergo nec tacite, & indirecte, scilicet acceptando, & agnoscendo illud officium: quia quod expresse fieri non potest, nec tacite quoq;. l.cum quid, ff.si cert.peta.l.fin.C si mancip.ita veni. ne prosti.c. cum quid vna via, de reg.iur.in.6.

34 ¶ Quibus (vt ipse dicit) rationibus, moti multi receptissimæ autoritatis, tenuerunt, nec clericum quidem qui coram iudice seculari falsum deposuit, ab eo puniri posse: vti fuerunt Innocen. Hostien. Ioannes Andre. Anton. Panormit.nu.18.& Felin.col.3. post alios, in.c.verum, de foro compet. Paul.de Cast.in.l. nullũ C.de test. Iason, in.§. qui mandatam, l. 1.ff.de offi.eius cui mand. est iurisdict.col. pen. Ioan. Bernard. Diaz, in pract.criminal.c.87. doctores in.c. dilectus, de pœnis, & in capit.2. de crimin.falsi, & alij, quos idem Tiraquel. congerit, in tit.1.§.fin.glos.3.consuetud. Pict.2.quorũ opinio communis est: vt Mathe.de Afflict.fatetur in decisio.230.incip fuit per Relatorem qui & eam sequitur, post Barto.in.leg. diuus Pius, ff.ad leg.Corn.de fals. & probatur secũdum alium intellectum, in versic.fin.l.42.titu. 16.part.3.quicquid glosa, Cynus Bal. & Salv. in.d.l.nullum, & Federin. de Senis, in Consil. 93.incip.factum quod opponitur, contrariam profiteantur sententiam: quam apud Gallos passim admitti, & seruari Guihel. Benedict. scribit, in.d.rep.c.Raynutius, verb.† Et vxoré nomine Adelasiam†.Num.434. Cœterum tamen, citationem voluntariam respectu citati, puta si sua putauerit interesse, valere etiã quo ad clericum, & alias personas non subiectas iudici citanti: tenent Iacob.Butri. Bald.& Paulus de Cast.in.l.testamenta omnia, C. de testamen.per illum tex.&.l.consulta, & l.repetita, ibi, in glo.allegatas. Bal.in leg. præscriptione, C.si contra ius vel vtil.pub. Felin.in.c. cum inter, col.8.de exceptio.& sentit Innocé. in.c.dilecti, eod.titul. quem ad id citat, eandé tenens sententiam, Iaffredus Lanfrancus Balbus, in suis obseruatio.decisio. 323.incipien.citatio.

35 ¶ Præterea Barto.in. l.cunctos populos, C. de sum.trin.& fid.Cathol.10.col.nu.29. scribit statuta generalia laicorum, in quibus, nulla fit mentio clericorum, aut Ecclesiarum, sed tamen tendunt aduersus ea, quæ illis competunt, non tanquam priuilegiatis, sed vt cuilibet de populo, illos ligare: dummodo sint honesta.& voluit idem Barto.in.l.de quibus, colu.fin.ff.de legib. Lappus, in allegatio.81.incip. non valuit actus, colu 1.Barba.in. d. rubri.de reb.Eccles.non alienan.& in dict.Consil.14.& in Consil.65.incip.referam in medium, col.11. & sequen.vol.4. Quæ ob promiscuam, & totius reipublicæ vtilitatem, defendi possunt cómode

mode: vt tradit Couarru.in.2.part.dictæ regulæ, poſſeſſor, §.4.numero,8.& Hierony.Gratus, in reſpon.162.incipien.Reuerendus.2.col. numero.5.libro,2.optimus eſt textus, & ibi notat Dominicus, in.cap.1.de iure iurand.lib. 6.Et ita quo ad clericos etiam valet, & procedit, Pragmatica.127.de redditibus cenſuum reddimibilium, ad rationem vnius pro quatuordecim ſoluendis, comitiorum Madritiorum, ann. 1563.

36 ¶Nec noſtræ oberit aſſertioni, quod in præſenti Pragmatica clericorum, ac perſonarũ Eccleſiaſticarum, mentio fiat. Et ſic potius videatur, à Bartolo, in, d.leg.cunctos populos, contrarium probari, volente, tunc ſtatutum, quod imperioſe ſit factum, & ſub ſpecie, & autoritate quadam iuriſdictionis, clericos nõ comprehendere: Quæ communis fuit cõcluſio, in dict.cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. Nam vt ibi, poſt alios doctores ſcribunt Panormitanus, in repet.col.5.ante numerũ,16.& Felinus,15.colu.ante numer.41.limitatur, & non procedit, quando huiuſmodi lex (vt noſtra, in ſpecie) ſuper naturali ratione ſit fundata: quia tunc, comprehendit clericos ipſos, & perſonas Eccleſiaſticas ſuper quibus diſponit non quidem ratione ciuilis legis, & quatenus per ſecularem poteſtatem eſt lata: ſed ex vi naturalis rationis, ſuper qua fundatur: argument.cap.paſtoralis, de fid.inſtrumen.& eorum quæ Mathe.de Afflict. tradit, in prælud. Cõſtitu. Neapolitan.quæſtio.7.numer.2.Nec enim lex ciuilis, eo quod nominatim de clericis meminerit, odio digna haberi debet: ſed potius laude, & gratia: & vtrobiquæ par ratio eſt: ac in vtroq; caſu locum habet: vt nouiſsime annotat Menchacenſis, in cap.5. numero.9.verſic.ergo omnes, lib.1. controuerſ. vſufrequen.& ita intelligenda ſunt, quæ Robertus Maranta adducit, in dict. diſputatio, 8.numero.25.

37 ¶Et facit, quia quando lex ciuilis à non recognoſcente ſuperiorem lata, non tractat de materia ſpirituali, nec obuiam it Canonibus, ſeruanda eſt etiam, in foro Eccleſiaſtico, contra clericos: ſecundum gloſ.& Panormita.colũ.12.in dict.cap.1.de no.oper.nuncia.&glo. verbo temporalium, in cap. cum ad verum, 96.diſtin.Archidiac.in.cap.ſi inter Epiſcopos, 6.quæſt.4 Petrus de Anchar.in dict.cap. Canonum ſtatuta.1.quæſt. de conſtitu. gloſa, in cap.cœterum, de donatio.& Doctores, in.l. priuilegia, C.de ſacroſan.Eccleſ.Et notat Calderin.in dict.Conſil. 21. Et quia cum res ſint de territorio Regis, iudicantur ſecundum cõſtitutiones Regis: vt aſſerit Bald.in. cap. cum veniſſent, col.2.de eo qui mit.in poſſ.cauſ.rei ſeruã.Barb.in .d.rub.de reb.Eccleſ.nõ alienã. 21.col.numero.112.Chaſſen.in conſuetu.Burgun.rubric.+Des Iuſtices,+§.4.gloſ.+de droit dindire,+in fine, & alijs in locis citatis per Pet. Rebuf.in dict.1.Tom.in proœm.conſt.Regia, gloſ.1.numero,71.vbi ad id citat Pet. Velug. in ſpecul.Princip.rubri.de admortiſa. §.nunc videndum, in fine, facit tex.in dict.cap.cũ ad verum, 96.diſtinctio.

38 ¶Item ex quo præſens Pragmatica, non facit notabile præiudicium perſonis Eccleſiaſticis, ſeruari debet etiam inter clericos: vt docet Felinus per plura, in dict.cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ, 35.col.numero, 88. &, 90.Et cum ad obuiandum fraudibus ſit ſancita, hoc etiã valet caſu, & ſi in conſequentiam contra Eccleſiam veniat: vt pulchre Petrus de Ancharra.reſpondet, in notabili facti contingentia, in Conſil.11.incipien. factum ſuperquo petitur. & Ludouic.de Gozadin.in Conſil.5. incipien.an, in quæſtione.6.col.numero 22. Et ex quo præfata Pragmatica facta eſt ob commune bonum, æquiparatur bono Eccleſiarũ. leg.fin.C.de ſacroſanct.Eccleſ.& ſcribit Calderin.in dict.Conſil.21.de conſtitu.

39 ¶Nec enim poteſt dici, quod ſit cõtra libertatem Eccleſiaſticam. Siquidem per eam limitatur poteſtas ſubditorum circa res ſuas: ſecundum Iacob.Butrica.in dict.authen.caſſa, C.de ſacroſan.Eccleſ.& nota.in leg.1. & in. l. dominorum, ff.de ijs qui ſunt ſui, vel alie. Iuris.Etiam ſi talis limitatio induceret priuationem lucri Eccleſiaſticarum perſonarum, leg. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſcop. & cleri.notat in leg.ſi pater, §. ſi Imperator, ff.de inoſſ.teſtamen.Et ita in ſpecie reſpõdet Lauren.Calcane.in conſil.7.incipien. in nomine, 11.col.numero.21.Et eſt etiam notandum, ad intellectum, & decidendi rationem, cap.127. comitiorum Madritio. ſupra citati, de cenſibus redimibilibus reducendis diſponentis, vt clericos antedicta ratione etiam comprehẽdat. (quod in praxi receptum eſt.)

40 ¶Et cum ſtatutum laicorum ſit, pro bono publico latum, clericos etiam tenet. Et etiam in foropoli obligantur Eccleſiæ ad eius obſeruationem, vt poſt ſanct.Thom.in.1.2. quæſt. 96.ad id citatum, & ſequutum, per Piſauel. in verb.lex, §.verum leges humanæ.Tho. Grãmat.in deciſio.100.incip. in cauſa vniuerſitatis, numero,3.Et ex eadẽ ratione, ipſa præſens

Prag

Pragmatica clericos obligat: vt tenent Ioan. de Platea,in.§.item lex Iulia,numero.108.in sti.de publi.iudic.Ioann.Lup. a Palaci. Rub. in repet.c.per vestras, de donatio. inter vir. & vxor.§.sed est pulchra dubitatio,4.col. numero,13.fol.128.(in parmis)& Fernand . Vasquius Menchacensi.in lib.1. de succes.creatio. progres. et resolutio.§.10.numer.6 48.Et ita accipiendus est Reuerendis.Couarru.in.c. 31. ante num.9.lib.practi quæstio.(videndus per totum cap.)Et Auen lanius,in cap.13. numero,7.lib.1.de exequend. Princip. Manda . vbi tenet,quod statuta,vel consuetudines circa conseruationem pastuum , non solum ligant laicos vicinos populi,sed etiam clericos:&re ligiosos. Qui propter conseruationem boni publici,tenentur ea obseruare:secundum do ctores communiter,in.c.quod clericis, de fo ro compet.& Chassene. quem ibidem citat, subiungens,quod custodes positi ad custodiã bonorum publicorum, non solum fidem faciunt,in sua denunciatione contra laicos, sed etiam contra clericos. secundum Gandinum in titulo,quomodo de crimine per viam denunciationis cognoscatur. (quæ sunt notanda,ad intellectum,& ampliacionem Pragmatica Madriti lata,19. mensis Nouembris, Ann. 1565.super conseruatione possessionum herbarum horum Regnorum , quod in clericis, & Ecclesijs obtineat.)facit textus.l.addictos, C.de episcop.audien.& in argum.cap.clericis de vit.& honest.clerico.& glo.finalis, leg. ex ea causa,ff.de postulan.Et quod tradunt Lucas de Pena, in leg.2.C. de nauib. non excusand.lib.11.& Mathe.de Afflict.in rubri 28.colum.4.numero 9.lib.3. Constit Neapolit.

41 Ex quibus etiam infertur, Pragmatica Madrici,an,28.Iunij latam,ann.1530.contra reuenditores frumenti,ita clericos, sicut, & laicos ligare:ac eidem contraueniētes: (vltra pœnas in ea cōtētas)mortaliter peccare (Quod) est notandum,maxime hisce temporibus , in quibus,cum laici hoc facere non audeant, ie gabium pœnarum metu , id tamen per interpositum clericorū (proh dolor) faciunt: reipublicæ damnum non leue inferentes (quos omnes peccare,minime dubium est.Et Menchacen.aduertit,ind.lib.1. de succes. creatio. §.10.nu.648.

42 Vbi etiam inuehit contra clericos opem ferentes subtrahentibus vectigalia Regia: qui non minus in foro animæ ad restitutionem vectigalis licite fraudati, tenentur , quam sir teneatur ad rei subtractæ restitutionem.Et in fraudatoribus Gabellarum , id communiter tenetur:teste Baldo,in.l.lecto.l.vt vim, ff.de iust.& iure, & Socino , qui dicit communem opinionem, in suo tracta.Fallēna. regul.164. Dida.de Segura,in tracta.de bonis lucra con stant.matri.nu.233.Caietan.in summ.verb. ve ctigalia, Alphon.à Castro,de potestat.leg pœnal.lib.2.cap.10. Domini.à Soto,de iusti.& iure,lib.3.quæstion.6.articul.7.late, Didac.à Co uarru.in.2.part.relectio.Regul . peccatum,§. 5.nu.5.de reg.iur.lib.6.Otalora , in tracta.nobilita.1.part.cap.3.nu.8 cū sequent.licet quando vectigal illicitum sit, frandare id liceat, vt Bertach.anot.in.d.Gabell.tract. 9. par. prin in prin. & quam plurium relatione Doctorū id tenentium, Andre.Tiraquel.nouissime scribit,in præfatio.dict.lib.de retract.nu.48. cum sequent.Sed & clericus vel quiuis alius exemptus,qui in fraudem Gabellæ , secum defert res alterius non exempti,dicens esse suas,nõ solum ad solutionem illius Gabellæ tenetur, sed etiam facit res ipsas incidere in commissum: casus est notab.secundum Bart . ibi,in.l. fin.C.de Anno.& trib.lib.10.quem citat & sequitur Bertach in.d.Gabellarū tracta.7.part. princip.20.q.nu.42.subiungens, simile esse in collectis.Nam si ciuis exemptus dicat res communitatis obligati ad collectas,esse suas,& eas emi faciat nomine suo, debent res ipsæ confiscari.l.1 & ibi Bart.C.de nauib.non excus. lib. 10.quæ sunt notanda ad intellectum ordinationis antepenultimæ,tit.4 Or la entrada del vino.Ordi.Hispalensium.

43 Sic etiam eadem publica vtilitate inspecta, (circa quam ciuitas liberam habet statuendi facultatem.l.1.& l.ambitiosa, ff.de decret.ab ordin. facien . Bart.in.d.l. omnes populi,in.1. quæstio.ff.de iust.& iure,)

44 Si graculi,aut vermes,vel locustæ,seu bruchi nascantur in vineis,& mesibus , alicuius clerici,per statutum cogi potest , cum alijs, in quorum vineis , & mesibus reperiuntur huiusmodi animalia , vt suis , expensis , ea capiat, & occidat:ne inde procedant , ad aliorum vineas,& messes: & comedant illas: & omnium vicinorum eiusmodi fructuum se quantur clades,& calamitas:quo in casu,quatumcunq; priuilegiati,ne & alij inficionentur, possunt cogi etiam de facto , vt suis expensis suas messes,arbores,vel vineas mundent:argumen. eorum quæ de infectione, Doctores notant,in leg.nullus,C.de sum.Trinit. & fid. Cathol.& argumen.leg. ædiles, §. Pedius, ff. de ædilit.edict.& can.resecandæ,24.q.3. & .c. ipsa

ipſa pietas,23.q.4.&.l.nã & ſalutẽ,§.fin. ff. de offi.præfect.vigil.& quæ Ioã.Fracíſ.à Rip. tradit,in vlti.part.de remed.ad curãdã peſt. fol. 30.inmagnis.Et.l.12.tit.3.lib.1.recopi.leg.Reg.

45 ¶Bonus eſt textus, qui ad hunc ſenſum induci poteſt,in.l.ſi alius,§.eſt & alia exceptio, ff.quod vi,aut clam,& in.l. quemadmodum, §.magiſtratus,ff.ad leg.Acquil.& in .l.3.tit.10. part.7.vbi conſeruandarum aliarum ædium cauſa, tolluntur de facto, ædes intermediæ, ne incendatur ignis in eis, & progrediatur vltra,& conſummat omnes: Etiam ſi clericorum ſint,ex eadem publicæ,& communis vtilitatis ratione,quæ ipſos clericos (vt dictum eſt)comprehendit. Et not.in ſpecie Lauren. Calcaneus.d.Conſil.7.incipien. in nomine,11. col.nu.20.dicens,non dici ob hoc, damnum, aut iniuriam pati l.ſiquis fumo,§. quod dicit, ff.ad leg.Acquil. qui textus ſecundum eundẽ Calcaneum, bene facit ad propoſitum: neq; enim, ſtatuentes hoc fecerunt, vt nocerent clericis, ſed vt indennitati ſuæ prouiderent. Et ita etiam quo ad eoſdẽ procederet quod not. Ioan.de Platea tenet, quod ſi aliquis timet propter ruinam domusvicini,periculum ſuæ perſonæ,& familiæ,quod poteſt implorari officium iudicis: Nec ſufficeret cautio dãni infecti, quia hic timetur damnum perſonæ, quem citat & ſequitur Franciſ.Marcus, in deciſio.541.num.6.part.1.Sic ne bruchi,locuſtæ, vermes,vel cicadæ,vineas,fructus, aut meſſes corrumpant,domini prædiorum,quamuis clerici,cogi poſſunt eas ſuis expenſis mundare.(quod ita vidi iam practicari.Et fuit approbatum per doctiſsimum Licentiatum Cernãtes de Gaeta Hiſpalenſem tunc ordinarium)

46 ¶Niſi locuſtæ,vermes,vel cicadæ,aut huiuſmodi animalia,in fundis ſint publicis, qui vulgo dicuntur,+Baldios, o realengos+.Nã tunc expenſis mundari debent publicis,quibus deficientibus,imponi ad hoc poſſet collecta iuxta cuiuſlibet patrimonium:leg.omnes,C. ſine cenſu, vel reliq.& ratione huius imminentis neceſsitatis,limitari poteſt Regia lex,16.titu. 1.lib.7.ordinati.Regia.argumen.eorum, quæ nouiſsime Auendanius not. in.2. lib. de exequendis Princip.mandat.capit.14.num.8.(cui hic addi poteſt caſus,quæ repentina, & periculoſa etiam eſt neceſsitas:& quam citiſsime arcenda)& quæ tradit Guiliel.Benedict. in.1. part.c.Raynutius,de teſtam.d. verb. & vxorem nomine+Adelaſiam+Deciſione, 5.nume. 470.ad quã hac in ſpecie collectã,ipſi tenerẽtur clerici:ex his quæ ſupra notauimus in gloſa.1.ſup verbo,iuſto,cõcluſ.1.nu.61.& nu.64.

47 ¶Quibus,minime obſtant.Iura.c.certum,& c.ſuſcipitis,10.diſt.c.inter hæc.30.q.2.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ,de conſtitutio. Quæ à nonnullis obijci ſolent, clericorum partem tueri conantibus.Quodq; cum clerici, ſuperiores, maiores,ac digniores ſint laicis,l.3.C. de ſum. Trinit.l.2.C.vt nemo priua. c.ſolitæ, de maior.& obedien.c.deniq;.4.diſt. c.duo ſunt, 12. quæſt.1.inferiorum ſtatuta, ſuperiores, & digniores hos non ligent.c.inferior, 21.diſt.c.cũ inferior,de maior.& obedien. Quodq; cũ ſtatuta condere,iuriſdictionis ſit,glo.in.l.1. ff.de iuriſd.omni.iudicum, cõmuni probata voto, ſecund.Andre.Tiraquel.complures huius ſententiæ doctores citantem in lib. de iure primogeniorum,quæſt.16.nu.2.Et cũ laici, in clericos non habeant,nec etiam illis, poſsint clerici ſponte ſe ſubmittere,c.ſi diligenti, & c.ſignificaſti,de foro competent. (cum alijs per Thom.Gramat.adductis,in deciſio. 61.incipi. venerabilis)ſtatuta hæc, eos non ligent, niſi tantum ſubditos: l.1. C.de ſumma Trinit.c.à nobis.1.de ſentẽ.ex cõmu.c.quod antẽ,de pœniten.& remiſsio.c.2.de cõſti.lib. 6.cũ traditis per Caſtellũ,in.d.l.1.Tauri,fol.17. col.2.&.3.

48 ¶Nam(ommiſsis alijs optimis & iuridicis reſponſionibus,quæ à Fortunio adducuntur, in illation.13.cũ ſequen.dict.tract.de vltim. fine vtriuſq; iuris,)cũ ſtatuta ſunt fundata ſuper ratione naturali, ſeu iuris Diuini, qualis primæ noſtræ concluſionis,hoc in opere,ſpecies eſt,clericos,& perſonas Eccleſiaſticas, ſuper quibus diſponunt, comprehendunt: non quidem ratione ſtatuti,ſeu ciuilis legis, ſed iuris Diuini,& Naturalis,cui innituntur: ad cuius obſeruationem nedum clerici tenentur, ſed & ipſe Princeps, & Imperator, ac quatenus homo eſt,Papa:(vt ſupra in.1.cõcluſione notauimus.)& Panormita. cõmuniter receptus ſcribit in.c.1.nu.7.de conſtitutio. Et quia animæ fauor facit vt conſtitutio omnes liget indiſtinctæ .c.omnis vtriuſq; ſexus de pœnit. & remiſ.iũctis his quæ not.Ioã.Andre.in. c.ſignificaſti,ſuper verb.iuriſdictioni & ibi Panorm. in.7.col.de for.cõp.Gomet.in proæ. Reg.Cãcel.pag.38.Præpoſit.in.c.non licet, in prin.10. diſt.Pet.de Ancha.in rep.c.1.in.2.oppo.de cõſ. & ibi Felin.nu.34.cũ ſeq.& Ioan.de Selua, in tract.de beneficio,par.1.q.3.nu.8.vbi cõcludũt quod etiã Papa ligatur cõſtitutione animæ fauorabili.& not.Ioã.And.in.c.ex tenore.col.2. qui fil.ſint legit.vbi etiã dicit, quod cõſtitutio licet videatur odioſa quia pœnalis, tamen fa-

uorabilis est, quando in fauorem animarum sit inducta. Et ideo ipsius pœna nõ est restringẽda, sed dilatanda. Et ita procedit glo. verb. Apostolicæ, in. l. omnes dies, C. de ferijs, & tradit Bart. in Authen. Sacramẽta puberum, nu. 19. C. si aduer. vendit. Alexand. in Consilio. 63. incip. stantibus, colun. tertia, numero octauo vol. 4.

49 ¶Ex qua etiam ratione, non solum Ecclesia, Ecclesiasticæ q; personæ, verum ipse Rex præsentis conditor Pragmaticæ, in themate supra notatæ primæ conclusionis, ad eius obseruationem, in quantum humanus, & mortalis est, vt quiuis alius particularis Regnicola, in foro conscientiæ tenetur: cum huius legis transgresio, illa in specie magis interessandi, & ex cupiditate amplius lucrandi contra ius Diuinum, & Naturale sit, hoc in casu, in dicta Pragmatica inclusum: quod etiã trãsgreditur eiusdem legis huiusmodi transgressor: Nec ob id, quod in positiua, & ab ipso Rege, lege facta, repetitum, aut positum sit, desinit esse ius Diuinum, aut Naturale: vt non semel illic admonuimus, nu. 116. cum sequentib. & in. 2. conclusio. super verb. † Natural, † nu. 49. quod ipsi Regi, violare non licet: & notat egregie Guiliel. Benedict. in. d. verb. & vxorẽ nomine † Adelasiã † nu. 111. argum. c. 1. (vbi Panormit.) de probatio. & traditorum, per. dd. in leg. digna vox. C. de legib.

50 ¶Et quia licet Deus, ei subiecerit leges, non tamẽ naturales. quibus ligatur, sicut quilibet particularis priuatus. secundum Bald. in. l. 2. C de seruitu. & aqua, & in. c. 1. in prin. titul. de natura feudi.

51 ¶Et notat eruditissimus Franciscus Connanus, in lib. 1. commentariorum iuris ciuilis, c. 16. nu. 10. & in. c. 8. nu. 3. & Mathe. de Afflict. in. lib. 1. Cõstitu. Neapolit. rubri. 7. nu. 37. & idem Bald. in pœmio codicis, col. 4. dicit, quod quã do est cõtentio de potestate, inter prætendẽtes supremam potestatem, nõ cadit inter eos alius arbiter, nisi ipsa ratio naturalis, quæ est arbiter, malorum, & bonorũ. Sed & ipse Baldus inquit, in. c. 1. de his qui feud. dare possunt quod bonæ, & naturales cõsuetudines ligãt. Principẽ: quia potentius est ius naturale. Nec enim à lege naturæ, autoritate vlla, absolui possunt, vt tradit idem Bald. in. l. qui se patris, col. 7. vers. hoc scias, C. vnd. lib. & Marcus Mãtua. in. c. 1. de prob. & in consil. 121. incip. nolebam, numero. 7.

52 ¶Facit quod post Sanct. Thom. (quem ibi citat) tradit Barbat. in. d. c. 1. de constitutio. & in dict. Consil. 14. nu. 11. vol. 2. quod lex habet duplicem virtutem, vnam videlicet punitiuã, & alteram regulatiuã. à prima, est Princeps absolutus: à secunda non est absolutus, quia debet honeste, & regulate viuere: vt probatur, in dict. leg. digna vox. Et ita procedit Felinus, in. d. c. 1. de constitu. nu. 25. & 30. & Paul. Romanus, olim pœnitentiarius Apostolicus, in suo tracta. de pension. in fine. 6. quæstiõ. nu. 34. fol. 18. in fin. & fol. seq. Sed & idẽ Thomas dicit, in. 1. 2. quæstio. 96. arti. 5. ad. 3. quod Princeps dicitur esse solutus à lege, quantum ad viam coactiuã legis: nullus enim proprie cogitur à se ipso: lex autem non habet vim coactiuam, nisi ex Principis potestate. Sic igitur Princeps dicitur esse solutus à lege, quia nullus in ipsum potest iudicium cõdemnationis ferre, si contra legem agat, vnde super illud Psalmis. † Tibi soli peccaui, † Glosa dicit, quod Rex non habet hominem, qui sua facta diiudicet: Sed quantum ad vim directiuam legis, Princeps subditur legi propria voluntate, secundum quod dicitur, extra de constitutio. c. cũ omnes, quodquisq; iuris, in altero statuit, ipse eodem iure vti debet. Et Sapientis dicit autoritas, † Patere legem, quam ipse tuleris. † Improperatur etiam his, à Domino, Mathe. 23. † Qui dicunt, & non faciunt, & qui alijs onera grauia imponunt, & ipsi nec digito volunt ea mouere. † Vnde quantum ad DEI iudicium, Princeps non est solutus à lege, quantum ad vim directiuam eius: Sed debet volũtarius non coactus legem implere. Quæ etiã fuit sentẽtia Diui Hieronymi, super illud Psalmi, 50. † Tibi soli peccaui, † Et Augustini de Anchona, in sum. de Ecclesiast. potest. q. 44. in fine, c. totam. de pœnitẽ. dist. 3. Et ita procedit tex. in. c. iustum, 9. dist. † iustum est Principem legibus optemperare suis: tunc enim iura sua ab omnibus custodienda, & seruanda existimet, quando & ipse illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri suis, nec in se posse dãnare iura, quæ in subiectis constituunt, æquum est: iusta est enim vocis autoritas eorũ, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur. † Et Symõ de Cassia, in tract. de iusto iure Domini, cap. 33. sic inquit. Non autem iustus Rex inter homines erit, si iustam non sequitur positam, aut non posuerit legem iustam.

53 ¶Subiungit, tamen ibidem Sanctus ille Doctor, quod est etiam Princeps supra legẽ, in quantũ expediens fuerit, potest legẽ mutare: & in ea dispensare pro loco, & tempore, capit. cum oportet, de consangui. & affinit.

Ex antedictis ergo, limitatur etiã & intelligi debét, d.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ, & c. quæ in Ecclesiarũ, de cõstit. & c. fin. de reb. Eccles. nõ aliená. & quod etiam notat Ioã. Andre. (post Hostié.) in.c. postulasti, col. vlt. de foro cõp. & Cyn. in. l. 2. col. fi. versi. tertio. quæritur, C. quæ sit lõg. cõsuetu. quod statuta, vel consuetudines laicorũ, clericos nõ ligãt, nec res ipsorũ, potissime cũ ista iura procedãt in statutis solũ odiosis, & quæ grauamen clericis inferũt: & ita accipiéda sunt, dict. authé. cassa, C. de Sacrosan. Eccle. c. 2. de consuetud, c. clerici, de iudic. & c. cum causa, de re iudica. cũ similibus.

54 ¶Ac receptum sit, omnes leges ciuiles, quæ circa res Humanas, caducas, & terrenas disponũt, clericos tenere, nõ secus quã laicos: nisi quibus in casibus per leges canonicas iuri ciuili specialiter est derogatũ: vt probatur in c. 1. & 2. & vtrobiq; per glo. & dd. de noui operis nũciatio. & est cõmunis opinio, in. d. c. 1. de cõstit. secundũ Mencha. in. §. 10. nu. 87. de successionũ resolutio. Nam licet clerici á iurisdictione laicorũ, & sic à legibus iuris ciuilis videãtur exẽpti, tamẽ nos Hispani, nõ minus exẽpti sumus ab illis legibus, & Galli, similiter exẽpti sunt Et Romani ipsi, legibus Atheniensiũ nõ suberãt: quibus veluti hospitio receptis vtebãtur. l. 2. ff. de origi. iuris. Et nos Hispani, Galli, & Lusitani, dictis Romanis legibus, veluti eodẽ hospitio receptis, etiã vtimur: glosa in. c. Adrianus, 63. dist. eisdẽq; veluti nostris iã factis, spõte nos subiecimus, & gubernamur, in quibus casibus, per leges nostras eis derogatũ nõ est. Sic ergo clerici ad huiusmodi Imaginẽ, & similitudinẽ iure communi Romanorũ vtũtur, nisi qua ex parte eidé, per Põtificũ Canones, hodie est derogatũ: & Hispanorum leges clericos etiã tenẽt, quatenus iuri canonico nõ aduersantur: sed in specie nostra non inuenitur derogatum, vt patet, ergo eos, ligat præsens Pragmatica.

55 ¶Et facit, quia in primitiua Ecclesia, clerici, & eorum res, iurisdictioni Regum, & Imperatorum, suberãt. vt constat, ex multis Imperatorũ etiã Christianorũ legibus, & cõstitutionibus latis, de personis ipsis, & rebus Ecclesiasticis, omniq; disciplina Ecclesiastica, quæ cõtinentur sub titulis, C. de Sacro sanct. Eccles. de Episcop. & cleri. & de Episcopal. audiẽ. Maxime, in nouella cõstitu. 83. vt clerici apud ꝓprios Episcop. Vbi Iustinianus, ad supplicationẽ Episcopi Cõstãtinopolitani, dedit clericis priuilegiũ fori, in ciuilibus tantũ, & Episcopo nõ impedito aliás, & omnino incriminalibus, eos reliquit, sub iudice seculari. Et satis deducitur, ab autoritate Diui Pauli, qui cũ videret causam suã iniquæ tractari, ad Cæsaré appellauit: à quo eum oportere iudicari, dixit, Actuũ Apostolo. capit. 25. Et ex eodẽ Paulo, ad Roman. 13. vbi scribit, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Quo in loco, Chrysostomus annotauit, illic obedictiã iniũgi omnibus, etiã siquis Euãgelista sit, aut Propheta: cũ ista subiectio, pietaté minime subuertat. Et tamé in eo capite, Paulus de secularibus potestatibus tractat, præcipue: vt lector facilime deprehendere valeat, locũ illũ satis hãc nostrã cõclusionẽ probare: cui alludit testimoniũ Diui Petri. 1. Epistolæ. cap. 2. dicẽtis, subditi estote dominis vestris, siue Regi, siue ducibus ab eo missis. c. magnum, 11. quæstio prima.

56 ¶Et cũ etiã ante ius canonicũ scriptũ, iura ciuilia extarẽt, clerici quia nõ poterãt sine lege viuere illis legibus regebãtur: Nec vnquã postea clerici ab eis discesserũt generaliter, immo à Põtificibus fuerũt generaliter approbatæ, nisi in casibus, in quibus modo contrariũ, modo diuersum statuerũt, modo nouum ius crearũt: in reliquis auté id ius cõmune adseruauerũt: quod postquã receperũt, iã eos id ligat, nõ secus quã si ab eis primordiabter esset inuentũ: vt præallegatus Mẽchacẽsis annotat in. d. c. §. nu. 9. lib. 1. cõtrouers. vsu frequẽ. & cõmuné opinionẽ esse Didacus à Castello, testatur, in. d. l. 1. Tauri, fol. 17. quicquid Andre. Barba. contrariũ teneat in. d. c. Ecclesia Sãctæ Mariæ, & in. c. fi. de solutiõ. Nec quicquam refert vnde originẽ traxerint, si modo iã à Põtificibus autoritaté receperunt. l. non vnde, C. de non numer. pecun. Cum omnia ea nostra faciamus, quibus autoritatem impartimur, teste Iustiniano in. 1. constitutione Codicis.

57 ¶Et ita disposita per ius ciuile, ex toto, ac ex vniuerso approbata, à iure Canonico censentur: vt in. d. c. 1. & 2. cũ ibi notat. de no. op. nũcia. vnde cũ omnes pleræq; leges dictorũ titulorũ, & nominatim, dict. authen. hoc ius porrectum, sint, à iure Canonico approbatæ, & veluti (vt diximus) hospitio quodam receptæ dubitari iam non oportet, quin vim legis habeant: & in eo, tantum quæstio erit, an eam vim, vigorem, ac viuacem spiritum ab Imperatoribus, an vero ab ipsis Põtificibus, cæpisse videantur: & magis est, vt ab eisdem Pontificibus acceperint: vt fere per totum titulum, de confirmatio. vtili, vel inutil. Inferturq; clare, eas leges, vel earum pleras q;, etiam hodie

vigere, non solum quasi vsu totius cleri, Paulatim taciteq; receptas, sed etiam quasi à Pontificibus generaliter admissas: quorum alterutrum, nec dum vtrumq; sufficiebat, §. ex non scripto, instit de iure natura. l. de quibus, cum leg. sequent. ff. de legib.

57 ¶Lex enim ciuilis, quándo est iusta, & rationabilis, censetur etiam approbata per Papã: vt notatur, in. d. c. 1. de no. oper. nunciatio. & in. c. Ecclesia, vt lit. penden. & tradit Marãta, in. d. disputatio. 8. nu. 27. Et inde Panor. in. d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 43. & Felin. nu. 82. concludunt testamentum laici, in quo clericus institutus hæres reperitur, spretis legis vel statuti Secularis solemnitatibus, nullius esse mométi, nec effectus, & dicit ibi Felinus hoc voluisse Bart. in. d. l. cunctos populos, & Ioan. de Imol. in. d. c. Ecclesia, & sequitur Corne. in. consil. 64. incip. consuluit, col. fin. versic. confer etiam ad prædicta, vol. 3.

58 ¶Et ita lex Principis secularis, quæ de interdicto armorum vsu, iusta est, clericos etiam complectitur: & palã fit clericos non posse arma portare quæ lege laicorũ sunt interdict. c. 1. §. si clericus, de pace tenẽd. & eius violator. Et quęcunq; clericũ, arma prohibita portanté, expoliari his armis posse per iudicem secularem, & ministrum laicæ iurisdictionis priuari, absq; vllo metu excommunicationis. Nec compelli poterit iudex secularis á iudice Ecclesiastico, arma illa restituere: quia licet non posit iudex secularis punire clericum arma prohibita portantem, pœna etiã pecuniaria: ipsa tamé arma, quibus armatus deprehésus est clericus, iustissime potest, eidem anferre. Nec est lex Diuina, vel Humana, quæ contrariũ probet: Immo hæc tacita iuris, & Pontificũ permissio sanctissima est: atq; in maximã vergit Reipublicæ vtilitaté: alioqui clerici libere vagarentur armati: cum iudex Ecclesiasticus, nõ habeat ministros, qui noctu possint clericos armatos cape, arma q; ab eis tollere

59 ¶Præsertim, cũ frequétior sit, in toto fere orbe Christiano, illa cõsuetudo, quæ obtinet arma nõ amitti, nisi quis fuerit deprehẽsus armatus: etiã si constet illũ arma portasse. Et in specie legũ fere nostri Regni, Philip. Corne. notat, in cõsi. 20. incipié. videtur, in præsenti casu, volum. 3. cui cõsentit Alexãd. in. l. possideri §. Neratius, ff. de acqui. posse. voluit Romã. & Alberi. in. l. 1. §. hoc rescriptũ, ff. ad. S. C. Syllan. & Bal. in. l. 3. §. 1. ff. de offi. præfect. vigil. (& diximus supra, in. 1. conclusio. num. 31.)

60 ¶Sic ex antedicta ratione, iustũ inuictissimi Caroli Cæsaris Hispaniarũ Regis procedit decretũ, ann. 1526. latũ Hispali, & rursus Granatæ, inter Granatensis Auditorij ordinationes fol. 74. col. 2. vt clerici primæ tonsuræ, qui semel iurisdictioné secularé fori exceptione declinauerint: & fuerint á seculari ob id punitione liberati, non possint arma ferre: nec armis vti, etiã illis; quæ alioqui sunt Regia lege laicis communiter permissa: ac ideo posse iudices seculares hisce armis, hos primæ tonsuræ clericos licite spoliare.

61 ¶Nisi super ipsa exceptione fori declinatoria pronunciatũ non fuerit, nec exceptio habuerit effectum: nam ex sola allegatione, rea sumpsisse coronã non dicuntur, nec forũ decliuasse: Secundũ Bart. in. l. cũ patronum, ff. de iure patrona. & Bal. in. l. si quis in suo. nu. 5. C. de inosi. testamé. & Felinũ (qui valde cõmendat) in tract. de conatu, col. 4. ad mediũ, text. est, in. l. qui cum natu maior, §. accusasse, ff. de bonis liberto. ibi, † Accusasse non dicitur, qui causam non perorauit vsq; ad sentẽtiam. † Et in. l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inosi. testamen. & in. l. alia, C. de his quib. vt indig. & in. l. 13. tit. 7. part. 6. ibi, † Fasta q̃ diessen iuyzio sobre ella. † Quod est notandũ ad intellectũ: l. 17 tit. 3. lib. 1. ordina. Regia. & l. 9. tit. 1. lib. 3. earũd. ordina. & Pragm. 109. in volu. Pragmat. & docet Couarru. eruditissimus præceptor meus, in. c. 33. nu. 6. lib. practi. q. (& diximus in fundamét. 6. part. 2. prælect. l. 5. tit. 3. lib. 7. ordina. Regiar.) Et ita etiã ex his accipiéda, & intelligẽda est lex. 14. tit. 16. lib. 9. recopilatio. leg. Regi. quãuis eiusdé leg. verba aliquomodo huic intellectui refragari videãtur, quæ tamẽ cũ effectu capiẽda sunt, & q̃do exceptio, seu allegatio illa effectũ habuisset: (vt supra est notatũ)

62 ¶Sic etiam (vt paulo ante dicebamus) intelligenda, & accipienda sunt, quæ post Calderin. in dict. Consil. 21. sub tit. de constitu. & Anchar. in. d. Consil. 11. Aymon Crauet scribit, in Consil. 186. incipien. presens consultatio, 4. colu. nu. 8. quod statutum laicorum, ob eorum commodum principaliter factum, valet. licet ex eo, in consequentiam, incommodum, aut præiuditium inferatur Ecclesiæ.

63 ¶Vnde Menchacẽsis in dict. c. 5. lib. 1. controuers. illust. infert suspectũ esse, quod Phil. Decius tenet in. d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 24 post glosam, in. c. nouarũ, 16. q. 1. Calderin. tit. de censib. Consil. 2. Bart. post glosam ibi, in. l. ad instructiones, C. de Sacrosanct. Eccles. Barba. in Consil. 1. incipien. magnus scripsit. vol. 3. & in Consil. 29. incipien. clementissimum, vol.

4.& Panormitan.in Consil.3.incipien.casus su per quo,vol.1. quod ad instructiones pontiũ & murorum,ac viarum publicarum, de quibus,ibi,clerici non teneantur cõtribuere: Cuius contrarium,notat Lucas de Pen. in. l.fin. in fine,C.de exactor.tribut.lib.10.& in.l.2. & 3.C.de quib.muner.vel præstatio,nemi. se excus.lib eod.vbi clare respõdet,ad singulas Canonistarũ vanas(vt ipse loquitur)subtilitates concludens clericos, & Ecclesias ad id teneri,omni iure,etiam Diuino,etiam non vrgéte tan repentina necessitate. Et voluit Bellamera,in dict.Consil.45.incipiẽ.Consules, Guido Pap.in.q.7.&quæst.78.Ripa,lib 2 respõso. cap.20.nu 5.Idq; vbi necessitas postulat,receptum est.secundũ Menchacẽ.in.d.c.5.& Guiliel.Benedict.in dict.ver. † Et vxorẽ nomine Adelasiam, †decisio 5.nu.469.cum sequẽ.cui conclusioni fauet lex Regia (ita accipienda) 54.tit 6.part.1.ubi idẽ tenet Grego.Lupi. sentiens contrariam opinionẽ posse defendi vbi opus illud publicum,esset mere voluntariũ, aut vtile tantum.nõ sic , si esset necessarium: & ita procedere.c.nõ minus,de immunit. Ecclesia.Et tenuit Rebuf.in.d 1.Tom.cõst. Reg. tract.de sentẽ.puisio.art.3.glo.6.nu.4. Quod tamen,qualiter intelligendum, & practicandum,in his Regnis sit,diximus supra,in.1.conclusio.super glosa,uerb.†Iusto.†nu.61.

64 ¶Vbi obiter notauimus coactionem, his in casibus,iudici Ecclesiastico reseruari:quod tamen limitari, & intelligi debet,nisi tan repẽtina foret necessitas , quod non posset adiri prælatus Ecclesiæ , vel requisitus cogere viros Ecclesiasticos,recusaret : aut plus debito differet:Nam tunc clerici,per potestatem secularem cogerentur:teste eodem Guiliel.Benedicto,in dict.decisio.5.nu.470.vsq; ad,nu. 476.cum excuset in talibus vrgẽs necessitas. †Et facile summi numinis speretur venia,vbi multorum salus,& incolumitas procuratur† l.prouinciarum Præsides,C.de ferijs.

65 ¶Et necessitas legem non habeat permissiuam,prohibitiuam, nec consultoriam , & in qua nemo liberalis existit:nec tempus datur deliberandi l.rem legatam,ff.de adimẽ. lega. & glo in.l.1.C.de oper.liberto.quo in casu,nõ dicitur fieri contra legem,vrgente necessitate,vel suadente publica vtilitate : textus est singularis,in.l si hominem,ff.mandat . secundum eundem Guilielm.Benedict.in dict.verbo,& vxorem,num.255. Melius est enim , in tempore occurrere,quam post exitum vindicare,leg.1.C.quand.lice.vni.sin.iud. se vind.l. fin.C.inquib.caus.rest.in integ.neces. non est. Et ne illud vergilianum valeat obijci †tarde venere subulci.† Quodq; Imperator scribit, in leg. 2. C.de iur. & fact.ignor.†Sera prece tibi subueniri desideras.† Et in leg. 2. C.de hæred. vel act vend†.sero desideras tibi succurri post destructam ciuitatem, ideo prouideas ante.† Vnde quacunq; manu fiat,non refert, dũmodo necessitati,occurratur:quia non censetur esse factum per laicos voluntarie,sed necessitatis lege,quæ habet,quod illico, occurratur vel Respublica perdatur . Et ideo clericus fugitiuus,vel defuga suspectus,capi potest à laico propria autoritate,secundum Bar. in.l. si quis,in seruitute,ff.de furt.Panor.& alios, in cap.cum non ab homine,de iudic.quod sequitur Hippol in singul.43. incip. debitor fugitiuus.Quod tamen censeo practicãdum in clerico actualiter fugiente , adducendo tamen eum ad iudicem Ecclesiasticum, non vero laicum.Secus autẽ,in suspecto de fuga,qui non poterit capi,nisi ex iudicis Ecclesiastici commissione:teste Francis.de Ripa,in.1.lib. de legib respons.13.incipien.laicorum,& Petro Rebuf in.d.1. Tom.consti.Reg.tracta . de literis obligator.arti.6.glo.4.nu.76.qui testatur hodie in Francia,sine mandato Episcoporum,à laicis iudicibus capi,& Episcopis suis remitti. Quæ sunt notanda, ad limitationem eorum, quæ Iason tradit,in,§.1.insti.de action. & ipse Rebuf.in dict.glo.4.nu.72.Et ita intelligenda sunt quæ Frãc.Marc.tradit,in decis.1060. parte prima.

66 ¶Et facit , quia propter defectum iustitiæ, seu negligentiæ iudicis Ecclesiastici,permittitur,quod clericus trahatur coram iudice seculari,can.Principes seculi,23.quæst. 5. & ibi, glos.dicit,cum potestas Ecclesiastica deficit, laicus potest corrigere clericos, c. sunt quædam enormia,23.quæst.5.& tenet Panormit. in,cap atsi clerici,circa finem,de iudic.& Guilielm.Benedict.in dict.verb.Et vxorem,decision.2.num.162.vt cum schisma faciũt clerici, & non possunt ab ea,compesci:vt volunt glosa,in cap.tua,de decimis,& quæ ibi dicit, Andre.Barba.quicquid Alexan.teneat,in consil. 8.incipien.videtur,volu.1. qui tamẽ loquitur in casu,in quo potest adiri superior, scilicet, Summus Pontifex.

67 ¶Et ita accipiendus est Panormita. in cap.sicut,3.de iure iurand.dum dicit,quod quoties Princeps inuaditur,si timor sit subitaneus, & improuisus,Ecclesia contribuere tenetur : vt ibi dicitur,in fine.

68 ¶Sic etiam, & illud intelligendum est quod præallegatus Guliel. Benedict. tradit, in dict. verb. & vxorem, decision. 2 nu. 138. quod Curia Regis Fráciæ, cogit clericos, & quoscunq; prælatos, ad suarũ Ecclesiarũ reparationem.

69 Et quod ipse tradit, in 1 part. d. cap. Raynutius, in verbo, domum, nu. 17. quod clerici, & Ecclesiasticæ personæ teneutur, & cogi possunt, domos suas, & Ecclesiam reparare, etiã per secularem potestatem. quem citat, & sequitur Auendanus, in c. 3. nu. 7. lib. 2. de exequẽd. Princip. manda. dicens, licet sit piũ, & iuridicum, de consuetudine tamen nõ seruari: ex Alberico, in l. si in aliquã, ff. de offic. procõsul. Ac subiungens posse tamen iudicẽ secularem, necessitate belli imminente, cogere ad muniendam, & fortificandam turrim Ecclesiæ. vt not. Bald. in l. 2. C. de Sum. Trinit. & fid. Catho. bonus est tex. in c. sicut excellentiam, 23. quæst. 4.

70 ¶Sed & clericos Ecclesiasticas q; personas, per secularem potestatem cogi posse, reparare viam ante domũ, & itineris pertinẽtia sua mundare facere suis expensis, Bartholo. Cepola tenet, in tracta. de seruitutib. rustic. prædio. tit. de seruitute viæ, q. 26. quod est notãdũ in praxi, circa ordinationes Hispalẽs. fidorũq; Executorũ, †Para q̃ no echen agua suzia por las calles, ni otras inmundicias. †Et ad mãdata præfecti vrbi Hispalensi, & eius locũ tenẽtium, pro mũdandis per vicinos viarum suis pertinentijs. Vt ab his mundicijs clerici etiam & ecclesiasticæ personæ non excusenenr: nec à pœna, & mulcta effundẽtiũ amurcã per vias publicas: quod iã vidi practicari, †Cõtra algunos clerigos señores de molinos de azeyte, quando se echaua dellos el alpechin por las calles. †Eritq; notandũ, quod sententiæ, dictis in casibus aduersus clericos latæ, executioni dabuntur, non obstãte appellatione: argum. l. de pupillo. §. si quis riuos, ff. de noui oper. nũcia. & not. præallega. Rebuf. in d. 1. Tom. ordina. Regiar. tract. de senten. prouisiõ. arti. 3. glosa. 6. numero. 2.

71 ¶Sic etiã (vt ad rẽ vnde digressi sumus reddeamus) procedit, & intelligendum est pœnã nostra in specie aduersus præsentis Pragmaticæ trãsgressores, in ea sancitã, inferendã esse, quo ad clericos, & personas attinet Ecclesiasticas per iudices Ecclesiasticos: Nec clericos à laico iudice, ob id capi posse, nec puniri: vt egregie notat Ioã. de Plate. in §. itẽ lex Iulia, nu. 108 instit. de publi. iudic. quẽ citat, & sequitur Ioã. Lup. à Pala. Rub. in d. rep. c. p vestras, §. sed est pulchra dubitatio, 4. col. nu. 13. & Mẽchac. nouissime, in dict. lib. 1. de succesio. creation. §. 10. nu. 648. versic. & Hispaniæ vsu euenit, & Reuerẽdis. Præceptor meus, Didacus á Couarru. in lib. practicarũ, q. cap. 33. col. pen. Nisi quãdo iudex Ecclesiasticus requisitus dictam pœnam clerico infligere, recusaret: aut negligens esset. plus ve, debito, differret.

72 ¶Et ita etiam accipiendum est, quod ibidẽ ipse tradit Couarru. fortassis Ecclesiasticum iudicem non teneri mulctare clericos transgressores præsentis Pragmaticæ pœna, per eam statuta: Sed posse eos alijs pœnis iuris Canonici, & pecuniaria mulcta eius arbitrio punire. argum. eorum, quæ in armorũ vsu lege Regia vetito, tradunt Ioan. Faber, in leg. addictos, C. de Episcop. audien. Chassen. in consuetud. Burg. rub. 1. §. 5. versic. Archidiaconus, nu. 79 Carolus Degrassalius, lib. 2. Regal. Frãciæ, iure, 17. Aufrerius, in dict Clemẽ. 1 de offi. ordina. regu. 1. fallen. 13. & Gul. Benedict. in dict. verb. & vxorem, 2. decision. num. 436.

73 ¶Quando sufficienter puniret, secus autem si leuem pœnam imponeret, nam tunc iudex secularis, posset se intromittere, & vsq; ad debitam Pragmaticæ eiusdem pœnam supplere: vt post Alexan. in additio. ad Bart. in dict. leg. cũctos populos, C. de Sum. Trinit. col. 4. Mathe. de Afflict. in rubri. 1. lib. 1. costitu. Neapolit. nu. 28. & in eodem lib. rubri. 5. de crimine sacrilegij, nu. 6. cum sequen. & Pet. de Anchar. notabiliter, in regul. ea quæ, 19. col. num. 16. versicul. nono quæro, de regul. iuris, lib. 6. Bald. notat: post Guliel. & Iacob. Butri. in le. placet, C. de Sacrosanct. Ecclesi. & Anton. Gometius, studiosissimus præceptor meus, in capit. 1. numero. 40. tom. 3. de delict. textus est in capit. fœlicis, §. per hoc, de pœnis lib. 6. quem pro singulari, ad id Panormita. in capit de his, de accusatio. & in capit. 1. de offi. ordin. vbi Anton. de Butrio, & Bald. in Consil 260. incipien. facta est per Episcopum, volumin. 3. & Couarru. lib. 2. variarũ resolutionum, cap. 10. numero, 6. quorum opinionem, communem dicit Andre. Alciatus, in d c. 1. de offi. ordina. in glo. finali, quo in loco, falso citat Felinum, in dict. c. de his, tanquã hanc esse communẽ asseuerantẽ: quã tamen probat, & explicat Aretinus, in cõsil. 58. incipiẽ. diligẽter. 2. dubio, nu. 8. secus vero, si pœna sufficiẽs & æquiualens esset: argumen. eorũ, quæ Ioã. Andre. Et Dominic. not. in d. cap. fœlicis, & Aretin. in d. c. de his, censentes hoc nõ posse iterũ, apud seculare iudicẽ tractari. Quod, & in pra-

in praxi probarem: quamuis dicẽs vtile, & fortassis obseruandum, de hoc dubitauerit, Andreas ipse Alciatus, in dict. cap. 1.

Pragmaticam taxatum, quod illius mensuræ
iustum est, soluat primo emptori, sibi, quod
amplius dedit periturum, ac imputandum:
qui id, vltra precium definitum indebite sol-
uerit: Et quod sufficiat, hunc secundum em-
ptorem, precium soluere ab eadem lege ta-
xatum, textus videtur probare: in. l. si fideius
sor, §. meminisse, ff. de lega. 1. vbi dãnatus ven
dere, intelligitur iusto precio. Et ita enim tex-
tum intelligunt, glos. Bartol. Bald. Imola,
Raphael Cumanus, & recentiores ibi, & tex
tus, leg. si possessor, hæreditatis, §. final, ibi,
†Verum precium debet præstari, †ff. de peti.
hæredita. & in leg. cum quasi, §. si plures,
& leg. sequent §. si is cuius, ff. de fideicom. li-
bert.

115 ¶Facit, quod Angelus, Raphael. Cuma-
nus, Paulus. Castrensis. & Iason volunt, in
lege qui Romæ §. cohæredes, ff. de verbo-
rum obligatio. quod si quis ex pacto, tenea-
tur vendere aliquid consorti, si velit eme-
re, potius quam alij extraneo, sufficit, vt
consors offerat iustum præcium: etiam si
alius quispiam maius offerat. Et ita dicit ip-
se Angelus, fuisse disputando determinatum,
à Martino Fanési. cuius rei, Rapha. & Paulus,
hanc tradunt rationem, quia si consors tene-
retur tantum precium dare, quãtum ab alio
reperitur, facile posset fraus fieri, submisso, à
věditore, extraneo, qui multo plus offerret,
quam iustum precium, & tamen nolet eme-
re: & idem tenuit, Mathe. de Afflict. in consti-
tutio. Siciliæ. incipiě ad subiectorum, in final.
notab. & facit tex. in dict. l. 1. de metallar. cum
notatis, ibi, per Barto. (supra, vt adduximus)
quod si Colonus velit vendere partem suam
fructuum, debet alijs præferre dominũ eme-
re volentem: si modo iustum precium offe-
rat. Quod dicit menti tenendum. tãquam sci-
licet non consideretur id precium, quod ab
alijs inuenitur, sed tantum quod iustum est.
Bonus est tex. in. dicta leg. ad officiũ, (cum
his, quæ supra notauimus), C. cõmu. diuidũ.
¶Et in. l. licitatio, in prin. ff. de publican. & ve
116 ctigalib. vbi licitatio quæ calore licitantis, no
tabiliter vltra modum solitæ conductionis, in
flauit, non facile est admittenda. Et quod su-
pra tradidimus, ad æstimationem rei, attendi
debere quanti res vendi posit, in loco publi
co, in quem omnes conueniunt. Nec est in cõ
sideratione, si frumentum in alio loco valuit
carius, vt supra notauimus, in glo. vlti. 4. con
clusionis, nu. 26. Et vt dicit Bald. in. l. fin. §. fin.
C. de administ. tutor. per illum tex. tutor non
mittens frumentum, vel alias merces pupilli
ad alium locum, vbi carius venditur, non te-
netur de illo lucro, & interesse, quem citat,
& sequitur Mathe. de Afflict. in decisio. Nea-
pol. 316. incip. Galiotus, nu. 8. (Quod est valde
notandum, in materia declaratoriarum præ-
sentis Pragmaticæ, pro tutoribus, & econo-
mis, qui potuerunt mittere frumentum, or-
deum, vel typham, ad quædam loca, vbi ca-
rius permittitur vendi, & sine taxa: (& vt sic,
anno proxime elapso vendebatur, quod ad
istud interesse & lucrum non teneantur.) Cõ
trarium tamen, imo quod totum precium,
quod primus emptor dedit, præstare tenea-
tur, is retrahens, volunt, Ioann. Andre. in ad-
ditio. Specul. titul. de emptio. & venditio. §.
nunc dicendum, 2. numero, 30. in addittio. fin.
& Bal in dict. l. 2. col. fin. nu. 30.. C. de rescind.
vědit. (vbi pro hac parte plures citat textus)
& Salyc. in dicta leg. dudum, C. de contrahě.
emptio. Imola, Alexand. Aretin. & Socinus, in
dicta leg. qui Romæ, §. coheredes, Roman. in
leg. si eum, in princip. ff. si quis caution. Alua-
rot. & Cardinal. Alexandrin. in cap. primo, §.
sed & res, per quos fiat inuestit. Franciscus
Aretinus, in dicto, §. meminisse, in principio
Iason (sibi aduersarius) in dicta leg. final. sex-
ta columna, numero vigesimo secundo, & vi-
gesimo tertio, C. de iure emphyteot. Fabia-
nus à Monte, S. Sabin. in tractat. de emptio.
& venditio. parte tertia, quæstio vigesima,
versic. Sed tunc quæro, & iterum in parte
quinta versic. sed quæritur, an valeat, & Gui-
do Pap. in singul. 780. incip. in emptione, o-
ptimus est textus, in capit. porro, ibi, †Æ-
quali precio, tit. qualit. olim feud. alien. pote-
rat, vbi, dominus qui potest redimere feudũ

alienatum, debet reddere idem precium: quod ibi not. Bald. Martinus Landen. & alij, textus est, in l. pen. & in l. fin. & vtrobiq; Barto. C. de locatio. prædio. ciuil. lib. 11. vbi antiquior Colonus fisci, debet præferri extraneis, in nona eductione, dummodo idem precium offerat, quod & cœteri: quos textus expendit, & dicit notab. Barto. in l. cotem, §. agri, quem legit, cum initio, ipsius legis, ff. de publi. & vectigal. & tex. in l. in fundo, ibi, + Si paratus est dominus, tantum dare, quantum habiturus est possessor + ff. de rei vendica. & in l. prætor §. in eam, ff. de bonis autori. iudi. posisden. & in l. si quis vxori, §. fin. ff. de furt. l. ferum fugitiuus, in prin. ff. de condict. furti, c. potuit, ibi, + Quantum sibi, ab alijs offertur, de locato.

117 ¶Et in dict. c. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestit. ibi, + Pro æquali precio, ex quo, not. Bald. Aluarot. & Cardinal. Alexandri. quod agnatus, qui cœteris præfertur in venditione feudi, debet dare id precium, quod ab alijs reperitur. Et idem per illum textum tenent Iacobin. à Sanct. Georg. in tract. feudor. in verb. & cum pacto de non alienando, col. peu. ver sic. verum quia dixi, & Francis. Curtius, in eodem tract. 4. part. princip. versic. 5. & vltimo.

118 ¶Præterea venditor is, à quo retrahitur seruari debet indennis, ne ex eo, quod ipse cogitur alteri vendere, patiatur damnum indebite, argumen. d. l. ad officium, C. commu. diuidun. Et Priuilegium, siue facultas illa prælationis, intelligi debet, sine damno tertij, l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publi. cum similib. Nihil enim peccauit, emptor extraneus emendo, nec enim præsens Pragmatica eum prohibet emere, vltra taxatū in ea precium: solum namq; vendentes arcet, vt patet ex eius verbis. + No pueda vender, ni vēda, + & ibi, + No suba, ni se venda, + & ibi. + So pena que el que vendiere. + Quicquid post Panormit. Felin. nu. 4. conetur, in proœm. Gregorij, ex quorum dictis, si recte attenditur, potius nostra colligitur conclusio, cum correlatiua hæc, hac in lege, pariformiter se non habeāt. Et sunc secundum eos vnum ex correlatiuis, ad reliquum, non extendatur. Et tenuit idem Panor. in c. ad de locato, & ante eum glo. verb. contrahere, in Clem. vnic. de consangui. & affinit. quam sequitur, & dicit notab. Constantius Rogerius, in tract. de iuris interpretatio. pag. 193. Et ita intelligi debet Pragmatica cōtra promercatores frumenti, lata Madrit. 26. mensis Iunij, ann. 1530. Et sic etiam accipienda est Pragmat. 78. in Comitijs Valli Oleti habitis, ann. 1555. quæ ex antedicta correlationis ratione, non obtinet in minoribus vendentibus, & mutantibus, in quibus reuera (vt ex eius verbis patet) non loquitur, nec in eis, eiusdem legis ratio, sicut in ementibus (in quibus tantum disponit) militat. Siquidem ad emendum propensiores, & procliuiores minores sint, sibiq; hac in specie vt consulant, & suæ egestati prouideant, emant assidue ad creditū res inutiles: pro longe q; maioribus quam valeant precijs, suo magno malo, & in maximū suorum parentum, & facultatum præiudiciū.

119 ¶Item praxis, (cuius supra meminimus) solum cui, seu Republicæ facit ins retrahendi: atq; ad se veluti venditionem reuocandi, seq; ita in locum venditoris collocandi, ac subrogandi. Et subrogatus eiusdem sit naturæ vt is in cuius locum subst ituitur: & succedit. l. Imperator, §. vltim. cum leg. seq. ff. de lega. 2. l. parabolani, C. de Episcop. & cleri. cap. Ecclesia. 1. & ibi glosa, verb. successerunt, citat concordan. ve lit. penden. Sic nuncupatim Bald. in c. causam, col. 1. de restib. inquit, quod emptor, à quo res retrahitur, debet seruari indemnis, per tex. quem dicit notabil. in l. intra vtile, §. vendentibus, ff. de minorib. Bonus est etiam tex. in l. debet, ff. de ædilit. edict.

120 ¶Aliter namq; emptor ipse, à quo frumentum retrahitur, duplici afficeretur iniuria, tū quod cogatur inuitus reuendere oppidano, vel Republicæ, contra, d. l. dudum, C. de contrahen. emptio. tum, quod partem precij à se dati, sine vlla ipsius culpa, aut peccato amittat, contra cap. sine culpa, de regul. iuris, lib. 6. vbi glosa citat concordan. receptum q; sic, non debere quempiam, duplici onere, aut dāno affici. l. nauis, §. cum autem, & §. cum ergo, ff. ad leg Rhod. de Iactu, l. cogi. §. inde quæritur, ff. ad S. C. Trebellia. l. iure, ff. de iure dotium, l. ficum dotem, §. si pater, & ibi glosa, ff. sol. matrim. l. pē. ff. de dote prælega. c. asti clerici, §. fin. de iudic. l. tam dementis, C. de Episcop. audien.

121 ¶Et hæc pars verior mihi videtur, quicquid Paulus de Castro, & Alexand. in. d. l. qui Romæ, §. coheredes, & vtriusq; nomine, suppresso, Frācis. à Ripa, in. d. l. 1. in fine, ff. de priuileg. credito. distingāt, ne via aperiatur fraudibus quæ darentur, ex submisione personæ, quæ multo plus offerret, quam res valeret.

122 ¶Nam antedicta procedunt, & sic accipienda sint, dummodo fraus, & collusio absit, pacta q; sint æqualia, ac precium quod exigetur reuera, & sine fraude fuerit traditum. Secundum

dum Baldum,in.d.l.2.in fine,C.de rescind. vẽdtio.per textum,quem voluit ibidem allegáre,in.l.Si venditor precio,ff.de in diem addit. quem sequitur Saly.in.d.l.dudum.col.2. versi. quæro,statuto cauetur,& Roman.in.dict.l.si eum,ff.si quis cautio.Iacob.Aluaro. & Cardin.Alexandri.in.d.c.1.§.sed & res , per quos fiat inuestit. Rapha. Cuman. Francis.Aretin. Socin.& Iason,in.d.§.cohæredes.

123 ¶Vbi ipse Aretinus dicit,quod in hoc multũ solers,& prudens debet esse iudex, vt videat si possit perpẽlere fraudem:in qua (inquit) deprehendenda,multum facit enormis læsio precij,cum alijs coniecturis: Cum ad hoc cõiecturæ sufficiãt.l.dolum.C.de dol.&. l. apud Celsum,in princip.cum glo.ff.de doli mal. exceptio.Cum simlib.tradit Marcus Mantua,in Consil.46.incip.quod depositum,nu. 14. & in Consil.266.incip.mirum,nu.35.Bonus est textus,(loquens,in emphyteota,qui vult vẽdere rem emphyteoticam)in.d.l.fin. C. de iure emphyteo.in illis verbis,†Quantum precium ab alio reuera accipi potest.† Et iterum , ibi. †Tantam præstare quantitatem, quantã ipse reuera, ab alio accipere potest.†Nam cum dicitur, reuera,plane datur intelligi , omnem fraudem,collusiónem,& mendacium abesse debere. Vt etiam ibi,not.Saly . 3.col.nu.13.dicens,si aliter fit,à iure suo, cadere : esseq; tenendum menti.Citans ibi tex.in leg. eum qui emit,versic.cum igitur,ibi,falsus emptor , ff. de in diem addictio.& post Ioan.Fabri,in.d.l. vlt.col.fin.& Speculat.in tit.de locato ,§. nũc aliqua, versic. 92 . hanc etiam sententiam tenent Hostien.Collectar.4.col.versic.sed quid si retulit,& Ioan.de Imola, qui id not.in.1.notab.in.c.potuit,de locato.

124 ¶Et faciunt,quæ scribunt Bald. Martin.Lauden.Aluarot.& Cardin.Alexandri.in.d. c.porro,post princip.qualiter olim feud. alien.po. quod cum ibi dicitur , quod dominus potest æquali precio redimere feudum alteri venditum,illa verba , æquali precio , ponuntur ad excludendam fraudem : multi enim (inquit Baldus)confingunt precia, in fraudem aliorum,Nam vt cœteri dicunt, si emptor, & vẽditor colludant de maiori precio , id quidem non attendetur per dictam leg.vltim. Si quis vero alleget fraudem in contrariũ, eam probare debet.l.quoties,§.qui dolo,ff.de probatio.& tradit Petrus Rebuff.in.d.2.Tom.Constitu.Regia.in tracta.de literis dilator.analib. arti.1.glos.1 nu.14.circa finem.

¶Item eo in casu,prædicta obtinent, quando primus venditor,qui pluris vendidit,& superaccepit , vltra precium taxatum, haberi non potest:Nam cum huius est copia, cogendus erit emptori primo , super acceptum restituere:Secundus q; tunc emptor , nihil amplius precio à lege definito,eidẽ soluet . Qua in specie procedet prima,(quam supra citauimus)opinio,quod satisfaciat offerendo iustũ precium.Nec venditori primo , quantum vis minori,& restitutionem petenti , patrocinio erunt,pro secunda parte iura allegata, quod tantum precium,sibi dandum sit , quantũ ab alio reperitur, etiam si iustum excedat : cum talis directe præsenti aduersetur Pragmaticæ disponenti,quod amplius non superaccipiat: & ex his quæ Andre. Tiraquel.tradit, in dict. lib.de retract.tit.1.§.35.glo.2.nu.10.

125 ¶Et iniquum sit,ob suum facinus aliquid lucrifacere ,vt dicit tex.in.l.si ab hostibus, §. 1. ff.solut.matri.& in.l.fin.in fine,C.de reb.credit.& in.l.itaq;,in prin.ff.de furtis,ibi.† Sed nemo de improbitate sua cõsequitur actionẽ.† Et in.l.si remunerandi,§.Maurus, ff.mandat. ibi,†Nullam actionem eum propter suã calliditatem habere.†Et in.l.ita demum, ff.de recept.arbit.ibi,†Ne quis doli sui præmium ferat.†Et in.l.verum,§.tempus,ff.pro socio,ibi, †Æquum non esse dolum suum quẽquam relevare.†Et in.l.in prin.ibi,†Nec vel illis malicia sua sit lucrosa,†Et in.l.nec ex dolo , ibi, † Ne ex dolo suo lucrentur.†ff.de dolo malo,&. l. sed & si, §.plane,in fine,ibi,Ne & sua calliditas prosit ,†ff.ad exhiben.& in.l.pen.C.de legat.ibi,†Vt non accipiat fructum suæ calliditatis.†.l.dubium,C.de repud.l. 2. C. qui milit. non pos.lib.12.c.sedes,c.ex tenore,de rescrip. c.ex literis,2.de dolo,& cõtuma.c.ad nostrã, de emptio.& vend.ibi,†Quia igitur fraus , & dolus cuiquam patrocinari non debent, † Et c.pastoralis,§.vlt.de offic.delega.& in. c. statuimus,eod.titul.lib.6.c.cum qui. de præbẽd. eod.lib.c.dictum,& ibi glo.20.q. 1. bene facit lex,2.ff.de eo per quem fact.erit,vbi glos. citat concordan.& in l siue hæreditaria, ff. de nego.gest.& in.l.relegatorum,§. fin. ff.de interdict.& relega.

126 ¶In foro verũ cõscientiæ vẽditor frumenti, emptori primo restituere nõ teneretur quod ab eo maius superaccepit preciũ,quã p leg.taxatũ sit,quando huiusmodi primus emptor , ex eodem frumento , non solum deduceret precium,quod venditori dedisset,Sed cum lucro maneret(vt in pistoribus, & agasonibus frequenter contingit,) siquidem læsio , ex

hoc, ei non contingerit: qua cessante, & restitutio cessat: leg. verum, §. sciendum, ff. de minorib. †Sciendum est autem, non passim minoribus subueniri, sed causa cognita, si capti esse probentur, †& facienda non sit, cum quis certat de lucro ex alterius pœna, vel damno: leg. sciendum, & leg. nec velem, iunct. glosa finali, ibi, †Sed aliás ablatum, †ff. ex quib. caus. maiores. † Neq; enim intelligitur amissum, quod ablatum alteri non est. Tenetur tamé restitutionem hanc pauperibus facere: cap. quia pleriq;, de immunita. Ecclesia. ibi, † Et sic extorta restituat: & tãtundem cogatur pauperibus elargiri †Et cap. sicut dignum, §. eos insuper, de homicidio. Quæ restitutio iniustæ acceptionis, si commode valet fieri, facienda est in loco, vbi res fuit suscepta. c. Episcopis, & can. reintegranda, 3. quæst. 1.

128 ¶Retrahere tamen volens partem, & non totam quantitatem, inuito primo emptore, seu venditore, audiendus non est: Ex quo obligatio de reuendendo huic secũdo emptori, contineat rem tradi, leg. 1. & l. ex empto, in prin. ff. de action. empti l. si traditio, C. eod. l: in conuentionalibus, in fine, ff. de verbo obligа. rem autem tradi, sit indiuiduum, leg. stipulationes non diuiduntur, in prin. ff. eodem titul. vbi hoc not. expressim Bartol. multis cõprobans rationibus. Et in leg. si vt certo, §. si duobus, 3. col. ff. commoda. Et facta, cuiusmodi est reuendere, indiuidua etiam sunt. l. Consilio, §. vltim. ff. de curato. furiosi, leg. qui quadraginta, ff. ad leg. falcid. leg. 2. §. item si in facto, leg. 4. §. Cato, ff. de verbo. obligatio. glosa magna, in leg. certi condictio, ff. si cert. peta. Bartol. in, l. vxorem, §. agri plagã, ff. de lega. 3. & in, l. cui vsusfructus, ff. de vsufruct. Bald. in leg. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure. Alberic. in leg. vsus, in prin. ff. de vsu, & habita. Nec tanta est vtilitas, & æstimatio rei, in parte, respectu ipsius partis, quanta in toto, respectu totius, leg. si quis aliam, ff. de solutio. l. fundus ille, cum glosa, ff. de contrahen. emptio, l. Meuius, ff. famil. herciscun. l. si quis id quod, in fine, ff. de in diem addictio. glosa, verb. partis, in leg. 1. & ibi Saly. in. 5. notab. C. commu. diuidun. Barto. in dict. §. agri plagam. Et venditio partis, multa adducit incommoda: teste Bald. in. l. 1. §. in primo, col. 3. versic. extra quæro, C. de caducis tollen. pen. l. si non sortem, §. si cẽtum, ff. de condict. indebi. l. 2. C. quãd. & quib. quarta pars debea. lib. 10. vnde necessario sequitur, hoc etiam ex capite indiuiduum hũc retractum esse. l. 1. §. si pecuniam, & ibi Barto. ff. deposit. idem Bart. in dict. §. Cato, & in. d. l. stipulationes non diuiduntur, in. 3. quæst. per leg. in exequutione, versic. Secunda ad opus, eodem titul. & Bald. in. l. si plures, C. de conditio. insert. Generaleq; id sit, aut totum admittendum, aut totum repudiandum. l. cum quæritur, in fine, ff. de administ. tutor. l. nã absurdum, ff. de bonis liberto. l. si ita stipulatio, in fine, ff. de oper. liberto. l. quidam eulogio, C. de iure deliberan. quodq; cum emptor totum offerat retrahenti relinquere, retrahens, totum teneatur retrahere, vel totũ relinquere, per textum notabil. in. l. tutor, §. 1. ff. de minor. ibi †Respondi, eatenus rescindi, nisi emptor à toto contractu velit discedi, quod partem, empturus non esset. †Facit tex. in. l. communi, §. si debitor, ff. commu. diuidun. & in. l. cum eiusdem, & in. l. ædiles aiunt, §. fin. l. si plura, &. l. pen. §. idem ait, ff. de ædilit. edict. vbi si plura mancipia, vno precio fuerint vendita, & vnũ eorum fuerit morbosum, omnia redhibẽtur: Nec cogitur eptor, nõ morbosa retinere pro rata precij, & quod voluerunt, Guiliel. de Cũ. & Alberi. in. l. si duo patroni, ff. de iure iurãd. quicquid aliud videatur voluisse Bald. in tracta. proto. col. pen. versic. sed pone quodquis, & ibi quoq; Afflictus, in verb. scriptũ est, versic. quarto not. per tex. in. l. legatum, §. fin. & l. pen. §. 1. ff. de condicio. & demostratio. qui minime obstant, cum loquãtur in legatis: vbi fauorabilis fit interpretatio, pro legatario cõtra hæredem scriptum, qui certat de lucro: vt regulariter fit, in testamentis, & qui, totũ, siue pars, apud eum maneat, semper lucratur. Hic autem loquamur in contractibus, in quibus, interest contrahentis, ne pars tantũ apud se maneat. Et ita reperio respõdisse Barto. in Consil. 195. Incipien. Angelotus, vbi citat l. fundus ille, & quod ibi notatur, ff. de cõtrahen. emptio. & alia quoq; addit huc pertinẽtia: quæ quisq; videre poterit. Et voluit idem Barto. in. d. l. cui vsusfructus, & ibi, Lancelo. Decius, & idem Barto. in. d. l. si quis aliam, in fine, ff. de solution. vbi etiã Angel. & Paul. de Cast. post princip. & ipse Bald. in. l. 2. in fine (& ibi Hieron. Cagnol. in. 14. q.). C. de pactis inter emptor. & vendit & in Consil. 384. incip. duo sunt, 2. col. vol. 1. & in Consil. 32. incip. præsupponitur in facto. vol. 2.

129 ¶Sic, vel ex eadem radice fit, retrahentem hunc secundum, volentem triticum solum retrahere, debere etiam retrahere ordeum, typham, auenam, seu panicum, quæ cum tritico fuerint vendita: Nec suæ esse electionis,

quos

quos fructus velit ex his retrahere, ex quo vno contextu, citra legis fraudem, empti, & venditi sint: Siue quia constaret emptorem, non nisi omnes res empturum: tunc enim licet, in singulos fructus precium sit cōstitutū, vna tamen censetur venditio: nec poterit, in quibusdam tantum rescindi, vt est textus expressus, in leg. cum eiusdem, §. interdum, ff. de ædil. edict. quo subnixus Philippus Decius respondet, in Consil. 421. incipient. plene, & subtiliter, columna prima, quod si plures res, singulis precijs in eodem instrumento sint vēditæ; quas tamen constat contrahentes non empturos, aut vendituros fore, nisi omnes, habebitur huiusmodi contractus pro vna vēditione: vnde secundum eum, & venditori agenti ad precium, obstabit exceptio rei non traditæ, donec omnes traditæ fuerint. refert, & sequitur Andre. Tiraquel. in libro, de retract. titul. primo. §. 23. numero. 20. Et inde si creditori fuerunt datæ insolutum duæ res debitoris, puta duo fundi separatim & diuerso precio æstimati, vicinus vel proximior agnatus qui vult retrahere, non potest redimere nec retrahere inuito creditore, vnum sine alio: secundum Petrum de Bexutio, in leg. stipulare debemus, ad fin. princip. ff. de verb. obli. quem refert, & sequitur, Iason, in dict. leg. stipulationes non diuiduntur, decima quarta, columna, numero. 21. ad finem. Et faciunt tradita per Signorol. in Consi. 53. incipient. super prima quæstione, in primo dubio, & per illum (quisquis is est) qui repeticionem fecit, in leg. prima, C. de fundis. rei priuat. & Salt. diui. dom. libro vndecimo, in quarta regul. Fallen. secunda, incipient. considerationis, vbi scribit, quod cum quis simul emit centum agri iugera, vel etiam fundum quempiam simpliciter, non designato numero iugerum, vno tamen eodemq; precio, in singula iugera constituto, quorum alia sint fertilia, alia sterilia, consanguineum retrahentem non posse retrahere fertiliora, soluto illo singulorum precio, relictis sterilibus: iniquum q; aliud fore: & absurdum, per leg. qui vtilia, & leg. quisquis, C. de omni agro desert. lib. vndecimo. Præsertim cum emptor verisimiliter non esset sterilia empturus, sine fertilibus, quanuis omnia æquali precio emerit.

130 ¶Quæquidem omnia, etiam notanda sunt ad intellectum leg. 71. &, 72. cum alijs sequent. Taurin. & leg. decimæ tertiæ, titul. decimo, lib. tertio, for. sextæ, & septimæ, titul. septimo, libro quinto, ordina. Regia. leg. 220. stili, de retractu consanguineorum, & communionem habentium, disponentium, qui tamen rectius intuendo, longe differt à præsenti (de quo agimus) retractu: Cum ille alijs propensioribus, & validioribus procedat rationibus: & ex legis particulari dispositione, quæ nostri non meminit casus. Nec illum quia diuersus sit, comprehendit.

131 ¶Ex antedictis ergo, presentem percipies Pragmaticam illis, in verbis, † Quienquiera que quisiere, lo pueda sacar, y lleuar por tierra, de vnos lugares á otros, y de otros à otros de los dichos Reynos. † intelligi necessario debere, quando illis in partibus, ex quibus extrahitur frumentum, abundat: Secus si ibidem premat egestas, aut penuria, nam tunc ciues, vel oppidani, (supra vt diximus) exteris sunt præferendi: Argumen. textus notabil. in leg. si quis, secund. C. de aquæ duct. lib. vndecimo, probantis quod ciuitas promittens quantitatem vini, vel olei, vel similium, intelligitur promittere, scilicet remotis Reipublicæ necessitatibus. Nec per hæc verba, Pientissimus ipse noster PHILIPPVS aliud vult: qui ne sibi commissis populis eueniat damnum, per eandem prospicit Pragmaticam, ibi. † Que resultaria gran falta, y daño, à muchas de las nuestras Costas, y Puertos.

132 ¶Qui q; ad eorum etiam vtilitatem respicere debet: in Anthen. vt iudi. Sine quoquo suffrag coll. secunda. Et ad eorum sustentationem tenetur: §. Ideoq; in princip. in prima cōstitutio Codi. Quodq; nō præsumitur Regem velle, vnum altare cooperire, altero nudato, cap. cum olim, & ibi notat Bald. de consuet. & Marc. Mantuan. in Consilio decimo octauo, numero, 38. textus est, in leg. assiduis, versic oportebat, C. qui potio. in pigno. habean. quem ad hoc, Auendanius nouissime notat, in specie non absimili, in cap. duodecimo, numero, vigesimo, versicul. & sicut Rex, lib. 1. de exequend. Princip. mandat.

133 ¶Sic etiam ex eadem (vt aiunt) cera, eiusdē Pragmaticæ, generalia sequentia verba, † Y no fuera dellos, † Et ibi, † Ni sacar se fuera dellos, † Et ibi, † Del que lo sacare fuera de nuestros Reynos, por mar, ò por tierra, que incurra en las penas contenidas, en las leyes de nuestros Reynos, en que se defiende, que no se saque el pā fuera dellos† Non comprehendunt huiusmodi exportationem frumenti, ex necessitate factam (vt infra explicabitur) leg. prima, ff. de officio

Proconsulis.l.2.§.itidem agitatum, ff. ad leg. Rhodiam de Iact. & not. Barba.in additio. Bald.in capit.primo,§. donare, quemadmo. olim feud.poter.alien. quod statutum prohibens bona in forenses alienari, minime comprehendit causam dotis, nec impedit quominus in eam causam alienari posint: quem citat, & sequitur nouissime, D. Franciscus Serra Barcinonensis, in dicto Consil. pro domino Ioann.de Lanuça, in secundo dubio, numero, 104. vbi in id plura citat. Bonus est textus, in leg.prima, ff.de excusation. tutor. leg. vt gradatim, ff.de muner. & honor.leg. generaliter, §.spurij, ff.de decurion. leg. cum specialis, C.de indic.capit.si quis propter necessitatem, de furtis, capit.quod non est licitum, de regulis iuris, capit.ab arbitris, de offic. de lega.lib.6. Nec quæcunq; generalis alienationis prohibitio, includit necessariam alienationem: leg.alienationes, ff.famil.herciscun. leg. Diuus, ff.de peti hæredit.leg.mulier, §. si hæres, ff.ad S.C.Trebel.leg.qui potuerunt, ff.de manumis.testament. leg. prima, ff. de fundo dotali, leg.filius familias, §.diui, de legat. primo, §.licet, instit.qui manumit.non pos.& notat Bartol.in leg.quemadmodum, C.de agricol.& censitis, lib.vndecimo, & in leg.si finita, §.si de vectigalibus, ff.de dam.infect. cũ pluribus alijs, per Andre. Tiraquel. adductis, in dicto libro, de retract.titul.primo, §. primo, glosa, 14 numero vndecimo, & in præfation. titul.secundo, numero, 29. & post leges connubial.glosa sexta, 23.quæstio.per totum.

134 ¶ Et voluit Didacus á Castello, in leg. prima Tauri, fol.19.colũn.prima, in notabili quæstione (quæ vt dicit, accidit, & pluries potest accidere) quod stantibus Regijs legibus, quæ prohibuerunt, ne extrahantur de his Regnis Castellæ, carnes, & frumentum, elapso nono die Nouembris, quod emptores Aragonenses, posint etiam elapso illo termino, extrahere frumentum, quod in multa summa, ante prohibitionem emerant: & cœperant extrahere: Et in dicto termino non potuerunt extrahere. Ex his quæ notanter dicunt Ioannes Andre, Antonius de Butrio, & alij, in capit.secundo, & final.de constitutio. quod si quis cœpisset extrahere bladum, & postea casu destitit, & demum fiat statutum, imponens pœnam extrahenti, non extenditur ad istum postea extrahentẽ: per leg.Cæsar, ff.de publican.& vectigal.quia est extractio necessaria. Et facit, quod habetur, in cap.proposuisti, de foro competenti, & in cap.gratum, de offic.delegat.

135 ¶ Quibus fit, eadem Regia prohibitione, nõ obstante, licite extrahi posse frumentum sua in alimenta, quod his in Regnis, Hispanus ab eisdem exul haberet, seu in testamento legasset: aut donasset suo coniuncto Lusitano: argument.eorum quæ Ludouic.Roman.scribit, in Consil.199.incip.præsens statuti particula, colun.final, & omnium Latius, præallegat.Andre Tiraquel.in dict. præfatio. de retract.numero, 51.& 52.cum sequent.

136 ¶ Optimus, & notandus est textus, in leg. prima, §.sed nonnullos, & in, §. præterea, ff. de tutel.& ratio.distra. vbi quamuis tutore autore pupillus prohibeatur donare etiam causa mortis, vt in dicta leg.prima, in princip.potest tamen certo modo, coniunctis quibusdã personis: non solum causa mortis, sed etiam inter viuos donare. Bonus est textus, in leg. cum tutor secundum, §.vltim. ff. de administration.tutor. Et notat glosa, in leg.non omni, C.eodem titul. Sic etiam, quando aliqui de partibus Limitrophis patiuntur necessitatem famis, & pro eorum victu venirent his in Regnis emptum bladum, aut panem, excusarentur à pœna præsentis Pragmaticæ, eum asportantes: secundum Franciscum Marcum, in decision. 155. numero quarto, part. prima, decision. Parlament. Delphin. tenentem hos excusari, quia necessitas, Legi non subijciatur, cap.quod non est, de regulis iuris. Ac hæc faciat licitum, quod aliás sit illicitum: secundum glos.in leg.prima, ff.de offi.consul. tempore q; famis omnia sint communia, capit.secundo, de furt. quæ acutissimus est ensis, teste Bald.in leg.pactum dotale, C.de collat.bonor. Et facit textus, in leg.fin. §. si propter necessitatem, ff.de publi.& glos. l. si publicam, §.de rebus, eodem titul.textus, in leg. vniuersi, C.de vectig. & com. Et videntur velle à simili Bart.& Ioann.de Platea, in leg.prima, C.de naufrag.lib.vndecimo, Bald. in leg. tertia. C. de nautico fœno. & Bertachinus, in tractatu Gabel.secunda part. octau. part. quæstion. septima, quod tamen posset procedere, fraude cessante, & constito, de necessitate vrgenti famis, vti tenent Bartol. & Alexand.in leg.cœtera, §.sed siquis, ff.de lega primo, & ipse Berthachinus, in.d. tractatu Gabella. secundo mẽbro. dict. octau. part. quæstio prima. Et dummodo his in Regnis frumentum abundaret, non autem si eadem præmeret egestas, aut penuria, (vt nuper notauimus.)

137 ENIR, Mercatura enim amica est populis, & mundus non potest sine mercatoribus viuere: Secundum Baldum, in rubric. de cleric. peregrinantib. Et propterea licet leges (vt ibi subdit) nulla illis concedant priuilegia, in corpore iuris redacta, Principes tamen sæpissime, plures eis tribuunt immunitates: atque exemptiones. Et Decurionatum, & honorẽ aliquem, in sua patria petere, & habere possunt: Nec tanquã viles personas oportet negligi. leg. eos, ff. de decurion. Nec prohibetur quis plures mercaturas, & in diuersis rebus exercere: Sed laudandus est. argumen. leg legatis seruis, §. si vnus, ff. de lega. 3. leg. procuratoris, §. si plures, ff. de tributor. & post Bald. in tracta. de constitut. quæstio. pen. & Signorol. in consil. 95. incipiẽt. quæstio col. 1. Petr. Rebuf. (qui eos citat, & sequitur) docet. in d. 2. Tom. constit. Reg. tract. de mercator. minu. venden. glo. 1 nu. 12. dicẽs mercatorem, ex pluribus dici actibus, non ex vno solo, citans ad id eundem Bald. in rubri. in fine. C. de consti. pecu. Panormi. & alios, in ex. de iudit. & Bertach. in tract. de Gabellis, in. 7. part. quæstio. 25. Et voluit Chassen. in cõsuet. Burgund. rub. 4. §. 1. fol. 131. col. 1. (vbi ponit, quis dicatur mercator.)

138 ¶ Et ex Innocentio, in. c. significantibus, 2. colu. de offit. de lega. mercatores censentur miserabiles personæ, quandiu sunt in mercimonijs: quemadmodum & peregrini. Quem citat, & sequitur Alexan in Consil. 130. incipien. super eo, de quo quæritur, col. fin. ante finem vol. 7. scribens etiam ibi, quod in dubio debemus mercatoribus fauere in mercimonijs. Lex est. 4. tit. 7. part. 5. & bonus textus in ordinatio. Hispalensibus, titul. + Del almojarifadgo de Seuilla, y mercadurias +. In princip. fol. (mihi) 55. Et in l. semper. §. negotiatores, ff. de iure immunit. scribitur + Remunerãda sunt pericula eorum, quin etiã adhortãda præmijs, merito placuit, vt qui peregre muneribus quidem publicis cum periculo, & labore fungerentur, à domesticis vexationibus & sumptibus liberarentur, cum non sit alienum dicere etiam hos Reipublicæ causa dñ Annonæ vrbis seruiunt abesse + Vnde Horatius, + Impiger extremos currit mercator ad Indos. + Et ita procedit singularis lex Regia, 36. titul. 18. lib. 9 recopilatio. legum Regia. quod exteri ab his Regnis, portantes panem per mare, ad vendendum Hispali, immunes sint à Gabella illius venditionis.

que se cogiesse en ellos, porque el pan, que viene por mar, se puede vender por los que lo truxessen, aunque fuessen de los estantes, o naturales, libremente, segun se concertaren, sin que sean obligados à guardar los dichos precios, y tassas, porque si los ouiessen de guardar, podria dexar de venir + de que

Et Innocen. refert, & sequitur ipse Petr. Rebuffus, in dict. 2. Tomo, titu. de mercator. minuta. venden. glo. 1. numero, 9. dicens esse verũ dum sunt in itinere, secus si domi, citat Ripam, in cap. 1. in fine, de iudic. Et idẽ Pet. Rebuf. in primo Tomo, earundem ordinatio. tit. de sententijs prouisional. arti. fin. glo. fin. vbi recensset personas quæ dicuntur miserabiles, & priuilegia eorum (quem vide, quia pulchre loquitur.) Sed & ipse Rebuffus, in. 2. Tomo. cõstitu. Regia. tracta. de mercato. artic. vlti. glo. vnic. numero, 13. scribit, quod mercatores exteri, & causæ eorum, debent in Regno expediri summarie, & de plano: vnde cum præpositus, & Bailliuos Beluacen. contrarium obseruassent, ordinarie procedẽdo in causa mercatoris Tholosani, fuerunt citati, ad comparendum personaliter instante procuratore Regio, & processus eorũ fuit anullatus, ann. 1531. die, 14. Maij. Et in numer. 14. tenet, quod non debet remitti vnus mercator Regni, ad defendendum alium mercatorem exterum, extra Regnum, sed simpliciter debet in Regno condemnari ad indemnitatem dicti mercatoris exteri, prout in hac specie iudicauit Senatus Parisi. cum quidam mercator Parisi. fuisset conuentus, vt defenderet exterũ mercatorem Conuentum in Flãdria, pro quibusdam mercibus Parisijs venditis. Et præpositus Parisiensis, condemnasset dictum mercatorẽ ad suscipiendam Flandriæ, defensionem pro illo extero, perperam iudicatum pronunciauit Senatus, Ann 1533. die. 12. Maij. Ex quibus intellectus, & noua ampliatio inferri potest, ad leg 1. titul 1. lib. tertio, ordinatio. Regiar. ibi + Miserables personas. + Et leg. vnic. C. quand.

Imperat.inter pupil.& viduam,vt mercatori bus his liceat,dum sunt in mercimonijs trahe re,& vocare in prima instantia,in curiã Principis,illos,à quibus in iudicio aliquid exigere velint: & aduersus quos actiones habeant. Quod etiã in criminalibus procederet: vt probatur,in.l 5.titul.3.part.3. quæ in personis miserabilibus obtinet.Et ita procedit quod post alios præallega.Pet.Rebuf.tradit in. d.arti.fi. glo.vltim.dicens se audiuisse in magna camera causam cuiusdam viduæ retineri,licet pars aduersa remissionem peteret,eo quod vidua cessisset debitum Scholari filio suo: sed suisse dictum oppositiones in curia esse decidẽdas. ann. 1 5 4 2 .die.5.Martij. Etiam si hi cõtra eũ agant,aut conueniant,qui ex his non sit, qui potiores in iure dicuntur:Et ita admisit,ac recepit praxis , teste Reuerendissim . Didaco de Couarruuias,in.cap.sexto,lib. practi.quæ stion. tametsi Regia Neapolitana Constitutio, libro primo, titulo . 3 7. exigat in hoc casu ab his miseris actoribus, iuiurandum, quo asserenent se timere aduersarij potentiam . Siquidem secundum Hieronym . super capit . 2 2. in commentarijs ad Hieremiam, Regum proprium officium sit,facere iudicium,atq; iustiam:& liberare de manu calumniantium,vi oppressos:& præbere auxilium peregrinis,pupillis,ac viduis:qui facilius à potestatibus opprimuntur : cano.Regum,cano.administratores, cano. principes, vigesima tertia , quæstio. quinta. Facit text. in Pragmatic. contra promercatores panis,lata Valli Oleti,28.mensis Iunij,ann. 1530. ibi,Porque à nos,como à Reyes , y señores naturales , pertenesce maudar remediar las necesidades de los proues,y menesterosos Et diximus Latius,in.n.part.2.fundamen nu me.47.prælectio.l.5.tit.3.lib. 7. ordinat Regi. vbi ex his ostendimus,ex forensi vsu , ac obseruantissima praxi,quæ diu obtinuit à tempore quod hominum excedit memoriã postea Auditores,& Senatores Regios, cognosce re de vi,& violentijs iudicum Ecclesiasticorum,eos q; valere compellere , vt ab eis cessent.Et ira etiam procedunt,per dictum Rebuffum tradita,in Tomo primo,dictarum cõstitutionum Regia.tracta. de senten . executio.articul.primo,glosa prima . An Princeps secularis possit statuere super beneficijs. Qui bus conueniunt,quod viduæ,& miserabiles personæ,possint reos laicos , super rebus prophanis,coram Ecclesiastico iudice conuenire:vbi iudex secularis neglexerit eis iustitiã ministrare, cap. ex tenore,(vbi omnes)de foro competenti , dicto cap. significantibus , & ibi glos. de offic. delegat. not. Ioannes Lupi, à Palacijs Rubeis,in repeticio. cap. per vestras, de donation. inter vir. & vxor.secundo notabil.numero quinto.Et Petrus ipse Rebuff. in dicto arti.fin.de Sentent.prouision. versic. vndecimo Personæ enim hæ,quo ad protectionem etiam pertinent ad iudicem Ecclesiasticum: cap. primo,& sequen. 8 7. distin. Et in causis istorum præualet canon legi, etiam in foro ciuili , secundum Antonium de Butrio,in capit. clerici, de iudic. per glosam, in capit . relatum, de testament. vbi , in concernentibus causam piam , superat legem, canon . (vide Francisc. Aretinum , in Consil. 102.incipien. spectabilis ,)Et ita temperanda, & accipienda est communis annotatio , in capite . ex parte , b. de foro competenti , & quæ per illum textum tradunt Socin.in capit. licet , ex suscepto , tertia colun. eodem titul. & Ioannes Staphilens , de literis gratiæ, & institiæ,fol.159.columna secunda, Quod vbi quis sit miserabilis , simul, & oppræssus, nempe , per vim , vel alio modo , re propria spoliatus , ita vt possit agere interdicto recuperandæ , posse ad hoc , coram iudice Ecclesiastico agere , etiam aduersus laicum : & de re temporali , cum ipse met actor laicus sit , etiam non data negligentia iudicis secularis : vt hoc procedat , & prædicandum solum sit , quando iudex secularis , super hoc aditus , & requisitus administrare iustitiam actori huiusmodi oppræsso , neglexerit : Et satis deducitur ex ratione textus , in capit . nouit , de iudicijs , qui hoc eleganter probat . Nec in contrarium vrget dict . capit. ex parte. b. Cum in eius casu , maxima inesset suspitio negligentiæ , in iudice seculari , propter potentiam rei conuenti,qui actorem spoliauerat.

139 ¶ Sic etiam ex paulo superius sit dictis, vt exemptio hæc per præsentem pragmaticam huiusmodi mercatoribus concessa , miserabiles personæ cum sint , reuocata non censeatur per aliam Pragmaticam generaliter exemptionum quarumcunq; reuocatoriam, & omnes hanc taxam seruare præcipientem : nisi in reuocatoria,mentio sigillatim fiat de ipsa exemptione : secundum Cynum,in dict.leg.1.C.quand.Imper . inter pup. & vidu . singulariter dicentem , exemptionem alicui personæ miserabili concessam , non reuocari per generalem exemptionum reuo-

reuocationem, etiam cum clausula, & si de eis specialis mentio fieri deberet, nisi nominatim de illa exemptione mentio fiat: quem refert, & sequitur Vitalis de Cambanis, in tractat. clausularum, fol.4.colum.2. Roma in lege, si vero.§. de viro. fallen. vigesima tertia, ff. solut.matr. Alex. in Consil.123. incipit. viso puncto, quarta colum. nume.15 volum.quarto. Et Ioannes. Lupi, dicens aureum dictum, in repetitio. rubri. de donatio. inter vir. & vxor. §. decimo sexto, numero vndecimo, sequitur etiam Felinus, in capit. nonulli, vigesima quarta, colum.numero decimo nono, de rescriptis, & in.cap. accedentes, de præsump. Guihel. Maynei. in leg. nemo potest, colu. fin.nume.122. ff. de regulis iuris, & Carolus Ruynus, in Consilio, 226. incipient. præmissa deliberatione, numero septimo, volumin. primo, voluit Innocent. in dicto.capit. significantibus, secunda colũna, numero quinto, versicul. item nota, Federic. de Senis, in Consil. 233. incip. casus, talis est, Cardinal. Consil. quinquagesimo tertio, incip. Dominus Gregorius Papa, & in Clement. 1.3. opos. de sepult. Calderinus, in Consil. vndecimo, sub rubrica, de priuilegijs, Ioannes de Selua, in tracta. de Beneficio, in tertia parte, quæstio. decima quarta, Decius, in leg. certum, ff. Sicer.per. & in Consil.163. incipient. viso tenore priuilegij, Ioann. de Neuizan. hanc subdens communiorem opinionem, in Consilio duodecimo, inter Consilia, Alber. Bru. quem cum alijs citat & sequitur, dicens secundum hanc fuisse decisum, Thom. Gram. in decis.10. incipien. pendente (qui in proprijs terminis loquitur) Quicquid Federic. ipse de Sen. sibi contrarius & alij in. d. decis. citati contrarium teneant, & Ioan. de Ana. opinionem contrariam esse comunem dicens, in Consil.56. incipi. his quæ in facto. Et facit, quia illud quod est specialiter datum, non intelligitur adimi, nisi specialiter adimatur: textus est, & ibi not. Bald. in anthen. nunc autem, C. de secund. nupt. faciunt etiam tradita per Menchacens. in lib.1. de success. resolutio.§.9.nu. 66. cum sequentib. Imo quod & longe singularius est, priuilegium datum causa miserationis, nõ potest tolli per renunciationem à miserabilibus factam. Quia facile, & modico dato renuncia rent: argument. leg. cum hi, ff. de transactio. Et est glosa singular. in dicta lege vnica, C. quand. Imp. inter pupil. quam notat Bald. in Margari. in verb. beneficium. 54. quæstio. & in verb. renunciatio, decima sexta quæstio. Felin in c. si diligenti. 4.col.nu.16. de foro compet. & Barba. in Consil.64. incipien. scribitur, 3.col. vol.4. & dicit figendum menti Rebuffus, in. d. tracta. de senten. prouisional. articulo. final. & glos. final. vbi rationem reddit. Quod est notandum ad plures leges huius regni habentes inclusa priuilegia specialiß personarum, & Hospitalia seu xenodochia, pro vt solemne Hospitale Vtrariensis oppidi, quod ex nomine Resurrectionis IESV CHRISTI pro egenis infirmis exteris, morbis diuersis laborantibus curandis, condidit, in domo propria, & competenter dotauit illustris Domina. D. Catherina de Perea, vxor illustris Domini. D. Lupi à Germanica legione Pontij, Filij illustrissimi Comitis Domini. D. Ioannis Ponce de Leon, Comitis Arcum, & Domini Marchenæ, in el tritauit.

140 ¶ Et quod mercatores fouendi sint propter vtilitatem Reipublicæ. F. Patricius scribit, in libr.1. de institu. Reipubli. titul.8. Dum tamen alijs iniustitia non fiat: capit. ex tenore, de foro compet. Et Papa dicit se priuilegiatorum defendere velle iura, ita, vt aliorum iura non perturbet, capit. nolentes, de priuileg. lib.6. Et Diuus Hierony. ad Rusticum, Episto. 11. libr.3. inquit, propter iniustitiam pauperem in iudicio non defendes, bonus est textus, in cano. denique. 14. quæstion. 5. & not. Barb. in Consil. 36. incipient. sapienter in prin. 2. volum. Et ita intelligitur illud Exodi, 12. + eadem lex erit indigenæ, & Colono qui peregrinatur apud vos, + & capit.23. + pauperis non misereberis in iudicio: videlicet ad iniustitiam aliorum. + Et quod habetur Deuterõ. 1. capit. + quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. + Ideoque Principes, & domini locorum, mercatores exteros sine causa expellere non possunt: Et si eã causa eos expellant, non debent ab eis discedentibus bona auferre, quia Mũdus, est omnibus communis patria, ex qua expelli non debet, nisi ex qua causa relegari possunt: Nam expellere, & interdicere, est pœna, quæ sine causa imponi non debet: leg. relegatorum, ff. de interd. & releg. Et hoc expresse docet Bald. in capit. vno, de forma fidelita. quem sequitur Corset. in tracta. de potest. Regia, quæstion.83. & Petrus Gerard. in singul. 59. incipient. domini terrarum, & nouissime Petrus Rebuffus, in dict. 2. Tom. cõstitut. Regiar. tractat. de mercatorib. articul. vltim. glos. vnic. in fin. (vbi in dict. tract. & alijs præcedentibus, & sequẽt. alia de mercatoribus, diserit.)

Et plura de mercaturæ laudibus, Augustin. Dathus congessit, lib.3.oratione,9. Cepola, in tracta. de Imperator milit. delig. in verb. nobilitatis, 18. opinio. Chassene. in, 11. part. Catha lo gloriæ mundi, consideratio. 45. & in pro, et contra, Andre. Tiraquel. in lib. de nobilita. cap.33. & Bennenutus Straccha, in suo tract. de mercatore.

v 141 DANNO. Quod Princeps cauere tenetur: Et ita prouidere, vt nemini damnum, seu iniuria fiat. l. 2. §. siquis à Principe, & §. merito, ff. ne quid, in loco publi. Cuius verba sunt. †Merito ait Prætor, qua ex re quid illi damni detur: nam quotiescunq; aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiusq; fiat: & ita solet Princeps quoties aliquid noui operis instituendum petitur permittere. †. l. 2. & pen. C. de precib. Imper. offeréd. Et in proposito, bonus est textus, in l. Siquis sepulchrum, post princip. ff. de religios. & sumpt. funer. versic. †Præses etiam compellere debet iusto precio iter ei præstari: ita tamen, vt iudex etiam de oportunitate loci prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum.†

142 ¶Nec de Principe nostro Pientissimo PHILIPPO, præsumitur, quod velit tertio præiuditium inferre, vt per quinq; colun. Ioannes Lup. à Palaci. Rub. explicat, in tracta. de benefi. in curia vacantib. §. 7. ita vt ipsius Principis potius improprientur verba, quam quod damnũ tertio inferatur: vt notant, Cardinalis, Bald. & Philip. Decius, in cap. super eo, 2. col. numero, 2. de offic. de lega. idem Decius, in cõsil. 689. incipien. viso puncto. 1. col. nu. 9. Etiam

resultaria grã falta, y daño, v à muchas de las Costas y Puertos.

Si motu proprio gratia facta sit, & clausula, ex certa scientia apponatur, etiam si agatur de præiudicio tertij, non in re, sed ad rem: vt eorum allegatione Philippus Decius ipse ampliat, & prosequitur, in dict. capit. super eo, 2. col. Et id vltimum Panorm. notat, in cap. in nostra, 3. notab. de rescript. etiam si modicum præiudicium sit: vt est glosa notabil. prout ibi ponderat Dominic. in verb. præiudicium, in cap. cum olim, de consuetud. quam simpliciter sequuntur moderni, in dict. cap. super eo, per textum ibi, vbi videtur hæc sententia probari, licet contrarium velit glosa finalis. l. sed cum ab hærede, ff. ad S.C. Trebellia. & glosa verb, incommodo, l. seruitutes, la magn. ff. de seruitutibus, & glosa, verbo, impetrauit, in dicto, §. si quis à Principe, & in. dict. l. nec auus, Quæ ex textu. l. quoties, C. de precib. Impera. offeréd. quem citat, intelliguntur, quando constat de Principis voluntate. Glosa autem, in dicto. c. cum olim, quãdo sumus indubio. Et ita intelligit idem Decius, in capi. quæ in Ecclesiarum, 9. colu. numero. 26. versicul. quartus casus, de constitutio. Et meo iudicio intelligi debent, quæ nouissime Carol. Ruynus scribit, in Consilio, 62. incipiẽt. discusso laborioso processu, 3. colu. numero. 9. volum. 5. inquiens, per statutum generale, posse præiudicare subditis, etiam in iure quæsito. leg. venditor, §. si constat, ff. commu. prædior. & quod not. Bartol. in leg. Anthiochensium, ff. de priuileg. credit. & in leg. toties, ff. de pollici. Reperi tamen postquam hæc scripsi, Paul. de Cast. sic intelligentem, & respondentem, in Cons. 146. incipien. super primo, 2. col. part. 1. (& diximus in funda. 3. part. 2. prælect. l. 5. tit. 3. lib. 7. ordi. Regi. & vid, Pinellũ doctissimũ in. 1. par. rub. C. de rescin. vẽdit. nu. 8.)

¶EX

Ex Sexta Conclusione sequent.



Ragmaticæ 181 & 182 in volum, Pragmat. citantur & explicantur. nu.1.

¶ *Lex iusta bono inniteus publico iure Naturali fulcita ac a non recognoscente superiorẽ lata, in foro animæ obligat: & transgressor reus est peccati mortalis. nu.2.*

¶ *Pragmaticæ præsenti fraudem facere non dicitur contraueniens casibus in ea expreßis sed contra ipsam legem committere. nu.3.*

¶ *Fraus legi fit, quando vnum simulatur, & aliud fit in veri: ita quod simulatur quod permißum est: & re vera fit, quod prohibitum est nu.4.*

¶ *Venditor alioqui non portaturus triticum in Castellã, vbi plus valebat, cũ emptore conueniẽs pro illo precio quod in Castella valet hac lege, quod ipse vẽditor suis expensis portari faciet triticum in Castellam: reus est culpæ mortalis, & super accepti restitutionis. numer.5.*

¶ *Venditor certo sciens certum precium præscribẽdum esse tritico vendendo, per promulgandam sanctionem, & ante eius promulgationem maiori vẽdens precio peccat mortaliter: & tenetur emptori, ad restitutionem excessus precij. Et quomodo id intelligendum sit. numer.6.*

¶ *Venditor tritici, seu alicuius rei, quam scit ad corruptionem esse dispositam, an teneatur emptori id intimare. numer.7.*

¶ *Vendens frumẽtum, ordeũ, typham, seu panicũ vel fructũ, precio à lege taxato, dummodo famulo frumentum, seu quidpiam ex his extrahenti, & descẽdẽti ex contignatione, soluãtur pro faneca per emptorem tres quatuor, aut plures argentei, aut magis vltra taxatum precium, peccat mortaliter, & ad restitutionem excessus, si notabilis sit tenetur. numer.8.*

¶ *Venditor licite vendit frumẽtum pro precio quo valet in horreo publico illius loci, vbi transferendum & tradendum est, dummodo expensis venditoris & suo periculo illuc portetur, & quomodo id accipiendum, & intelligendum sit. nu.9.*

¶ *Agasones, & muliones ad taxã præsentis Pragmaticæ & suarum declaratoriarum obseruationẽ tenentur: quæ eos ligat tanquam subditos. Et quomodo id intelligendum sit explicatur, nu.10.*

¶ *Agricola in pane cocto vendens frumentum, potest supra id precium quo sibi constat (quantus valde excedat taxam) & alias quas habet expensas vsq; quo efficiatur panis coctus, quintam partem totius valoris addere, quæ sibi à lege pro lucro iusto & moderato datur: & iuxta hanc rationem panẽ coctum in foro conscientiæ vendere. nu 11.*

¶ *Pragmaticæ præsentis verba citantur & ponderantur, ibidem.*

¶ *Pistores possunt vendere in pane cocto frumentũ iuxta precium quo sibi stat, & alias quas habet expensas vsq; fiat panis coctus, cum quinta parte totius valoris nu.12.*

¶ *Pistores in foro exteriore puniendi non sunt Pragmaticæ pœna quamuis æstimatio precij frumenti, & expensarum portationes (ab eisdem tamen probata) secundum quam vendunt, excedat nimium legalem taxam. Et verba Pragmaticæ præsentis ponderantur. nu.13.*

¶ *Pistor, seu agricola, non debet computare valorem tritici, in æstimatione circa panem coctum facienda, maiori quam sibi constiti precio. nu 14.*

¶ *Penuria & caritas, cum præcedenti vbertate compensanda est: in valore tritici computando. numero.15.*

¶ *Lex, 23 tit 8. part. 5. citatur. ibidem.*

¶ *Colonus tenetur augere mercedem, si præter spẽ magna fertilitas anni superuenerit, & dict. lex parinæ citatur. Et quomodo id accipiendum & intelligendum numer.16.*

¶ *Iudices, & præfecti Annonæ publicæ, cauti & promidi debent esse in taxandis panis cocti precijs, ne Respublica maiori oneretur valore. nu.17.*

¶ *Lex, 14. titul 21. lib.2. ordinatio. Regia. & eius verba citantur ibidem.*

¶ *Pragmat. Tolet. lata, 20. mensis Octobris, ann. 1560. citatur, & declaratur. ibidem.*

¶ *In legis fit fraudem, quando verba legis seruãtur & venitur contra mentem. nu.18.*

¶ *Vendentes panem coctum ratione magis lucrandi maiori precio quam per præsentem Pragmaticã dispo*

dispositum & permissum est, mortaliter peccant: & ad restitutionem super excessus tenentur. numer 19.

¶ *Pistoribus, vel panificis, aut alijs personis triticum aut farinam dantes, vt panes faciant, & pro fa nec a fibi dent, aut reddant viginti, aut plures argenteos mortaliter peccant: & ad restitutionem super excessus tenentur. nu. 20. Quæ vero negotiatio in nobilibus longe fœdior est. ibidem.*

¶ *Peccat quis tanto magis grauius, quanto melioris nationis, condicionis, & dignitatis sit. nu. 21.*

¶ *Nobilium, & in dignitate constitutorum peccata trahi solent ab inferioribus in exemplum ibidem.*

¶ *Peccata nobilium, augent quatuor rationes ibidē.*

¶ *Nobilitas potius delictum auget, quam minuat. numer. 22.*

¶ *Negotiatores dignitatem assequi non possunt: & ab, iam adepta repelluntur. nu. 23.*

¶ *Personæ quæ mercimonijs publice præsunt inter humiles & abiectas annumerantur. ibidem.*

¶ *Nobilitatem qui à Principe impetrant, si postea mercaturā exerceat, Priuilegiū nobilitatis ammittit. numero. 24.*

¶ *Nobilitas & mercatura, sibi inuicem repugnāt, & aduersantur, nec se simul compatiuntur. ibidem.*

¶ *Nobiles qui se mercimonijs implicant, cogendos esse contribuere soluendis collectis, tanquam plebeios, & viles, ostenditur. nu 25.*

¶ *Cap. 11. comitiorum Segouiens. ann. 1532. citatur & expenditur, ibidem, & in. nu 27.*

¶ *Lex. 4. tit 2. lib 4. ordinatio. Reg. citatur. ibidem*

¶ *Nobilis qui licet per alios tractet mercaturam, si ipse aliquando rationes excutiat, mercator est. numero. 26.*

¶ *Milites negotiatores, qui negotiationem fecerint ex illa negotiatione conuenti, fori priuilegium non habent: coramq; ordinario conueniri possunt. nu. 27*

¶ *Miles inter mercatores annumeratus, declinare non potest iurisdictionem Consulum mercaturæ, ibidem.*

¶ *Pistorum officium, idest eorum qui panem conficiunt sordidum est & in ordinem vilium & sordidorum artificum redactum nu. 28.*

¶ *Pistorum officium, munus erat seruorum. ibidē.*

¶ *Vsus prauus pragmaticam circumueniendi, ciuitatis, prouinciæ, aut Regionis, non excusat. nu. 29.*

¶ *Consuetudo in delictis, & peccatis, non excusat à pœna gehennali: sed quanto assuetior, tanto est turpior num. 30.*

¶ *Pistori, aut panifico, dominus farinæ, aut tritici delegare potest panem faciendum & vendendum pro labore aliquid ei dans, etiam si clericus sit, dummodo huiusmodi delegantis expensis, suoq; periculo id fiat. Et panis taliter factus, & coctus pro iusto precio vendatur. nu. 31.*

¶ *Emptori tribuens, minus quam sibi competat, iniquus est & iniustus. nu. 32.*

¶ *Legi fraudem faciens grauius peccat, quam ille qui de directo facit contra legem. nu. 33.*

¶ *Aequitas simulata, duplex est iniquitas. ibidem.*

¶ *Peccare per hypochrisim peius est quam manifeste, & veneno occidere quam gladio. ibidem.*

¶ *Lex 7. tit. 8. part. 7. citatur & explicatur. ibidē.*

¶ *Peccare aperte, leuius est, quam sanctitatem simulare nu. 34.*

¶ *Delictum clandestinum plus punitur, quam publicum ibidem.*

¶ *Locus Sancti Thom. citatur & temperatur. ibidem.*

¶ *Pragmaticæ taxæ panis fraudem faciens, plus puniendus est. nu. 35.*

¶ *Faciens in fraudem consuetudinis, peccat mortaliter. ibidem.*

¶ *Fraudare aliquem, sine peccato, & periculo animæ non possumus. nu. 36.*

¶ *Clerici fraudem facientes Pragmaticæ præsenti grauius peccant, quam laici. nu. 37.*

¶ *Ecclesia, Ecclesiasticæq; personæ reliquos Christianos loco fratrum & habere, & fouere debent. ibidem.*

¶ *Cautela aliqua vti potest, per quam quis euitet incommodum, quod ex aliqua lege, non digne incurreret. & quomodo id accipiendum, & intelligendum sit. numer. 38.*

¶ *Iniuria non fit scienti, & volenti. Et quomodo id intelligatur. nu. 39.*

¶ *Iniuriam pati, idem est quod proprio iure priuari, & seductus astu, & fraude, iniuriam per se patitur, ex quo iniustum patitur. ibidem.*

¶ *Venditores frumenti, grauantes emptores vt cū eo emant ordeum, aut alios fructus, mortaliter peccant: & obnoxij sunt restitutioni damni per eos sic ementibus illati. nu. 40.*

¶ *Restitutio superaccepti, in casu præsentis Pragmaticæ, & damni, seu male ablatorum, quomodo, & quibus facienda. nu. 41.*

¶ *Restitutio facienda est pauperibus, cum consensu Episcopi, quando in foro iudiciali, constat de iniusta acceptione. nu. 42.*

¶ *Lex pen. tit. 1. part. 6 citatur: & explicatur. ibidem.*

dem.

¶ *Intellectus cap. cum sit, de iudeis, citatur, & explicatur. ibidem.*

¶ *Restitutionem male ablatorũ facere potest Episcopus, quando testator qui ea extorserat, & restitui iubet expresse non designauit per quos restitutio sit facienda. num. 43.*

¶ *Executores vltimarum voluntatum, quamuis generaliter deputati restitutionem male ablatorum facere possint cum Consilio Episcopi, quando testator eam iussit facere, & non designauit personam certam perquam fieret. nu. 44.*

¶ *Restitutionem facere debet debitor cum valet: & si ante mortem potest eam facere, de necessitate salutis ad eam tenetur. Et quod non satisfaciat delegando vt post eius obitum heres aut alius faciat, & qua ratione id procedat. nu. 45.*

¶ *Intellectus cap. si res aliena, 14. quæst. 5. & eius verba expenduntur, & citantur, aduersus Bernardum, Clausium, & Martinum Nauarrum, nume. 46. Et contra eosdem fortissima adducitur ratio. ibidem.*

¶ *Debetur statim, quod absq; termini præfixione debetur. ibidem.*

¶ *Mortaliter quis toties non peccat, quoties scit se debere restituere, aut satisfacere proximo, & potest, & non restituit aduersus Ioannem Lup à Palaci rub num. 47. cuius opinioni quibusdam speciebus saluatur ibidem.*

¶ *Restitutio quibus in casibus possit differri, remissiue. numero. 48.*

¶ *Restituere non tenetur constitutus in maxima necessitate: & qua ratione id procedat. num. 49. Et quomodo intelligendum ibidem.*

¶ *Confessarius absoluere non potest, nec debet debitorem restituere valentem, qui totum restituere nõ vult, sed tantum partem. Aduersus Syluestrum. numero. 50.*

¶ *Sacerdos inter debitorem & creditorem sequester non est: sed conscientiarum expurgator. ibidẽ.*

¶ *Debitor qui restituere potest, absoluendus nõ est inuito creditore, quamuis periculum immineat, quod nunquam sit restitutio facienda. Contra Directorium, Angelum de Clauasio, & Martinum Nauarrum. Et qua ratione. nu. 51.*

¶ *Debitor ligatus semper manet secundum Iudiciũ Dei, quousq; restituat quod potest: quãdo ad restitutionem tenetur. ibidem.*

¶ *Debitor restitutionem ommittere non potest, nec æris alieni solutionem differre, quantumcunq; creditor excommunicatus sit. Aduersus Panormitã. Felinum, Probum, Decium, & Adrianum ibidem. numero. 52.*

¶ *Intellectus cap. intelleximus, de iudicijs. ibidem.*

¶ *Restitutio iniustæ, acceptionis seu damni illati regulariter fieri debet in loco, vbi res fuit accepta, aut damnum datum: dummodo debitor, & creditor in eodem sint loco. num. 53.*

¶ *Creditori absenti, restitutio facienda est debitoris expensis, contra glos. verb. superstitibus, in. c. cum tu, de vsuris, & quomodo dicta glosa intelligatur. numero. 54.*

¶ *Restitutio quæ expensis creditoris absentis fieri debet, potest ommitti, suspendi, aut differri si plus, vel tantundem expendendum sit in ipsa restitutione facienda, quantum res ipsa principalis iuste valet: aut æstimari potest. nu. 55.*

¶ *Restitutio facienda est, proprijs expensis debitoris transgressoris præsentis Pragmaticæ, quamuis maioris valoris sint, quam principale: Et quomodo id intelligatur. nu. 56.*

¶ *Debitor tenetur certiorem creditorem facere restitutionis sibi debitæ, vt creditor ipse certius de ea, respondeat, quid velit agendum esse de rebus restituendis. nu. 57.*

¶ *Restituenda res quæ creditori mittitur, si pereat, cuius sit periculo. ibidem.*

¶ *Restituendi obligatio cessat, quando creditor qui remittere, aut donare potest, remittit libere. nu. 58.*

¶ *Remissio debiti liberaliter facta sufficit, etiam si realis oblatio, aut traditio absit, quamuis ad preces debitoris, aut amicorum fiat: dum tamen cessante dolo, metu, aut circumuentione. Nec oportet remittentem ea fuisse mente, quod si res esset tradita donaret, quodq; debitor animum restituendi habeat. Aduersus Dynum, Ioannem Andre. Panormitan. & Ananiam. nu. 59.*

¶ *Debitor non soluens post lapsum termini conuenti, mortaliter non peccat, quando credit creditorẽ permissurum ad aliam diem quam conuentum sibi soluat, ob seruitia à debitore illi præstita; seu ob consanguinitatem, aut familiaritatem. nu. 60.*

¶ *Consensus implicitus an idem operetur quod explicitus ibidem.*

¶ *Lex, 3. tit. 14. part. 7. citatur. ibidem.*

¶ *Pragmaticæ præsentis transgressor, pœnam in ea contentam in foro animæ non debet: neq; ad eius restitutionem tenetur. nu. 61.*

¶ *Pœna temporalis quæ damni, vel debitæ rei satisfactionem non spectat, non consideratur. nu. 62.*

¶ *Lex,*

¶ *Lex.1.tit.5 lib 8.ordinatio, Regia.citatur, & explicatur.ibidem.*

¶ *Leges 3.& 7 tit.1 lib.1.ordinatio. Regia citantur & explicantur.nu.63.*

¶ *Leges, 22.tit.3 lib.1.ordina.Regia. & 1.titu.7. lib.2.earundem ordinatio.citantur, & explicantur. ibidem.*

¶ *Pœna à lege, vel canone ipso iure imposita, in foro conscientiæ non debetur. Adversus Panormit. Felinum, Thom Parpal. & alios: & Menchacē. etiam si delinquens nullum habeat, aut habere posset defensionem cum eodem Menchacensi, sibi adversario, contra Dominicum à Soto.nu 64.*

¶ *Pœna ipso iure statuta, in foro poli non debetur, nec ab ipso sacerdote qui pœnam iudicat, necessario exigenda est.nu 65.*

¶ *Intellectus cap. cum secundum leges, de hæreti.lib.6.citatur, & explicatur.ibidem.*

¶ *Pœna legis exterioris, in foro animæ non debetur & qua ratione id procedit.ibidem.*

¶ *Delinquens nihil præter damnum quod intulit, restituere in foro conscientiæ tenetur. nu.66.*

¶ *Delinquens non tenetur se accusare, & defferre & quomodo intelligatur se se pœnæ subdidisse. numero.67.*

¶ *Principes & Magistratus, aliquem punire non debent, nisi publice: neminem iudicare possunt, nisi palam convictum, aut confessum etiam si privatim noverint illum esse malefactorem.nu.68.*

¶ *Cap.cum secundum leges, de hæreti lib.6.verba declarantur, & interpretantur.ibidem.*

¶ *Ecclesia non iudicat de occultis ibidem.*

¶ *Verba potius impropriantur, imo nihil operantur quam quod caussetur absurdum nu.69.*

¶ *Frater Franciscus à Victoria, præceptor Autoris laudatur.ibidem.*

¶ *Intellectus cap.2.de præscriptio.lib.6.nu.70.*

¶ *Verba ipso iure, in lege posita quid denotent. ibidem.*

¶ *Lex quando ipso iure transfert dominiū de vnius persona, ad personam alterius, id fieri intelligitur, veluti sub hac mentali conditione, vt nisi aliquis futurus eventus sequatur, id dominium translatum fuisse non videatur, nu.71.*

¶ *Testamentum patris filium familias prætereuntis, ipso iure est nullum, dummodo filius hic bona eiusdē patris agnoscat.nu.72.*

¶ *Legitimæ supplementum licet ipso iure inducatur intelligitur tamen si filius petierit.nu.73.*

¶ *Legitimæ supplementum, filio quiescente, & tacente pœnes hæredem remanet iure fori, & poli, ibidem.*

¶ *Legatæ rei dominium, licet à morte testatoris ipso iure separetur ab hæreditate, atq; ad legatarium migret, intelligitur ita demum si sequitur legati acceptatio.nu.74.*

¶ *Legatarius possidens rem sibi in testamento minus solemni legatam, vti non potest iure retentionis neq; exceptione proposita, se adversus hæredem legitimum in iudicio defendere: reiecta differentia (per Alexandrum vano tradita) inter hæredē & legatarium nu.75.*

¶ *Testatoris bona possidens ex titulo minus solēnis voluntatis, tenetur in Divino animæ iudicio, illa restituere legitimis intestati hæredibus: quamvis non dubitet de libera testantis voluntate. Et licet hæres legitimus de testatoris non dubitet voluntate. Adversus Ripam, & Menchacensem.nu.76.*

¶ *Ius in foro conscientiæ non acquiritur ex quocunq; actu, in quo non acquiritur ius in foro exteriori contentioso sive ex deffectu solemnitatum, sive ex alia causa.nu 77.*

¶ *Lex Humana, fundata ex iusta & rationabili causa, ita etiam & vires habet in foro conscientiæ. numero 78.*

¶ *Præscriptio quæ à iure datur, in foro poli locum obtinet ibidem.*

¶ *Lex, quæ testium solemnitatem testamentis induxit publicum respicit commodum & iusta est: Et in iudicio animæ necessario admittenda.nu 79.*

¶ *Princeps, & Respublica sunt domini bonorum particularium, possuntq; ab aliquo tollere bona sua illo invito propter bonum cōmune & ex iusta caussa impedire translationem dominij.nu.80.*

¶ *Lex, 127 Comitiorum Madritiorum, ann.1563. citatur, & explicatur.ibidem.*

¶ *Bona aliquando pervenire possunt licite ad vnum primogeniti ratione: propter bonum commune. numero.81.*

¶ *Nobiles, & magnates in Regno, ossa sunt Reipublicæ.ibidem.*

¶ *Ius positivum determinare, & interpretari potest ius Naturale nu.82.*

¶ *Suffragia plura habens iuxta Cursus & qualitates, licet non secundum numerum votorum, Cathedram obtinet, Salmanticæ.ibidem.*

¶ *Filius familias post mortem patris potest vti beneficio Macedoniani & retinere licite pecuniam sibi antea mutuo datam.nu.83.*

¶ *Caput, 78, in Comitijs Vallis Oleti, ann, 1555. citatur*

tatur & explicatur.ibidem.

¶ Grauatus de restituendo, potest in restitutione, sibi retinere quartam bonorum iure Trebellianicæ. numer 84.

¶ Hæres potest in foro conscientiæ retinere quartam falcidiæ, ex legatis in testamento relictis. ibidem.

¶ Testamentum minus solemne, non valet in conscientia & qua ratione.nu.85.

¶ Obligatio Naturalis non oritur ex testamento minus solemni.ibidem.

¶ Ius retinendi non competit ex testamento, minus solemni.ibidem.

¶ Ius à crescendi, non impeditur ex testamento nõ solemni.num.86.

¶ Testium solemnitas, & forma, in testamentis substantialis est: non tantum probatoria nu.87.

¶ Obligatio Naturalis non oritur ex illo actu, in quo forma eius substantialis deficit.nu.88.

¶ Cap.cum esses, de testamen. ratio decidendi ibidem.

¶ Actus omnis consistit in voluntate, & potentia numero 89.

¶ Qualitas necessitatis, conuertitur in qualitatem voluntatis.num.90.

¶ Testator semper videtur velle idem, quod lex vel statutum disponit.ibidem.

¶ Lex in his quæ sunt iuris, vere facit cum aliquid fingit.num.91.

¶ Lex, statutum, vel consuetudo super incerto, vel præsumptione fundata, quamuis rationabilis sit, non obligat in foro conscientiæ.nu 92.

¶ Fictio, quamuis sit contra veritatem, per legem tamen inducta, disponit super certo, id est super eo quod lex habet pro certo, comperto, & explorato, licet sit contra Naturalem veritatem.nu.93.

¶ Lex in his quæ sunt iuris, vere facit, cum aliquid fingit non autem dicitur facere ficte.nu.94.

¶ Aequitas, basis est & obiectum iuris scientiæ, & congruentia quædam in principijs iuris Naturalis fundata.nu.95.

¶ Probatio contra fictionem omnino reijcitur. numero.96.

¶ Fictio quam lex facit, procedit etiam in foro cõscientiæ nu.97.

¶ Forum conscientiæ, forma est veritatis & non fictionis.nu.98.& quomodo id intelligatur & procedat ibidem.

¶ Paria sunt heredem in minus solemni testamento scriptum, scire testatoris esse nullam voluntatẽ, vel id scire debere.nu.98.

¶ Paria sunt, scire, & scire posse de facili.ibidem.

¶ Lex ciuilis in conscientiæ foro est seruanda, & excusat, quando permittit aliquem actum eum approbans.nu.99.

¶ Hæres legitimus tutus est in foro conscientiæ, qui hæreditatem retinet, & eam non restituit hæredi scripto in testamento solemni, inspecta solemnitate iuris communis, minus autem solemni inspecta solemnitate superaddita ab statuto edito per ciuitatem non recognoscentem superiorem. Et quomodo id accipiendum sit nu.100.

¶ Pœna ipso facto, vel ipso iure statuta, præscribi potest etiam cum mala fide aduersus Menchacensem.numer.101.

¶ Præscriptio procedit cum bona fide, quamuis oriatur ex iniusta causa.nu.102.

¶ Pœna legis transgressæ quamuis moderata sit, non debetur in foro conscientiæ: aduersus Decii, & Hieronymum Cagnol.nu.103.

¶ Pœna eius qualitatis, quæ nullum actum iudicis exigat, vt sunt censuræ, & irregularitates à canonibus inductæ, in foro conscientiæ vim & effectũ habet. Et qua ratione id procedat.nu.104.

¶ Excommunicatio si concurrat in puncto, cum alio actu momentaneo, fingitur propter sui velocitatem præcessisse in ordine intellectus, propter pro ferentis intentionem quæ fuit, vt actus non valeret & ideo præsumitur excommunicatus, & iã excommunicatus appellasse: & qua ratione id procedat.nu.105. Et demandato reuerendissimorum inquisitorum Hispalensis districtus, contra Canonicos Almæ Ecclesiæ Hispalensis, vt capitulariter comitarentur Sanctum inquisitionis officium in die actus publici fidei Catholicæ ibidem.

¶ Pœna à testatore adiecta, in foro conscientiæ debetur.nu.106.

¶ Mulier, ex testamento mariti in suis bonis vsufructaria relicta, dummodo caste viuat. si castitatem non seruat, tenetur restituere vsum fructũ hæredibus mariti in foro concientiæ.nu.107.

¶ Donatarius susceptis à donatore filius, tenetur in foro conscientiæ restituere res donatas: qua que ratione.numer.108.

¶ Donatarius non tenetur in foro conscientiæ restituere res donatas, quando donatio per ingratitudinẽ reuocatur. Et quomodo id sit intelligendum. numero.109.

¶ Pœnam conuentionalem, regulariter quis soluere non tenetur in foro conscientiæ, nisi ab eo petatur: Et de

Et de concordia opinionum hac in quæstione. numero. 110.

¶ Pœna conventionalis parte petente, in foro conscientiæ restitui debet, quatenus non excedit notabiliter proximum damnum aut læsionem. nu. 111.

¶ Pœna conventionalis ultra modum apposita, ad mensuram debitam redigenda est. ibidem.

¶ Pœna conventionalis, si contra iniustam sit, quia excedit quadruplum, non potest peti, aut exigi in foro conscientiæ, in eo quod sic excedit, quamuis cum iuramento sit firmata. nu. 112.

¶ Pœna promissa peti nō potest ultra interesse, & si nihil intersit, peti non valet, in foro conscientiæ: secus in foro exteriori, cum Iasone (ita intelligēdo) dum pœna hæc nimis acerba non sit. nu. 113.

¶ Damnum datum alicui culpa levi vel levissima, resarciendum est in conscientia iuxta patientis interesse adversus Innocentium, & communem: dummodo culpa commissa sit in facto, secus si damnum datum sit propter ommissionem data culpa levissima, numer. 114.

¶ Crimen maius est quod in facto committitur, quā quod in ommissione perpetratur. ibidem.

¶ Intellectus legis, in lege, ff. ad leg. Aequil. ibidē.

¶ Culpa levissima in incendio semper præsumitur: Et quod de illa intelligatur quæ in ommittendo contingit. num. 115.

¶ Intellectus leg. qui ædes, ff. de incend. Ruin. naufragio. ibidem.

¶ Pœna in foro conscientiæ debetur, quando ex parte recipientis non est pœna, sed amissæ rei acquisitio & interesse. nu. 116.

¶ Virginem vitiantem, teneri eam congrua dote dotare, in foro exteriore procedit: tenetur tamen in foro conscientiæ damnum resarcire quatenus ea mulier postquam vitiata est plures eget ad inveniendū virum sibi æqualem quam egeret si integra & illibata foret. nu. 117.

¶ Intellectus cap. 1. de adulteriis. ibidem.

¶ Virginis volentis stuprator, tenetur ei in foro animæ ad resarciendum damnum, si egeat & ab ea petatur, Adversus Menchacen nu. 118. & 119.

¶ Lex. 2. tit. 19 part. 7. expenditur, & eius verba citantur. ibidem.

¶ Virginis stuprum omnibus eius cognatis, & affinibus probro est, parentibus autē ignominiosum, & damnosum: ac ideo hoc in casu stuprator tenetur ad satisfactionem eisdem faciendam. ibidem.

¶ Virginem dolo, aut suasione inductam vitians, tenetur ei ad satisfactionem damni sigilli Virginitatis effracti, quamuis virum talem iam esset sortita, qualem virgo si foret obtineret: cu reverēdis Magistris meis Victoria, & Navarro nu. 120.

¶ Pœna conventionalis si nimium obaura sit, nō debetur in foro conscientiæ: secus si moderata sit: cum Decio, & Cagnolo, adversus Menchacensem eos Carpentem. nu. 121.

¶ Census si per mille annos contra conventionē nō solvatur, non caditur à iure contractus. Nec pœnæ commissi, de qua fuit conventum, locus est. nu. 122.

¶ Censuarius contra pœnam conventionalem, potest impune possessionem alienare, censualista nō requisito. nu. 123.

¶ Facta conventa in contractu emphyteotico servāda sunt: & locus est commisso: etiam ubi præstatio annua redimibilis est constituta: adversus reverendiss. Covarru. nu. 124.

¶ Emphyteota non solvens pensionem per biennū, in commissum cadit: Et adhuc in foro conscientiæ tenetur, si ab eodem domino cuius possessio est petatur. Et qua ratione antedicta procedant. nu. 125.

¶ Pœna legis commissoriæ, in contractibus censualibus reprobatur, nu. 126.

¶ Leges, 12. tit 11. & 42. tit. 5. part. 5. expenduntur & verba citantur. ibidem.

¶ Lex Taurina, 69 citatur, & de eius intellectu, & vera contextura. Adversus Ioan. Lup. de Palaci. rub. Didacum à Castello, & Antonium Gometium. nu. 127.

¶ Intellectus absurdus fugiendus est: & evitandus ibidem.

¶ Mens legis debet attendi, etiam si verba disponentium contraria sint menti. ibidem.

¶ Intellectus ille & opinio indubiis tenenda est, per quam evitatur omne peccatum. nu. 128.

¶ Leges, 9. tit. 1 part. 1. & 7, tit. 7 lib. 5. ordinatio. Regiæ. citantur. ibidem.

¶ Lex quæ peccatum non excludit, aut nutritiva est peccati non valet: imo nulla est & qua ratione. num 129.

¶ Pragmatica, 127 Comitiorum Madritiorum anni, 1 5 6 3. rursus explicatur: Et quomodo, in quibusq; tribunis practicanda & intelligenda, & qua ex ansa. numer. 130.

¶ Pragmatica quæ de iure iam quæsito tollendo agit, intelligenda necessario est, ut quā minime gravet. & ne quis indebite iniuriam seu damnum patiatur: Etiam si eiusdem Pragmaticæ verba imprimerentur: & nihil operentur. nu. 131.

¶ Pœna quæ irrogatur à lege ei, qui damnum alteri dedit

ri dedit in incendio domus, vel vulnere, aut occisione serui, vel iumenti, & similibus, dolo, aut lata culpa, debetur in foro conscientiæ, quatenus non excedit modum læsionis, cum communi, aduersus Mēchacensem. nu. 132.

¶ *Damnum dans dolo, vel lata culpa tenetur ad eius satisfactionem, quamuis non petatur à damnum passo. Contra eundem Menchacensem. Et quaratione. nu. 133.*

¶ *Delinquens in pœnis vbi iudicis ministerium desideratur, ad solutionem pœnæ, in foro conscientiæ non tenetur: etiam si lata sit sententia condemnatoria, vel declaratoria: solum enim debet obedire iudici sententiam exequenti: & ei nō resistere. nu. 134.*

¶ *Locus Sancti Thomæ, in 2.2. questio. 62. artic. 3. citatur, & explicatur. ibidem.*

¶ *Mortem pati licet cuiquam, etiam si possit se ipsum defendere occidendo aggressorem. Aduersus Paulum Castrensem. nu. 135.*

¶ *Pœna non debetur in foro conscientiæ, iudicisq; exequutio necessaria est: quanquam lex ipsa pœnalis ad incurrendam pœnam, nullam requiri declarationem, aut sententiam disponat. nu. 136. Aduersus Syluestrum.*

¶ *Opinio Fernandi Vasquij Menchacensis, suspecta est: & refellitur in casibus legum, 3. & 4. & 5. tit. 6. lib. 2. ordina. Regia. nu. 137.*

¶ *Pœnam l. fin. tit. 3 & l. 2. tit. 9. & l. vltim. tit. 14. & fin. titul. 15. lib. 2. ordinatio. Regia. non deberi in foro conscientiæ, ante iudicis declarationem ex eo quia ipso iure imponantur, vel ipso facto, sed ex alijs rationibus, aduersus Menchacensem. nu. 138.*

¶ *Lex pœnam inferens statuendo soluendam esse in foro conscientiæ, obligat ad illius pœnæ solutionem, etiam ante condenationem, in conscientia, à tēpore commissi delicti. Et quomodo id accipiendum sit. num. 139.*

¶ *Iuramentum cogit, & obligat ad pœnæ solutionem: etiam ante condemnationem. nu. 140. Et de iuramenti effectu. ibidem.*

¶ *Statutum Collegij, quod ei contrauenienti, ipso facto iura collegij amittat, habet vim in conscientia. numer. 141.*

¶ *Pragmaticæ præsentis transgressor, ad eius pœnam non tenetur ante quam condemnetur exequuturnq; sit. nu. 142.*

¶ *Pragmaticæ taxæ panis transgressor, nedum restituere tenetur in conscientia excessum superuenditionis, & ablatū ratione acceptionis iniustæ quando id á proximo ex proprijs eius bonis auffertur, sed & damni illationem, in eo, quod proximus habet, vel habere sperat: aut sibi debetur lege iustitiæ tametsi damnum inferens, nihil ex hoc vtilitatis, & commodi accipiat. ibidem.*

¶ *Pœna non attenditur in foro conscientiæ, quæ nō continet interesse, non solum in foro pœnitentiali, sed etiam quo ad pœnam Spiritualem quæ imponitur non satisfacienti. nu. 143.*

Sexta Conclusio.



Exta Conclusiõ, que ningũa persona delos que vedieren el pan, que se ouiere cogido enestos Reynos, puede pedir, ni rescebir, de mas del precio dela dicha tassa, otras dadiuas, de oro, plata, ni seda, ni de otra qualquier calidad que sea, ellos, ni sus mugeres, ni otra persona alguna por ellos, ni puedan pedir à persona alguna que quisiere comprar trigo, que cõ ello compre ceuada, ni vino, ni otros bastimentos, ni cosa alguna, ni al que quisiere comprar ceuada, se le diga que tome trigo, o otra cosa alguna con ello, ni hagan enello otro fraude alguno, [x] so las dichas penas.



1 LGVNO. Vt in dicta præsenti Pragmatica cõtinetur. Et idem cauetur in Pragmaticis, 181. & 182. ab Elisabe Catholica, & Serenissima fœlicis recordationis Regina conditis, in volum. Pragmati. (quæ infra, in calce huius operis inseruntur) vbi id fieri prohibetur, directe, aut indirecte, ne fraus fiat legi.

2 ¶ Quod cum iustissimum sit, bono q; immitatur publico, ac à non recognoscente superiorẽ expressum. Et iure Diuino seu Naturali fulciatur, (vt in prima cõclusione supra notauimus) etiam, in foro Animæ obligat: Et trãsgressor, reus est peccati mortalis: secundũ glosam (ita accipiendam) verb. constitueruñt, in principio, in c. quæ in Ecclesiarum, de constitutio. & ibi Bald. qui negat alibi reperiri. Innocen. Anton. Panormit. & alios, in cap. quia pleriq;, de immunit. Ecclesiarum, & tenuit idem Innocen. in rubri. de consuetud. numero octauo, Ioann. Andre. & Calderin. in cap. quanquam, de vsuris, lib. sexto, ipse Calderinus, in disputatio. incipien. Bononiensi statuto. Andre. de Ysern. in c. primo, ad finem, titul. de pace iuramen. firman. Federic. de Senis, in Consil. 21. incip. nunquid hæres extraneus, Bartol. in Authen. Sacramenta puberum, C. si aduers. venditio. col. penult. numero, 15. Bald. in Authẽ. ingressi, 6. col. nu. 15. C. de Sacrosan. Eccles. & in, c. in omni, col. 1. de testib. & in. l. cum quis, 6. col nu. 14. C. de iuris, & fact. ignoran. & in prælud ijs feudo. 3. col. nu. 5. versic. apparet igitur, vbi loquitur de constitutionibus feudorum, & in Consil. 285. incipien. si quis iuris, 1. colu. vol. 3. & in disputatio. incipien. statuto cauetur, quod fœnerator, 6. col. Alberi. in. l. 1. ff. de legib. 1. col. nu. 2. Anchar. in Consil. 25. incip. videtur. nu. 3. Floran. in. l. ex parte, §. seruo, ff. famil. hercis. Alexã. in Cõsil. 209 incip. statutis accurate perspectis, 3. col. nu. 17. vol. 2 Panormit. post Calderin. in proœmio Decretal. + Rex pacificus +. 4 col. nu. 4. versic. secundo quæritur, & ibi Imola, in fine principij, idẽ Panormit. in. c. 1. col. 5. nu. 9. versic. sed quæro an lex, de constitu. vbi dicit cõmunẽ cõclusionẽ. Et ibi late Felin. qui adducit cõcordan. in. 13. col. nu. 44. versic. extra prædictos. Et Philip. Decius, in. 1. lect. 6. col. nu. 18. versic. successiue Abbas quærit, & Bernar. Landrian. in addictio. ipsius Panormit. in. d. c. 1. idẽ Panormit. in. c. 2. de maior. & obediẽ. Iason, in. 2. lectio. l. nemo potest, 16. col. nu. 105. versic. quarto moueor, ff. de lega. 1. dicens cõmunẽ esse omniũ opinionem. Et in. §. sed iste quidem, nu. 126. instit. de actio. & in Cõsil. 180. incip. cõmune, fi. col. & in Consi. 191. incip. placet mihi, 2. col. versic.

ficul.nec huic, secundo volum. Bartholom. Socin.in leg.moribus, octaua columna, numero. 21. versicul.ex qua conclusione, ff. de vulg.& pup. substit. Felin. in capit.prim. de sponsalib. numero decimo octauo. Andre. Tiraquel.in præfatio.commen. de vtroq; retract. numero. 73. Andre. Barba. in capit. filius, numero octauo, de testament. & in Consilio. 46. numero decimo, volum. primo Curtius Iunior, in Consilio duodecimo, incipient.inuocato, columna penultim. numero decimo. Nicola. Boæri. in decisio. prim. numero.75. versicul quinimo, Paul. Parisius, in Consilio decimo nono, & in Consilio. 34. volum. primo, Ludouic.Gometius, in.§.ex maleficijs, numero decimo quarto, institut. de action. & in capit.secund. numero. 35. de constitu.lib.6. (vbi hanc opinionem communem dicit) Panthale de Crema, in repet. leg. secund.numer.171.C.de rescin.venditio. Hierony.Cagnol in.leg.quod à quoquam, numero decimo.ff.de reg.iur. Didacus de Segura, in repet.leg filius dum in ciuitate, numero 15. ff de verbo.obliga Chassene.in consuetudin. Burgund.rubri.quart. §. septim. numero.23. cum sequen. Reuerendiss. Couarruuias, in.capit.prim. numero decimo sexto, de testamē. & In Epitom.super, quart. Decretal secund. part.cap.septim.§.septim.numer.nono, Gregorius Lup.in.l 16.tit.1.part.1. Fernand. Vasquius Menchacen.in præfatio lib.1.de success. progres.num.88. Et ex Theologis, Sanct. Thom.in 1.2.quæst.96.arti.4.& ibi, Cayetan. Gabriel, in 4.sententia.dist 16.arti. 3.notab.6. Archiep. Florent.1.part.sum. Theologi titul. 18 cap.1.§.2.Adrian.quodlib.6.art.1.Ioan.Maior, in.4.senten.distin.15.quæstio.4.& in.3. sententia.distin 17.quæstion.16.Ioann. Driedon. de libert.Christiana, lib.1.Syluester, verb.lex, quæ.8.Ioan.de Medina, in Codice de restitu. quæstio.36.versicul quo præmisso, Alphons.à Castro, lib.1.de potest legis pœnal.cap. 4.&. 5.& Dominicus à Soto, in lib.1.de iusti. & iure, quæstion.6.artic.4.

3 ¶In casibus tamē hac in Pragmatica expressis, proprie loquendo, fraudem ei per transgressores fieri non dicitur: sed contra ipsam legem, hos casus expresim vetantem, cōtrauenientes committere.l.contra legem, ff. de legib.l.non dubium, C.eod. Qui quantum in se est contemnunt legem, contra quam faciūt §.sed siquis præsumpserit, in Authen. de Consulib.colla.4.

4 ¶Extra tamen istos casus, fraus præsenti legi, tunc fit, quando vnum simulatur, & aliud fit in vero, ita quod simulatur quod permissum est, & reuera fit, quod est prohibitum: c. Auaritiæ, de electio.libr.6.leg. ab Anastasio, circa finē.C.māda.& not.Bal.in.§.beneficiū, si de feud.defin.fuer.cōt.inter dō.& agn.vasal.

5 ¶Exemplum q; poni potest, in decisione dubij, quod doctissimus præallegatus Ioan. de Medina, mouet, in dict.quæ.36.versi. aliud dubium, quando venditor alioqui non portaturus triticū in Castellā, vbi plus valebat, cū emptore cōueniret pro illo pcio, quod in Castella valet, hac lege, quod ipse vēditor suis expēsis portari faciet triticū in Castellā: quo casu contractus hic in fraudē huius Pragmaticæ fieri dicitur: Et culpæ mortalis, superq; accepti restitutionis, ipse venditor reus est: secundum eum. Quam sententiam & ego probo.

6 ¶Sic etiā vēditor, qui certo sciēs certum preciū præscribendū esse tritico vēdēdo per promulgandā sanctionē, & ante eius promulgationē, maiori vēdens precio, peccat mortaliter: & tenetur emptori, ad restitutionē excessus precij: secund I Bar.per tex.ibi, l.quæro, ff. de actio.empti, & eundē Bar.in.d.l.cōtra legē Bal.in.l.cū cōuenit, nu.1.C.de peric. & cō.rei vēdit.Romā.in singular.282.incip.nūquid, Deciū, in Cōs.115.incip.& pro tenui, Bēuen.Stracchā, in tract.de mercatu.in.4.par.sum. de spōsionibus, ver.itē quæro vincētius, nu.2. Felin. in.c.2.nu.7.de cōst.versi.& pro hac limitatione, Et in eiusdē tituli rubrica, in.nu.47.Frāc.à Ripa testatur se ita consultum ex facto respōdisse: Et post Zasium, nu.3.& Oroscium, nu.2. in dict.l.contra legem, Antonius de Padilla, literis, & nobilitate clarus, nouissime hāc esse communem opinionem fatetur: in l.constitutiones, nu.9.C.de iuris & fact.ignorau. & tenuit Ioan.de Medina, de restit.quæ.35. ver.alius casus. Et Cōrradus (qui alios casus similes tradit) de contractib.3.part. q.62. col.pen. Quod ea constat ratione: Nam quando venditor scit promulgandum decretū, id emptoribus ignorantibus, in nullo, volēs descēdere in precio, videtur tē superuēdere dolose: quia quodā modo decipit emptores: aut eorū deceptioni, sciēter, & volēs cōsentit, qui preciū excesiuū pro merce tradūt, putātes illud esse iustū: & superueniēte Pragmatica dānū patiūtur. Et perinde est, ac si vēditor rem defectuosam sciēter emptori ignaro, pro sana & integra vēdat: qui á peccato superuēditionis nō excusatur. Aut sicut qui vēdidit cumulū tritici pdecē fanecis, sciēs nō esse ibidē nisi nouē

fanecas, & emptor putet decẽ esse fanecas. Quæ quidem exempla, culpam, & dolum vẽditoris supponũt: & per consequẽs accepti restitutionẽ: cũ non minus minuat valorẽ mertiũ, carũ preciũ in breui decrescendum, quã deffectus ipsarum mertium. Vnde, si lex aut sanctio illa, intra breuẽ terminum proferẽda non esset, & in longius tempus foret dilata, non censeretur fraudem legi illi, seu emptoribus factam fuisse, vt eruditissimus Pinellus, post alios quos ibi citat notat in dict. lege secund. de rescin. venditio. tertia part. capit. secund. numero. 22. quem sequitur Paulo ante citatus Padilla, in dict. numero nono. Et ita respondendum est illa in quæstione, de moneta nunc currente, diminuenda cito, in valore, & precio, ex Principis decreto: quod solus is qui huiusmodi monetæ copiam habet, certo sciat, & ante diminutionis promulgationem, alijs decretum ignorantibus, totam quam habet monetam, vel per viam mutui, vel cambij, vel permutationis, seu emptionis tradat: quos constat damnum & notabile passuros.

7 ¶Sic etiam, eadem (vt aiunt) ex ansa, siquis vendidit triticum, seu rem aliam, quam scit ad corruptionem esse dispositam, & non diu in illa bonitate permansuram, & credit, seu probabiliter putat, aut saltem dubitat, quod emptor rem illam emit ad eam conseruandam, & non illico expendendum, tenetur emptori intimare, quod res non diu conseruabitur: quod si non fecerit, tenebitur emptori ad interesse: tex. est in leg. secund. ff. de pericul. & commod. rei vendit. Et Cyn. Baldus, & Salyc. in lege prim. C. de ædilit. actioni. Angel. & Alexand. in lege siquis cum alter, ff. de verbo. obligat. notant venditorem sciẽtem vitium, debere clare monere. Nec enim obscura admonitio eum releuat: secundum Panormitan. in capit. cum contingat, numero. 24. de iure iurand. & in capit. iniustum. numero tertio, & sequent. de rerum permutã. Curti. Iunior. in Consil. 177. incipient. habita diligenti, numero quinto, Pau. Parisi. in Consil. 42. incipient. quantum ad alternatiuam, volum. quart. quos citat & sequitur nouissime Quintilian. Mandosius in. 34. regul. Cancella. de Annali. 46. quæstion. numero sexto, cum sequent. bonũs est text. leg. ea quæ, §. fin. ff. de contrahen. emptio. & dict. leg. quæro, ff. de actionib. empti, vbi generalitas nõ excusat venditorem scientem, & emptorem circumuenire tentãtem, & not. Speculat. de emptio. & vendit. §. dicendum est de rescindendis, numero septimo & nono, & ibi Ioan. Andre. in addit. bonus est tex. (ita apud nos accipiendus) in leg. 66. titul. quinto, part. quinta, in versicul. †Mas si el vendedor†. Et Diuus Ambrosius inquit, in libr. de officijs, †in contractibus, vitia eorum quæ veneunt, prodi iubentur, at nisi intimauerit venditor quæuis in ius emptoris transierint, doli actione euacuãtur. † Ratioq; est clara, quia ocultatio illius deffectus, quem venditor sciebat, (ita enim accipi debet) cedit in damnum emptoris. Et cum rerum emptiones, & permutationes pro communi contrahentium vtilitate sint institutæ, debet ipsorum contrahentium condicio æqualis esse: quæ tamen non fit in antedictis casibus: cum se in tuto, venditores scienter ponant, emptores autem in periculo, seu damno. (Vid. Hippol. bonã cosium, in suo tractat. equorum, quæstion. 87. incipient quid siquis, post Anton. Archiep. Florentin. in secunda parte, summ. titul. de fraude in negociatione. §. secund. ad finem, & in. §. 6. & Conrradum de contractib. tertia part. quæstion. 54.)

8 ¶Item etiam in fraudem legis fieri dicitur, quando fit aliquid etiam vere, vt euitetur lex, quod aliás non fieret, leg. si libertus minorem, ff. de iure patrona. Quod & prohibitum est: leg. hæres meus, §. fin. ff. de condi. & demost. leg. prim. §. sed & constitutio, & §. pecunia, ff. de calumni. leg. si sponsus, §. circa venditionem, ff. de donat. inter vir. & vxor. leg. quod in condicionis, iunct. glos. verb. non poterit, ff. de donat. caus. mor. & explicat prææallegat. Mandosius, in. 29. Regul. Cancell. quod commus. caus. quart. quæstion. numero decimo quinto, cum sequentib. Vnde vendentes frumentum, seu ordeum, panicum, vel fructum, precio á lege taxato, dummodo famulo suo, aut ancilæ, frumentum, seu quidpiam ex his fructibus extrahenti, et descendenti ex contiguatione, soluantur per emptorem pro faneca, tres, quatuor, vel quinq;, aut plures argentei, quid ve magis, vltra taxatum precium (pro vt plures his in temporibus proh dolor facere, mihi est relatum) peccant mortaliter: & ad restitutionem excessus huius, si notabilis sit, tenentur. Et puniendi sunt huius Pragmaticæ pœna: vt not. Bald. in leg. non dubium, quinta columna, ante. numer. 11. versic. septimo, C. de legib. Sic etiam, quando venditor carius quã per legẽ taxatum sit, vendere volens triticum, conuenit

nenit cum emptore, vt pro illius faneca, ſibi ſoluantur viginti argentei, aut aliud exceſsiuum precium, dummodo expenſis venditoris, & per ſuos famulos, & animalia, ſeu plauſtra portetur vſq; ad domum emptoris, fraus fieri Pragmaticæ huic cenſetur: Et in eo, quod ſuperaccipit, vltra eius taxam, pro leucarum diſtantia mortaliter peccare: & reſtitutioni ſuperaccepti obnoxium eſſe, minime dubito, perpenſa eiuſdem legis diſpoſitione: cui, vt hac in ſpecie plane ſatisfiat, oportet venditorem hunc, nihil vltra notabiliter ſuper accipere.

9 ¶Niſi ea lege conuentio fiat, vt pro precio, quo frumentum valet in horreo publico illius loci, vbi transferendum, & tradendum eſt, intelligatur venditio: Et expenſis venditoris, ſuoq; periculo illuc portetur, vſq; quo emptori tradatur. Nam tunc non video, cur venditio hæc iniuſta ſit, ex parte ipſius venditoris, qui alioqui tantundem eſſet lucraturus ſuum triticum portando in horreum illius loci: dummodo precium, quod ibi currit, & quo, frumentum venditur, non ſit nimium exceſsiuum reſpectu diſtantiæ Leucarum, vnde portatur. Quia cum exceſſus notabilis ſit, in eo quod ſic excedit, venditorem hunc cõdemnarem: neq; eum liberum à peccato, & reſtitutione ſuper accepti cenſerem.

10 ¶Sicuti etiam, muliones, & cœteri Agaſones qui valde notabiliter vltra taxam Leucarum in dicto horreo venderent, tenerentur meo iudicio perpenſa eiuſdem Pragmaticæ diſpoſitione, quæ etiam eos ligat tanquam ſubditos: & ad cuius obſeruationem ipſi, ſicut & alij tenentur: vt ab omnibus eſt in confeſſo. Niſi quando expenſæ ſolitæ, quas in frumenti portatione faciunt, ita magnæ forent, præ ordei, & victuum aliorum Cariſtia & indigentia, quod eiuſdem legis taxatio, ſibi damnoſa foret: tunc enim liceret ſibi hoc damnum euitare: & plus percipere ratione ſui intereſſe damni emergentis: & ſecundum hanc rationem plus precio taxato vendere: ex his, quæ ſupra in ſecunda concluſione notauimus: quæ in praxi valde ſunt notanda. Et ita accipienda, & intelligenda ſunt, quæ præallegatus Doctor Ioannes de Medina, ſcribit in dict. quæſtion. 36. verſicul. aliud dubium.

11 ¶Ex quibus pro intellectu præſentis Pragmaticæ, notabiliter infertur, quod cũ omnibus, quibus non prohibetur, liceat facere artem piſtoriam, neq; id munus, per eam, alicui ex his interdicatur, & quod habent triticum poſsint emolare, & panes facere, coquere, & vendere, cum moderato tamen ac iuſto lucro, habito reſpectu ad precium, quo frumentum conſtitit, quod ſi id triticum habita ratione expenſarum, quas in eo ſeminando, beneficiando, metendo, triturando, & colligendo, agricola fecit, multo maiori eidem conſtat precio, quam per preſentem Pragmaticam ſit taxatum, poſſe ſi illud vendat in pane cocto, ſupra id precium, quo ſibi conſtat (quamuis valde excedat taxam) & aliás quas habet expenſas vſq; quo efficiatur panis coctus, addere quintam partem totius valoris, quæ ſibi à lege, pro lucro iuſto, & moderato datur. Et iuxta hanc rationem panem coctũ in foro conſcientiæ vendere: quod ſatis ex ipſa deducitur Pragmatica, illis in verbis. + Y en quanto á el pan cozido ſe tenga reſpecto, à lo que ſaliere, y ſe comprare el grano con mas alguna iuſta, y moderada ganancia+.

12 ¶Ex qua etiam in eodem foro poli, ſubinfertur ratione, quod ſi in foro, publico vel horreo, faneca tritici, piſtori conſtitit pro viginti argenteis, aut pluris, vel ſi cum eam apud Toletum emiſſet, & habito reſpectu ad precium, quo illic eam comparauit, ac expenſarum itineris, & plauſtrorum, ſibi ſtat pro viginti argenteis, aut duobus aureis, talis piſtor iuxta hanc aliarumq; expenſarum, & lucri moderati rationem poſsit vendere pané coctum: ponderando dicta verba. + Se tenga reſpecto, à lo que ſaliere y ſe comprare el grano+. Quæ nullam aliam decidendi habent rationem, quam quod nemo ex huiuſmodi piſtoribus, damno, aut iactura affici debeat, leg. aſsiduis, C. qui potio. in pigno. habean l. plane, ff. de peti. hæred. leg. iure ſuccurſum, ff. de iure dotium, ſed potius lucro foueantur, & quod iuſtum ac moderatum eſt, lucrentur ex quo Reipublicæ Conſulunr.

13 ¶Ex quibus etiam verbis, ſi recte conſiderentur, aliud mihi ſingularius elicio, quod eiuſmodi piſtores, in foro exteriori puniendi ob id non ſint dictæ Pragmaticæ pœna, quamuis dicta æſtimatio precij frumenti, & expenſarum portationis eiuſdem (ab eiſdem tamẽ probata) excedat nimium legalem taxam, ſiquidem per præſentem Pragmaticã hoc non prohibeatur, ſed potius permittatur, per antecitata verba. + Se tenga reſpecto à lo que ſaliere y ſe comprare el grano+.

14 ¶Vnde ex eadem (vt aiunt) radice, à contrario, non minus eleganter, ſubinfertur, quod ſi frumentum piſtori, non adeo cariori con-

stasset precio, sed longe viliori quã à præsenti Pragmatica taxato, vel eo in anno id emisset, quo precium tritici, propter eius abundãtiam nimium vilesceret/ quod talis pistor in foro conscientiæ, non posset computare eius valorem in dicta æstimatione, maiori quã sibi constitit precio, ex quo per hanc Pragmaticam expressim disponitur, quod carius tale frumentum non æstimetur . + Mas de lo que saliere y se comprare el grano+ . Et qui commodum & lucrum velit per dictam Pragmaticam concessum, eidem Pragmaticæ se conformare teneatur: & vt illa disponit capere: & eius onus, sicut & cõmodũ subire. reg. qui sentit, de regulis iuris, in sexto, leg. secundum naturam, ff. eodem, bonus est textus, in ratione sui, in leg. si duo sint hæredes, ff. de acquiren. hæredit. ibi, + Qui enim scit, aut scire potuit, illo abstinente oneribus fore implicitũ, ea condicione adire videtur. + Ex quo textu, notant ibi Bald. Paul. & Aretinus, quod acceptans commodum à lege, vel ab homine sibi delatum, videtur sese obligare omnibus oneribus illi commodo cohærentibus. Ad quod etiam bonus est tex. in leg. 2. in fine, ff. de legitim. hæredib/ Et faciunt quæ tradit Egregius Doctor Petrus à Peralta, in leg. hæredem in prin. ff. de lega. 2. column. 4. & 5. de voluntate obligatoria hæredis adeuntis, tacite elicita ex ipsa aditione/ Etiamsi clericus esset, qui panem coctum per se, aut per alium faceret. Siquidem quando clerici, vel Ecclesia volunt vti legibus, vel ordinationibus, seu statutis laicorum, in fauorem illorum, debeãt etiam vti eo modo, quo lex vel ordinatio, seu statutum loquitur: Et cum illo onere recipere teneantur: teste Baldo, in leg. 1. vltim. quæstion. C. de contrah. empt. & in leg. de quibus, in. 6. quæstion. ff. de legib. & in leg. contra. §. fin. ff. de pact. Panormit. in Consil. 6. incipien. casus, volum. 1. Decius in cap. nouit, numero. 16. de iudic. & Anfrer. in. 2. regul in fin. de potestat. secul. super Ecclesiast. person/ Nec enim ferẽdus est, qui lucrum amplectitur, onus autem ei annexum subire recusat. leg. 1. §. pro secundo, in fine C. de cadu. tollẽ. & respondet Marcus Mantua, in Consil. 88. incipient. viso themate, numero. 10. Et quia magis circa hoc super lucrari, ex genere esset prohibitorũ, quæ à iure Diuino, & Naturali descendunt: Ac aduersus illud sæpius repetitum præceptum, + Quodq; tibi nõ vis, alteri ne feceris; quodq; tibi vis fieri, alteri velis + . (de quo satis diximus in. 1. conclusione, super verb. + Naturali +)

15 ¶ Et inde etiã singulariter subinfertur, quod si in præcedentibus annis, tanta frumenti cõtigisset vbertas, vt eorum messis, compensata cum messi præsenti, frumentum agricolis, seu pistoribus, non amplius constaret, quam per legem præsentem taxatum sit, vel minori sibi stetisset nummo, non posse eos, id vendere, nec computare, in foro cõscientiæ, pro maiori precio: quamuis habita ratione messis dũtaxat præsentis, pro cariori precio, in præsentiarum venderetur: quia huiusmodi caritas, & penuria, cum præcedenti vbertate cõpensanda sit: argument. leg. si vno, in prin. ff. locati, cap. propter sterilitatem, eod. titul. ibi, + Nisi cum vbertate præcedentis, vel subsequẽtis anni, valeat sterilitas compẽsari. + Et tex. notab. in leg. vigesima tertia, titu. octauo, parti. quinta, qui eandem probat conclusionem: Secundum quã (vt hic, & si obiter notamus) intelligenda etiam sunt supra adducta, in secunda principali conclusione.

16 ¶ Facit notanda glos. verbo, si cui, leg. si merces, §. vis maior, ff. locati, quod Colonus teneatur augere mercedem, si præter spem, magna fertilitas anni superuenerit: quia sicut ex sterilitate remitti, sibi Colonarium iure postulat, ita ex inopinato prouentu, augere omnino debet: quam ad id citat, & sequitur Andre. Alciatus, in primo lib. de verbo. significat. pagin. (mihi) in paruis, 42. & dicit multum notab. & magistram Iason, in leg. prima, col. decima septima, numero, 79. C. de iure emphyt. dummodo præter diligentiam Coloni, abundantia hæc contingat, secus si ex sua diligentia proueniat: Secundum aliam opinionem eiusdem glosæ, quam ibi sequitur Barto. in. d. §. vis maior, numero octauo, & probat (ita intelligenda) dict. lex Parti. 23.

17 ¶ Ex præcedentibus tandem infertur, iudices, & præfectos Annonæ publicæ, siue quos vocant Deputatos, cautos, & prouidos, debere esse, in taxandis panis cocti precijs, ne Respublica maiori oneretur valore, argumen. eorum, quæ Francis. Marcus tradit. in. 1. part. decis. 154. Quodq; cũ vno anno maior sit fertilita, squã, in altero secundum qualitatẽ temporis precium augeatur, vel diminuatur, secund. Iacob. Aluarot. in. c. 1. §. post natale, de pace tenen. per. l. fin. ff. ad leg. Iuli. de anno. subiungentem, Annonã ex eo dici quia quolibet anno taxetur precium. Et ne pistores compellantur vendere panẽ coctum minori quam deceat precio. Sed ita vtroq; in tempore, seu vbertatis, siue indigentiæ, taxatio

hæc

hæc tali ordine,& circunspectione fiat, quod præsens Pragmatica obseruetur. Quæ vtrumq; tempus(vt prænotatum est)respicit, & prospicit:& expresse disponit, vt panis coctus vẽdatur habito respectu,+A lo que saliere, y se comprare el grano.+Et aliarum expensarum vsq; quo coquatur,& vendatur cum iusto,& moderato lucro.(quod quantum,&quale sit supra diximus,& in.4.notauimus conclusione:ex lege,14.titul.21.lib.secundo, ordina. Regia. disponente, + No pueda ganar mas del quinto.+Per quam etiam declaratur Pragmatica Tolet.lata, vigesim. mẽsis Octobris, ann. 1560. disponens Stabularios,& Caupones posse vendere, in suis stabulis, & cauponis, vbicunq; sint commeatum, & commestibilia iustis,& moderatis precijs.Et prouisio Regia circa panem coctum, nouissime directa Hispalensi ciuitati,& toti Regno, lata Madriti, 14.mensis Septẽbris,ann.1568. Ex mala enim administratione frumenti crescit caristia, secundum Bartol.in leg.prima,C. de frument. vrb.Constant.lib.vndecimo, & ideo (vt ipse notat) priores, qui habent arbitrium super abundantia,possunt huiusnomine ponere ordinem,qualiter,& quo ordine,in ciuitate, & quantum frumentum possit vendi qualibet die,vel quolibet mense.Quem citat,& sequitur dicens notandum Anton.Corset. in sing. 123 in part.frumentum,Florian.in leg. si pendentes,§.si quid cloacarum,ff.de vsufruct. Iason.in leg.prima,col.secunda, ff. de legib. & Franciscus Marcus, in decisio. 540 in principio.

18 ¶Cœterum, vt illuc vnde abij, redeã, in fraudem quoq; fit legis, quando verba legis seruantur, & venitur contra mentem: Et inde Paulus Iurisconsultus, in libro singulari ad legem Cinciam,+ Contra legem(inquit) facit, qui id facit quod lex prohibet:in fraudem vero legis facit, qui saluis verbis legis, sententiam eius circumuenit.+Et Vlpianus,lib. quarto, ad edictum fraus(inquit)legi fit, vbi id fit quod fieri noluit, fieri autem non vetuit.+ dicta leg.contra legem,& leg.fraus,ff.de legibus.

19 ¶Et hinc vendentes hodie panem coctum, ratione magis lucrandi, maiori quã per præsentem Pragmaticam dispositum, & permissum est præcio, & cariori, illo, quo supra diximus posse vendi, habito respectu ad lucrũ iustum,& moderatum, quod necessario Regia hæc dispositio exigit, quodq; quintum totius, tam valoris tritici, quam expensarum vsq; quo panis fiat,& quoquatur (vt notauimus)non excedat, peccant mortaliter. & restitutioni superuenditionis excessus obnoxij sunt.

20 ¶Sic etiam qui triticum, aut farinam dant panificis, pistoribus, aut alijs personis, vt panes faciant, & pro faneca sibi dent, aut reddant viginti, aut plures argenteos (quæ nostræ tempestatis, infœlicitas est longe freqũetior, & lamentabilis calamitas) sententiam præsentis Pragmaticæ, hi omnes circũueniũt: & in eius fraudem id fieri dicitur, ac mortaliter peccant:& ad restitutionem superexcessus tenentur. At perinde habentur, ac si frumentum vẽdant vltra taxatum preciũ: Nonq; minus in foro exteriori (imo longe grauius ob id puniendi sunt: cum maiorem fraudem excogitasse videantur, qui nõ tam legẽ circumuenire volunt, sed etiam interpretationem legis.+leg.ita fidei, ff.de iure fisci,& in leg.secunda, ff.de his qui sunt sui, vel alien. iuris. Et ita procedit, atq; iustissima ratione cõstat, dicta Pragmatica, à Potentissimo, & Piẽtissimo Rege nostro, huius Nominis secundo PHILIPPO, circa precium panis cocti, nouissime lata Madriti, 14. mensis Septembris, an.1568. Ciuitati Hispalẽ.& toti Regno directa

21 ¶Quæ negotiatio, vt ex ea patet, non solum prohibetur, sed & Ars pistoria, ne hac occasione fiat aliquibus interdicitur. Quæ in Nobilibus longe fœdior est. Cum tanto grauius, ac magis quis peccet, quanto melioris nationis, condicionis, & dignitatis sit. Vt qui plus, cœteris per omnia paribus, peccare videatur, qui ex prosapia nobili natus sit & magis contemnat qui plus à DEO optimo,& Maximo receperit:Et non recognoscendo, maior sit illius ingratitudo, Luce, septimo.§.leg.quædam, & ibi Bartol. Alberic. & alij, ff.de pœnis, leg.tertia, §. isqui ad hostes, ff.de re milit.leg. presbyteri, C. de Episcop. & cler. quæ & repetitur, in. §.presbyteri, quinta quæstio.final. Maxime cum nobilium, & in dignitate constitutorum peccata, trahi soleant ab inferioribus in exemplum, cap.cum quidam, vbi glosa, Imola, & Felinus, & alij Doctores, de iure iurando, can. sicut, can. pastoralis, secunda quæstio. septima, can. ex merito, sexta quæstio.prima, cap.magnæ, de voto, can.præcipue, vndecima quæst. tertia, quem aureum dicit Barbatius, in Consi.40.incipien.clementissimum,6.colu.volum.4. vnde Sanct. Thomas, hæc connumerat, inter quatuor, quæ augent id crimen, in prima. 2.

quæstio.73.arti.1. Primum, propter specialem repugnantiam actus peccati, ad magnitudinem: velnti, Si Princeps iusticiam violet, qui ponitur iustitiæ custos. Et si sacerdos fornicetur, qui castitatem vouit. Item propter exemplum, siue scandalum: quia vt Gregorius ait in pastorali, in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus, peccator honoratur, ad plurium enim noticiam veniunt peccata magnorum: & magis homines indigne ferunt. Tertio, propter ingratitudinem: quia omne bonũ, quoquis magnificatur, est ei beneficium. Et cum homo sit ingratus peccando, quælibet maioritas, etiam in temporalibus bonis, peccatum aggrauat: Secund. illud Sapientis, 6. potentes potẽter tormenta patientur. Quarto, quia facilius possunt resistere peccato maiores, vt qui excedunt scientia, & virtute, vnde dicit Dominus Lucæ, 12. Seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit multis.

22 Ideo Nobilitas potius delictum auget, quã minuat. l. omne delictum, §. augetur, ff. de re milit. c. homo, & ibi glosa 40. dist. c. quia sanctitas, 50. dist. c. nullus itaq;, & glo. 1. q. 1. c. nulli, 25. quæst. 1. c. fin. 30. q. 1. cap. 1. de clerico venator. c. excõmunicamus, §. credentes, versi. si vero clericus, & ibi glosa, verb. exerceatur, (quæ citat concordan.) de hæreti. l. omnes, & ibi Bald. C. de decurio. lib. 10. & 11. l. 1. in fine, C. de conduct. & procura. lib. 11. ibi. Grauior enim pœna constituenda est in hos. L. per id tempus, & ibi Lucas de Pena, C. de curios. lib. 12. glo. verb. sacerdotalem, in. c. 2. de offic. de lega. lib. 6. c. nulli, & ibi glo. 19. dist. Iacob. Dyn. Cyn. Bald. & Salyce. in. l. nemo. C. de sum. Trinita. & fid. Cathol. Ioan. de Platea, in. l. fin. per illum tex. C. de fabricensib. libr. 11. Cepola, causar. criminal. Consil. 39. incipient. Lutius Ciuis, numero. 24. Ludo. Gometius, in proœm. Reg. Cancel. pagin. 38. Bonus est tex. in. c. inter corporalia, versic. quoniam, de trãslatio. Episcop. ibi, Tanquam maiores plus excesserint, in præmissis. Vbi glosa, verb. Quãquam. Illud Iuuenalis, allegat, (suo tamẽ nomine tacito) Omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet, quanto qui peccat maior habetur. Cui illud Thucidydis, lib. 5. conuenit. Neq; hoc minus (inquientis) vestra refert, Qui quo maiores cæteris estis eo maiore, si labemini, eritis pœnarum magnitudine digni. Bonus est tex. l. moris, §. istæ fere; ff. de pœnis. (& dixi in Latius in respõ. ad, 6. part. 1. fundamen. in respon. de blasphemia.)

23 Meminerintq; ipsos oportet nobiles, quod negotiatores, aliq; huiuscemodi, dignitatem assequi non possunt. Et ab iam adepta repelluntur: tex. est in. l. nequis, C. de dignit. libr. 12. vbi Lucas de Pena, hos negotiatores dicit esse sordidos: & in. l. si cohortalis, in fine, C. de cohor. eod. lib. & vtrobiq; not. Ioan. de Plat. Et tex. in. l. humilem, C. de incest. nupt. inter humiles & abiectas personas, eam annumerat, quæ mercimonijs publice præfuit, & idẽ probatur, in leg. prima, C. de natural. lib. Optimus est textus, in leg. duodecima, titul. 21. parti. tertia, ibi. Dezimos, que non deue ser ome cauallero, q̃ por su persona anduuiesse faziendo mercadoria. Sed & lex, nobiliores, C. de comer. & mercato. prohibet, nobiles natalibus, & honorum luce conspicuos, mercimonia exercere, quam ibi dicit Bald. not. Ex ea notans, quod qui exercet artes mechanicas (tanquam mercatura, ars sit mechanica) nõ potest esse nobilis, quod etiam tenuit Anton. in rubric. ne cleric. vel monach. Et Cepol. in tracta. de Imperato. milit. deligẽ. in materia nobilitatis, in, 18. opinione, vbi & per hoc dicit, quod in locis vbi nobiles possunt ex statuto, vel consuetudine esse mercatores, aliquid tamen propter mercaturam detrahitur eorum nobilitati. Et voluit Mathe. de Afflict. in constitu. Siciliæ, incipien. intentionis, 9. colun. in. 6. notabil.

24 Et inde Ioanes Fab. in leg. falso, C. de diuers. rescrip. scribit, quod si Burgẽsis (ita enim loquitur) qui à Principe nobilitatem impetrauit, postea mercaturã exerceat, ammittit priuilegium nobilitatis: nempe quod priuilegiũ ammittatur per contrariũ actũ, l. 2. C. de Carbon. edict. l. priuilegio, C. de decurionib. lib. 10 quem citat, & sequitur Petr. Rebuf. in secundo Tomo, constitu. Regia. titul. de mercator. minuta. venden. glos. prima, numero. 21. dicẽs diuersum esse, in eo qui ex parentibus nobilibus natus est, Ac quod naturale est amitti nõ possit. Et subiungens hoc iure in Francia vti, vt passim literæ à Rege impetrentur, vt negotiatio, & exercitium negotiationis, nõ noceat nobili qui exercuit mercaturam: licet his nobilibus à natura, non sint multum necessariæ, quia ipso iure reassummit nobilitatem, desistendo: per leg. ingenuum, ff. de stat. hom. clem. si. de vit. & hon. cler. & Massuer. in tit. de talijs, §. item illi qui sunt nobiles. Nobilitas enim, & mercatura, sibi inuicem repugnant, & aduersantur: nec se simul compatiun-

ciuntur per leg. milites, C. locati, & leg. prima C. negotia. ne milit. lib. 12. Quæ iura licet non multum ad hoc faciant, vt quæ de militibus loquantur, siquidem militia, nõ sit nobilitas, ac nec dignitas quædam (vt Andre. Tiraquel. ostẽdit, in lib. de nobilita. cap. 8.) Et quia etiã illis in ibus, alia ratione prohibentur milites negotiari.

25 ¶ Idem tamen, quod Ioann. Fab. Lucas de Pena tenuit, in .l. vltim. col. tertia, C. de fund. limit. libr. vndecimo, cum dicit, nobiles, qui se mercimonijs implicant, cogendos tanquã plebeios, & viles contribuere soluendis collectis, id tamen limitans, nisi id nobiles facerent modice, & pro ipsorum vitæ sustentatione tantum. Quod etiam meus Dominus genitor. Franciscus MESSIÆ. I. V. Doctor, etiam limitabat de mercatura tenui, argument. eorum quæ Cicero scribit, in secundo officiorum prope finem, & præfatus Plat. notat, in dict. leg. nequis, C. de dignit. lib. 12. & in leg. maximarum, C. de excusatio. muu. lib. decimo, & in dict. leg. prima, C. negotiator. ne milit. (vt inueni, in quodam scholio sua propria manu scripto, super præallegato loco fabri, in dict. leg falso,) Sed illud absolute, & sine delectu, aut vlla limitatione, tenet Guido Papæ, in decisio. 196. incip. nobiles, & in decisio. 391. incipien. quid autem de nobilibus, & Mathe. de Afflict. in cap. primo, col. sexta, versicul. quid de mercatoribus, tit. quis dicatur Dux. Et de Neapolitanis nobilibus, Domestici Autores referunt, quod adeo mercaturam vt rẽvilissimã, ac turpissimã exhorrẽt, vt quãtũvis egenus quis sit, citius fame intereat, quã filiam, vel opulentissimo mercatori matrimonio collocet, manultq; furtis, & latrocinio, quã honesto quæstui vacare. Et negotiationi adeo est cõtraria nobilitas, adeoq; odiosa, vt apud Romã. Germã. & Gallos, aliásq; natiões ex solo mercaturæ nomine, & vsu, nobilitas ammittatur: vt eruditus nobilis Arze de Otalora. Scribit in tract. nobilita. 2. part. cap. 5. nu. 25. ex hac ratione scribens, quod nobilis exterus, natione Romanus, vel Neapolitanus, Frãcus, vel Germanus, qui apud nos commoretur, negotiationis, & mercaturæ gratia, non poterit obtinere in causa immunitatis, & nobilitatis nostræ. Et idem Putianus Senator, tradit, in c. pen. 5. part. princip. eiusd. tracta. de nobilit. subdens sibi satis credulum non esse, nobiles apud nos operam dantes mercaturæ, mechanicisq; & vilissimis officijs (quod di̇cto in opere dicit non semel deplorasse) vere hi sint nobiles, cum nobilitatem offendãt, vilitate officiorum, imo his in Regnis peculiariter dispositum est. Que los hijosdalgo, que tractaren y mercadearen, y se alçaren, no gozen de hidalguia. Vt in cap. 111. Comitiorum Segoniensium, ann. 1532. facit tex. in leg. 4. tit. 2. libr. 4. ordina. Regia. Et quod mercimonijs intendentes, inter personas inhonoratas connumerẽtur, tradit Bonus de Curtili, in tracta. nobilita. 7. part. nu. 7. vbi refert Ioã. Bard. 10. Ethico. quæst. 1. & glo. verb artifices, in Auth. de testib. §. sancimus, & idem sensit Alciatus, in l. mercis, ff. de verbo. signifi. & in tracta. præsumptio. regul. 1. versic. 48. & Bald. in dict. l. nobiliores, sequitur nouissime Benuenutus Straccha, in tracta. de mercatore, part. 3. nu. 14. & in 2. part. nu. 17. subiungens, nobiles si per alios mercaturam exerceant, & ipsi nõ assistant, defendi posse nobilitatem non ammittere: secundum Alberi. in. d. l. humilem, C. de incest. nup. & videtur probari. in. d. l. 12. tit. 21. part. 2. ibi, Que por su persona, &c. Siquidem qui per se mercaturam non exercent, nec quouis modo negotium tractant, mercatores dici non possunt, vt post Decium, in Cõsil. 268 incipien. conclusio, in prin. & Alciatum, in. d. l. mercis, (antedictam etiam conclusionem probantem) idem Benuenutus tradit, in dict. tract. de mercato. part. 2. nu. 66. versicul. scio & illud.

26 ¶ Qui tamen concludunt, nobilem quamuis per alios tractet, mercatorem tamen esse, si & ipse aliquando rationes excutiat, quæ sentẽtia vera est, (& ad intellectum dict. leg. Partitæ notanda) & eã sequuntur Roma. Francis. de Aretio, & Iason, in leg. Scriniarios, numero octauo, C. de testament. milit. (vbi subdit id sensisse Bart. in leg. final. ff. de excusatio. tutor. & Roman. singular. 64. incip. an exercens,) Quicquid Alexand. Conctur, in leg. diẽ functo. numero, 23 ff. de offic. assessor.

27 ¶ Ita vt dixerint Bald. & Saly. in leg. vnic. C. in quib. caus. militan. milites negotiatores, qui negotiationem fecerint, ex illa negotiatione conuentos, fori Priuilegium non habere: coram q; ordinario posse conueniri, quos sequitur Paul. de Castro, ibi. Et idem Castrensis, in leg. final, C. de iurisdict. omni iudi. scribens militem inter mercatores annumeratum, declinare non posse iurisdictionem Consulũ mercatura: quia non vt miles, sed vt mercator cõuenitur. Et hæc potest esse ratio notabil. decidendi dict. cap. 111. Comitiorum Segouiensiũ. Et ideo si agatur de re pannaria, conueniri

debet coram iudice pannorum:& decidi cau fa ftatutis illorum.Si de alia materia,fecundū ftatuta illius artis:fecundum Pet.rebuf.in.d. 2.Tom.tractat.de mercator.minutatim vendent.glo.1.nu.12.& ibi in.nu.24.fcribit Agricolas nō amittere nobilitatem,fecus fi fint mercatores:ex Guid.Pap.in quæft.41.incipié. fuit dubitatum.Et voluit Corne.in Confil. 318.in cip. explurib.s.r.vol. dum fcribit,eos qui maiori parte temporis circa colendos agrosver fantur,licet artem aliquam exerceant, artifices nō dici,bonus eft tex.in .c.quod fuper,de voto,ibi,artificis,& agricolæ.+Et eft notandū ad intellectum,l.9.tit.1.lib.4 ordin.Reg.Et eorum quæ traditur per præaleg.Arze de Otalora.in.d.tract.2.part.3.par.princip. c.5.nu.15. qui tamé dicit quod duo hæc officia,+Carpintero y cantero+.Non officiunt generis nobilitati, & quod complures ex his duobus officijs,obtinent in caufis nobilitatis.Quæ tamé, non omnino vilia funt, fed quodammodo liberalia tefteChaffeneo,in cathalo.glor.Mundi.10.part.pen.confider. ideo de iure laudantur:& ex his excufantur à muneribus perfonalibus.l.1.& 2.(ita accipiend.)C. de excufatio.artif.l.1.& d.l.maximarū vbi. dd.C.de excufati.muner.lib.10.

28 ❡At noftra in fpecie,quod officium piftorū, ideft eorum,qui panem conficiunt, fordidū fit,& in ordinem vilium, & fordidorum artificum,redactum,Cicero probat, in oratione pro Rofcio Amerino. Et Iulius Firmicus,libr. 3.cap.12.in.6.loco,in fine, bonus eft tex.dic.l. maximarum,C.de excufatio . muner.libr.10. Et inde,piftores arcebantur à perfectifsimatus dignitate.leg.1.C.de perfectifs .dig.& alia quauis dignitate.l.1.C.de piftorib.lib.11. Nam & id munus,feruorum erat:l.quæfitum eft.§. Trebatius,ff.de fund.inftruct.Et piftores(tefte Plinio in libr.18.cap.11.nō fuerunt Romæ, ad Perfecum vfq; bellum,annis ab vrbe condita,quingentis octoginta,mulierumq; id opus erat.Sicut etiam ad huc in plurimis Regionibus maxime in pagis linguæ Occitanæ,& Vtrariæ,& fere vndecūq; hac in noftra Regione.Quæ mulieres,panifīcæ dicuntur & facturam panificium,fecund.Capralium lib.5. cap.4. Quibus continentur qui vendunt panem, licet non faciant:fecundum Pet.Rebuf.in.dict. 2.Tom.tit.de merca.minutat.vendé.glo.5. vt videant noftri temporis nobiles, quā fibi honorificum hoc fit officium, in quod nonnulli eorum,proh dolor,totis neruis intendūt:præ fentem Pragmaticam, defraudantes : contra quos Dominus per Ezechielem clamat, cap. 26.+ftatuæ nobiles,in terram corruent,+&.c. 22.+Triumphabunt de te fordida,nobilis grādis in interitu.+& .c. 82.+in multitudine negotiationis tuæ repleta funt interiora tua, iniquitate+ & rurfus+& iniquitate negotiationis tuæ,polluifti Sanctificationem tuam+.EtApocalypfis.18.Babylonis iudicium,& lapfus defcribitur,quia mercatores erant Principes terræ.

29 ❡Quos, & alios qui id audent non excufat ciuitatis, Regionis , aut prouinciæ prauus fa Pragmaticam præfentem circumueniendi modus,& vfus:(ne dicam confuetudo)quæ potius corruptela eft:& impius abufus:argumé. glofæ.c.deniq;.4.dift.& eorum quæ notat Iafon,in.l.ait prætor,§.iurari,s.col. ff.de iure iurand.Gerardus de Petra Sanct.in fingul.83.in cipien.tene menti,Thom. Grammat.in decifio.50.incipient.Marcus Spatarius,col.2.& reuerendifs.Couarru.in.1.part.relectio. cap.quā nis pactum,de pact.in.6.§.7.col.pen . textus eft in cap.fin.de confuetud.

30 ❡Quæ quanto affuetior eft,tāto eft turpior quia infœlices animas diutius detinet alligatas:cap.cum in Ecclefiæ,de Symon . & capit. cum haberet , de eo,qui duxit in matrimon. quam poll.per adulter. quicquid velit glofa, verb.antiqua,in.c.fane,de tempor. ordinādo. & in verbo,crimen,c.obijciuntur, 3,q.iæft.4. quibus aduerfatur textus,c.chifma,24. quæf. 1.cap.non fatis,& ibi glo.de Symon . c.criminis,25.dift.bonus textus,in.c.multi , in fine,2. quæft.1.ibi, +Nec gaudeant quia plures inueniant.fibi fimiles , nam propterea non minus ardebunt,quia cum multis ardebunt+. Et in. c.flagitia,32.quæft.7.ibi,+ Quæ fi gētes omnes facerent,eodem criminis reatu tenerentur+. Vbi id,ibidem notat glofa, quod ratione multitudinis , non excufatur quis à culpa . Sic & Hierony. ad Aufonium , peccantium multitudo,non parit errori,patrocinium. Et in quendam iuuenem,qui Virginem corruperat, fcribens: Nec tibi (ait) de multitudine peccantium blaudiaris , & dicas hoc folus non egi, multos habeo focios:fed recogita,quod multitudo fociorum impunitatem non facit criminum:Et in Sodoma,& Gomorra, & in totis quinq; ciuitatibus, innumerabiles vtiq; habitabāt,fed ecce oēs pariter qui libidinofe corpora fua tractauerunt, imbribus igneis cōflagrati funt: Solus autem Loth, de illo ineuita bili incendio effugit, quia ab illa turpitudine fe præftiterat alienū.+ Et huc quoq; quadrat,

quos

quod Exodi, 32. Moyses propter peccatum Idolatriæ occidi præcepit, viginti duo milia hominum: quod vir ille iustissimus, nunquam præcepisset, nisi iustum fuisset peccantem multitudinem humano iudicio condemnari.

31 ¶Antedicta tamen limitari possunt, & accipienda sunt, nisi Dominus ipse farinæ, aut tritici, suis expensis, suo q; periculo id alicui faciendum, & pro iusto præcio panem coctum vendendum delegaret, pro labore huic aliquid dans: Etiam si is clericus sit: vt concludit Ioannes de Medina, in citato libro de restitutio. quæst 31. versic. hæc tamen non obstant, & colligitur, ex Conrado, (qui ita procedit, & debet intelligi) in. dict. tract. de contractib. 3. part. prima, & tertia cõclusio. Cum per aliũ sic possint, quod per se ipsos facere non deceret: argument. eorum, quæ Doctores tradũt, in regul. qui per alium, de regulis iuris, in .6. Aliàs non: cũ in fraudem fiat præsentis Pragmaticæ.

32 ¶Cui fraudem facere, iniustitiæ speciale vitium est, & grauissimum: ex legum inobedientia, boni q; communis despectu proueniens: & æqualitatem iustitiæ, in inæqualitatem peruertit, qui plus volens habere, carius aut sic vendit. Inde ex Aristotele, sexto Ethycor. cap. primo, iniustus is esse dicitur. & qui à legibus exorbitet, plus q; capiat: ac etiam iniquus, quia ementi tribuat, minus quam sibi competat: Et materialiter omnes virtutes oppugnare cẽsetur: quippe qui per diuersas corruptas affectiones ius alienum violet: secundum Sanct. Thom. in. 2. 2. quæstio. 59. artic. primo, ad. 2. Extat q; Polycratis Philosophi celebris sententia inquientis, sicut perfectum animal est homo, ita separatum à iustitia est pessimum omnium.

33 ¶Vnde hunc quoquo modo præsentẽ Pragmaticam animo, & ratione magis lucrandi, & interessandi defraudãtem, grauissime peccare, longe q; maius hoc peccatum esse, quã illius, qui de directo facit contra legem, Ioã. Monachus asseruit, in dict. c. auaritiæ, circa finem, numero decimo, cum sequẽ. de electio. lib. sexto, dicens quod hic facit contra mentẽ iuris, exquisito ad hoc colore inepto, & fraudulento: vnde plus peccat, & ideo plus puniri debet. Nam simulata æquitas, duplex est iniquitas: secundum Gregorium. Facit cap. si cui, de senten. excom. lib. sexto. Nec grauius est odium, quam simulatus amor. Et de iniusta misericordia, probat tex. c. iniusta, vigesima tertia quæst. quarta. Et pax, in qua latent insidiæ, non est pax, sed dolus: vt scribit Bald. in cap. primo, in prin. in finalib. verbis, de pace iurament. firmand. Dolus enim, & fraus germana sunt: & quadam cognatione coniuncta, leg. iurisgentium, §. sed si fraudandi, & ibi glo. Bartol. Bald. Angel. & communiter omnes, ff. de pact. leg. prima, in princip. & ibi glos. verb. fraude, ff. de his qui notan. infam. & cap. cœterum, de rescriptis. Et peius est simulare propositum, quam cadere à proposito. c. certe, duodecima quest. prima, vbi glos. verb. malum, peius esse dicit, peccare per hypochrisim, quam manifeste: & veneno occidere, quam gladio, l. vnic. C. de malefic. & mathem. leg. septima, titu. octauo, part. septima. Ac Cicerone teste officior. lib. primo. † Nulla iustitiæ pestis capitalior est, quam eorum, qui cum maxime fallunt, id agunt, vt boni viri esse videantur†.

34 ¶Et secundum Hieronymum in Esaiam, c. duodecimo, in comparatione duorum malorum, leuius est, aperte peccare, quam sanctitatem simulare. Et Plutarchus, in lib. de sera Nummũ vindicta, refert, Thespesium quendam, qui à morte surrexerat, asserere, apud inferos, eos qui manifeste peccauerant, palam q; flagitia perpetrarant, non tam acerbe plecti, quam qui clam iniuste vixerant, prætextu q;, ac opinione virtutis deliquerant. Et quod delictum clandestinum, plus puniatur quam publicum: notat glos. verb. clandestinis, per tex. ibi, in leg. officiales, C. de Episcop. & cleri. grauius enim peccare videtur, qui clam sub boni specie peccat, quam qui alias palam peccat. textus est (ita accipiẽdus) in cap. cum ex iniuncto, de hæreti. leg. palam ff. de ritu nuptia. leg. fin. ff. de effract. & leg. non existimo, ff. de adminis. tutor. Sic grauius est persuadere, quam compellere, leg. prima, §. fin. ff. de seruo corrup. grauius, item, noctu; quam sub lucem peccare: vt inquit Bald. in. l. non minorem, C. de transactio. Et ita limitari, & temperari debet, quod dicit glosa, in. c. nemo, 32. quæst. 4. quod maius peccatum est manifeste peccare, quam oculte. Et in cap. ex tenore, de tempor. ordinãd. vbi publicus peccator magis punitur, quam occultus. Et in capit. primo, in fine, de voto, lib. sexto. Quod q; Sanct. Thomas scribit, in. 2. 2. quæst. 66. articul. tertio, quod in oculto peccare, pertinet ad diminutionem peccati: tum quia est signum verecundiæ, tum quia tollit scandalum.

35 ¶At nostra in specie, quod grauius peccẽt, huic Pragmaticæ fraudem faciẽtes, & acrius

puniri

puniri debeant, quam eidem palam contrauenientes, textus probat in dict. leg. ita fidei, ff. de iure fisci, & in leg. secund. ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. ibi. † Quod si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciat me hoc ad missum, seuerius executurum. Docet Alberic in dict leg. contra legem, numero secund. sed & Bald. post Innocen. in rubri. de consuetud. in fine dicit, quod is qui facit in fraudem consuetudinis, peccat mortaliter.

36 ¶ Et aliquem defraudare, sine peccato, & periculo animæ non possumus: vt in specie notat Doctor ille practicus, & antiquus Cancellariæ Apostolicæ corrector, in practi. Cancell. fol. 47. quem citat & sequitur Ludouic. Gometius, in Cancellar. regul. de valore exprimend. in impetratio. beneficio. quæstion. prim. versicul. rursus, pagin. (mihi) in paruis, 922. in fine.

37 ¶ Quod si clerici sint, qui hoc audeãt, (quod DEVS sua qua est misericordia, auertat) quam longe grauius peccent, (vltra Guido. Pap. citantem Raymund.) in tracta. de vsuris, numero. 22. supra in quinta conclusione notauimus: Maxime cum quod eis vltra victum, & vestitum supersit, non sibi ipsis retinere, sed inter pauperes distribuere debeant: cano. quatuor, cano. de redditibus, cano. nulli, duodecim. quæstion. secund. & diximus supra in glos. prim. conclusio. prim. Et quod de mercatura super lucrantur, pauperibus erogare teneantur: cano. qui habetis, 14. quæstio. 5. & scribit Cardin. in Clem. prim. in fine, de vit. & honest. clerico (quod tamen qualiter intelligendum sit post additionat. ibi, & Archiepisc. Florenti. in tertia part. suæ sum. titu. decimo tercio, capit. secund. §. fin. Benuenutus tradit in dict. tracta. de mercator. tertia part. numero septimo.) Ac risu, & ludibrio dignum videatur, si velint per prius CHRISTI fideles exhaustos, & expilatos, enudatos q; reddere, vt eos postea cooperiant: quibus satius profecto, & vtilius esset, intacta eorum iura, ac bona seruare, quam post homines enudatos, pallium vestes q; repetere: vt in simili textus dicit, in leg. fin. C. in quib. casib. in integ. restitut. neces. non est. Qua de re Saly. refert, in rubri. C. de verbo. signifi. in Chronicis legi, quod postquam per Constantinum facta fuit donatio Ecclesiæ, audita fuit vox de cœlo dicens, hodie infusum est venenum Ecclesiæ DEI: significans non oportere Ecclesiasticas personas plus nimio ditari, quia si quo magis Ecclesia ditescit, eo magis perieclitetur. Et licet eam vocem quã Saly. refert, non sit credendum, aut vero simile, è cœlo auditã, aut elapsam. Tamẽ nullorũ magis interesse videtur, quã ipsorũ Ecclesiasticorum plus nimio nõ ditari, argumẽ. præallegatæ rationis, & eorũ quæ in simili iurisconsultus inquit, in l. diuus, ff. de milit. testam. & in. §. plane instit. eod. Et Imperatores Diocletianus, & Maximianus, (quãuis ethnici,) in l. professio, C. de muner. patrim. li. 10. facit lex, quia antẽ §. 1. & 2. ff. quæ in fraud. creditor. l. 1. §. verũ autẽ, ff. si quid in fraud. patrõ. cũ multis quæ Iason cumulat, in leg. patre furioso, ff. de ijs qui sunt sui vel aliẽ. iuris. Et quia eisdẽ clericis verus cultus est, adiuuare pauperes & positos in necessitate. l. 1. C. de Episco. audiẽ. Quodq; cũ Ecclesia, Ecclesiasticæ q; personæ reliquos Christianos loco fratrũ, & habere & fouere debeãt d. c. de redditibus, inter eos veluti fratres æqualitas sit seruãda. l. cũ oportet, in prin. C. de bon. q; liber. Et ita procedit, & accipiendũ est, quod Petrus Nunius de Anẽdaño, nomisi me scribit, in lib. 1. de exequẽd. Princip. mãd. c. 4. nu. 24. ver. & sicut, clericos in modo fruẽdi, & in cõseruandis terminis, statuta laicorũ obseruare teneri: quod Oldra. ante eũ cẽsuerat, in Cõsil. 32 incip. quæstio est verũ sacerdos. Et Didacus à Castello, super. l. 70. Tauri, voluit Panormit. in. c. quod clericus, de foro cõpete. Felin. & cõmunis sentẽtia, in. c. Ecclesia Sãctæ Mariæ, de cõsti. & quod Bald. tradit in rubri, de constitu. 3. col. num. 20. (post Innocentium ab eo ibi citatum) quod constitutiones laicorum, naturalem cõtinentes æquitatẽ, seruãdæ sunt contra clericos in foro spirituali, quodq; supra in. 5. tradidimus cõclu. in gl. 1. post prin.

38 ¶ Nec excusationi clericis, & alijs erit, aut antedictis oberit, quod iure permissum sit, aliqua vti cautela, perquã quis euitet incõmodũ quod ex aliqua lege nõ digne incurreret. l. seruus dotalis, ff. solu. matri. l. cũ pater, §. Titio, ff. de lega. 2 l. at qui natura, §. cũ me, ff. de neg. gest. l. quæsitũ, ff. de cõdi. & & demõst. l. si vsufructus, ff. de iure dotiũ. Cũ præfata iura, ac id generis similia, dumtaxat procedãt, ad euitandũ dãnum, quando nulli præiudicium generatur: nec venitur contra legis verba, vel eius mentẽ. Neq; in dict. l. seruus dotalis, quæ magis expressa est restitutio illa, ibi fit, vt euitetur aliquod præceptum, seu legis prohibitio, sed vt consulatur mariti indemnitati: ex quo nulla lex velit, maritum damnificari: Nimirum ergo, si eo casu, cautela illa permittatur: quæ quidem fraus non est: secundũ

Petrum

Petrum Philip. Corne. ita in specie respondentem, in Consilio, vigesimo nono, incipien. in præsenti consultatione, colun. fin. numero vigesimo tertio, volum. tertio. Et post eum Andre. Tiraquel. in præfatio. lib. de retractu. numero, 74.

39 ¶Nec ex illa etiã (vt aiunt) ansa, sibi satisfacient, quod post quam quis ea condicione emit, quæ sibi dictis in casibus, in textu expressis à venditore præscribitur, nulla ei fiat iniuria: Et cum ambo in illo, libere consenserint, non oporteat aliquid reddere, seu restituere emptori. præsertim cum nihil indebitum, seu excessiuum fuerit per venditorem acceptũ: Siquidem precium fuerit æquale valori mercis iuxta Pragmaticæ præsentis taxam. Et Aristoteles, in quinto Ethycorum, cap. nono, constituat, neminem pati iniustum, aut iniuriam, dum sua sponte id patitur, & scienti, & volenti, iniuria non fiat: vulgat. regul. scienti, de regulis iuris, in sexto, cum similibus. Nam cum hoc vitium (vt paulo ante notauimus) cõmutatiuæ iustitiæ aduersum sit, quatenus per istam acceptionem iniustum fit, ius q; alienum violatur; nemo nisi inuitus, ac contra suam voluntatem patitur: vt ex eodem Aristotele, quinto Ethycorum, cap secundo, probatur: Et cõdicioni illi, quam Scholastici uolleitatem appellant, satis est, vt quis censeatur iniuriam passus: tametsi simpliciter velit, dummodo consensus ille contra ius extorqueatur. Nam iniuriam pati, idem est quod proprio iure priuari. Et quia astu, & fraude seductus iniustum patitur, iniuriam quoq; talis emptor per se patitur: ac si vi cõsentiret: quia non facit vltroneus: textus est (sic intelligendus,) in .c. solicite, de restit. spoliat. ibi, ✝ Quia non est verisimile, quod sponte iuri suo renũciauerit, qui renunciat spoliatus. Quod cum ex egestate, sibiq; imminente necessitate, emere sic cogatur, aut ad vsuras accipere, licet simpliciter dare velit, tamẽ quia dare nollet, iniuriam (vt dictum est) patitur: & inuolũtarium. Præterea iniustum pati, contrarium ei, est, quod est facere iniustum: Sed nemo iniustum facit, nisi volens, vt Dominicus á Soto ostẽdit, in lib. tertio, de iustitia & iure, quæstio, tertia, articul. secundo, Ergo nullus id nisi nolens patitur: vt probat idem Soto, in articulo tertio, eiusdem quæstionis.

40 ¶Quibus fraudibus, cum dubium non sit, quam plures hoc tempore vti, (ne eis frugi sint, argumen. eorum, quæ Tiraquel. tradit, in libro, de retract. §. primo, glosa nona, numero, 67.) non minus iudices punire eos deberent, quam si ad literam, legem ipsam temere violassent: qui non solũ superaccipiunt, sed alios indigentes emere compellunt res eisdem inutiles: & quibus non egent: eos multipliciter grauando. Qui venditores obnoxij sunt restitutioni damni huiusmodi per eos ementibus illati: Siue in eo, quod minus vendunt postea res illas sibi inutiles: quasq; sic emere coacti sunt, seu superaccepti valoris, tunc temporis communiter currentis circa illas merces, quas coegerunt emptores emere pro illo precio quod eis statuerunt, cũ minus valerent.

41 ¶Quibus, si eos agnoscant, vel suis hæredibus hanc restitutionem venditores hi, necessario facere debent. Sin autem non agnoscãt, ad arbitrium boni viri, pauperibus erogare tenẽtur: totum enim illud videtur perperam, & turpiter acquisitum; vnde id, ac damnum hac in specie illatum, pro læsis, erogandum est pauperibus: & inter egenos distribuendũ: vt colligitur ex Ioanne de Medina, in dicta quæst. 36. versicul. penulti. bonus est textus, in cap. quia pleriq;, de immunitat. Ecclesia. ibi, ✝Et sic extorta restituat: & tantundem cogatur pauperibus elargiri. ✝ Quibus quando ignoratur dominus male ablatorum, restitutio fieri potest per ipsum restituentem, absq; cõsensu Episcopi: & liberatur in foro animæ, c. sicut dignum, §. eos insuper, de homicid. ibi, ✝Fateantur se pauperibus erogasse, non tamen aliena, cum ipsa potuissent eis quorum fuerint restituere, debuerunt pauperibus erogare. Et ibi notant Panormitan. secunda colum. numero octauo, & Ioann. de Auan. numero primo, & est elegans, secundum Antõ. Corsetum, in singulari. 280. verbo, restitutio, & deducitur ex Dino Thoma, in. 2. 2. quæstio. 62. articul. quinto, ad tertium, innuente, hoc fieri debere præmissa tamen diligenti inquisitione, de persona eius, cui restitutio est faciẽda: & hæredum eius, qui computantur quasi vna persona cum ipso.

42 ¶Si vero, in foro iudiciali, constat de illa iniusta acceptione, restitutio hæc, cum Episcopi consensu pauperibus facienda foret: Secũdum eundem Panormitanum, in cap. cum sit de iudeis, secunda colun. numero septimo, & Felinum, ibi, colun. final, numero sexto, versicul Secunda conclusio, & Ioann. Lup. á Palaci. Rub. in repeti. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. sessagesimo quinto, numero. 60. Et ita procedit textus Authent. omnes peregrini,

C.com-

C.commu.de succesion.& lex penulti. titul. primo, part sexta, quibus canetur, quod bona peregrini, morientis absq; testamento, per Episcopum, in pias causas distribuátur, si hæres legitimus non appareat. Et quod Reuerendissim. Couarru. tradit, in tertia parte relectio. regul. peccatum, §. primo, columna secunda, & tertia, cum sequen. de regulis iuris, in sexto, de rebus inuentis, quæ verisimili coniectura fuerint alicuius, nec tamen is certus sit. Et idem censerem, si in magna quantitate, nostro in casu restitutio fieri deberet: ex his quæ Paulus de Eleazar, post Ioannem Monach. ab eo ad id citatum adducit, in Clemen. dudum, de sepultur. versic. per huiusmodi autem concessionem, verb. à iure concessa. Qui hac in specie sequitur dictum Hostiẽsis, in dict. cap. cum sit, dicentis hanc restitutionem, cum consensu Episcopi faciendam: non quod dispensatio male ablatorum per eum fieri debeat, sed per eum qui tenetur restituere, vel per eum, de quo is promdit. Secundum tamen Consilium, & prouidentiam Episcopi, qui pater pauperum est: Quod etiam probatur, in dicto capit. cum sit, in verb. cum prouidentia, quod non sonat, quod Episcopus manu sua accipiat, sed vt in erogando, prouidentiam adhibeat: *vt Petrus de Ancharran. ibi annotat. Et ita procedit, & accipiendum est*, quod scribit *Bald. in leg. viduæ*, C. de nupt. dum dicit, quod si inter Exequutores testamenti, est contentio super electione pauperum, res deuoluitur ad Episcopum: & poterit gratificare, cui ex pauperibus velit per modum adhæsionis, id est adhærendo vni, ex exequutoribus, id tamen intelligendo, *vti* intelligunt Alberic. & Doctores textũ, ibi, in leg. si quis seruum, §. si inter duos, ff. de legat. secundo, videlicet data omnimoda paritate, seu æqualitate inter pauperes, ab vtroq; exequutore nominatos. Nam si essent aliqua ratione inæquales: vt puta, propter aliquam qualitatem quibusdam eorum, & non alijs inhærentem, certe non esset locus recursui ad Episcopum: & sic cessaret gratificatio. Cuius rei exemplum optimum potest dari, si esset iniunctum duobus exequutoribus, quod distribuerent mille inter pauperes Religiosos, & vnus eorum nominasset Religiosos pauperes, alter nominasset pauperes Religiosas, nam licet essent omnes, in pari gradu paupertatis, *vt* quia omnes tam masculi, quam fœminæ essent ordinis Franciscani, in arctissima paupertate, constituti, vel vtrunq; monasterium eiusdem instituti, puta Dominicani, vel Augustinensis, qui etiam ex regula sunt mendicantes: licet ex Regula laxiores habeant habenas, in adquirendo, & retinendo, quam primi Minoritæ, nihilominus præferentur pauperes Religiosæ, siue monasteria monialium: Secundum Cynum singulariter, quem ibi sequuntur Baldus, & Salicetus, per illum textum, in leg. cum multæ, C. de donation. ante nuptias. Et idem Baldus, qui eam decisionem commendat, in leg. in multis, ff. de stat. hominum, in fine, dicens, notandum esse, quod cæteris paribus, magis fauetur monasterio Monialium, quam virorum Religiosorum, quia monasterium Monialium reputatur à iure locus magis pius, & pauperior, quam virorum, propter earum clausuram, & imbecillitatem, in acquirendo secundum Cynum, in dict. leg. cum multæ, quod dicit menti tenendum. Citat, & sequitur Doctor Petrus à Peralta, eruditissimus præceptor meus, in .d. l. si quis. §. si inter duos, numero, nono. Subiungens multos dies elapsos non esse, quod istum casum habuit, in contingentia facti. (Et diximus aliquid supra, in glos. prima, numero. 45. conclusio prima. Et est notandum, ad intellectum leg. duodecimæ, titul. quarto, libro quint. Recopilatio leg. Reg.)

43 ¶ At quando agitur de restitutione, post mortem illius, qui dum viueret aliqua extorsit, censerem ita faciendam esse ab eius hæredibus, quibus eam delegauit: quos si testator expressim, aut alios non designauerit, per quos restitutio fieri debeat, Episcopus ipse, tunc restitutionem facere potest, & non alius. Vnde si testator mandat restitui, male per eum ablata incerta, non designans certam personam, per quam distribui debeant, & videatur legatum, ac relictũ pro anima illius, licet incertus sit, à quo fuerunt extorta, Episcopus, & non alius restitutionem hanc facere debet: vt docet Ioan. de Anania, in dict. c. cum sit, 6. col. cũseq. nu. 16.

44 ¶ Verum cum hodie ex communi testamẽtorum stilo, testamentarij exequutores harũ vltimarum voluntatum designentur: quamuis ad id sigillatim, & signanter non deputentur, restitutionem ipsam facere possunt. Cum consilio tamen, & ipsius Episcopi, (vt prædiximus) prouidentia, & consensu: & ita procedunt, & accipienda sunt, quæ Ioann. Andre.

Andre. post Archid. ibi, scribit in. c. 2. col. 2. nu. 4. de testamen. lib. 6. & quæ Bal. tradit, in leg. nulli, 3. col. nu. 5. C. de Episcop. & cleri.

45 ¶ Quæ licet in se vera sint, tutius tamen arbitror, imo necessarium ad salutem illius qui super accepit, aut ementi damnum intulit, vel restitutionem aliás facere debet, vt si tūc possit eam facere, ipsemet faciat, & non deleget alij, vt post eius mortem creditoribus restituat. sed exquo potest, dum ad huc viuit debitor is, restitutionem hāc vere faciat: ad quam statim tenetur, ea (vltrá aliás) ratione, quod licet alioqui in actibus virtutum, circunstantia temporis, determinata omnino non sit regulariter, sed committatur rationi, & prudentiæ, tamen in actu restitutioni, rei alienæ, circunstantia temporis, definita est: vt statim fiat: cum eius ommissio, quocunq; tempore procedat, aduersa sit ipsi iustitiæ: quia res aliena, eo momento, inuito domino detinetur. Et quod quis ex aliqua oppræsione consequutus sit, restituere confessim teneatur: nec sufficiat de peccato dolere: vt probatur in. d. c. quia plerique, secundum Innocen. & cōmunem, ibi. Et ideo Diuus Hieronymus †Nemo, (inquit) qui rapit, moriés, si habet vnde reddat, saluatur†. Et habetur, in c. nemo qui, 14. quæst. 5. Etiam si iubeat hæredibus, vt illud restituant post eius mortem: secundum Hastesanum, in sua summa lib. 5. tit. 29. & est de mente S. Thomæ, in. 2. 2. quæst. 62. articul. 8 & Scoti, in. 4 senten. dist. 15. & ibi Gabriel, quæst. 2. conclus. 2. Archiep. Florét. in. 2. part. titul. 2. cap. 8. & in summa, incipi. defecerunt, fol. 4. ante finé, Ioá. de Neapoli, in quod lib. suis quodlib. 9. quæst. 2. Alexander de Alexandria, in tracta. vsurarum, frater Franciscus de Platea, in suo etiam vsurarum tracta. verb. vsura, 11. §. 4. Ioánes Lup. de Palac. Rub. in. d. §. 65. nu. 40. & nouissime Dominic. á Soto, in lib. 4. de iusti. & iure, quæst. 7. arti. 4. fol. 370. a. versic. ex his ergo. Quoniam hi reuera (vt is innuit) non habent sincerum & candidum animum restituendi. Nam qui tunc non restituunt, apertum iudiciū perhibent, quod neq; si vixerint, restituent. Licet Beatus Bernardus, in tracta. de restitutione male ablatorum, in sermone, 38. col. 2. aliud velit, quando probabiliter, & rationabiliter præsumitur, quod melius possit per hæredem expleri: ab eodem Ioāne de Palaci. Rub. citatus, & sequutus in præallegato loco. nu. 39. vltra quos, idē censuit, Angel. de Clauasio, in summ. verb. restitutio, 3. §. 2. & nouissime Martinus ab Azpilcueta, Nauarrus, in suo Manual. Confesso. capit. 17. nu. 68.

46 ¶ Quod tutum non existimo, per prædicta: & per tex. in. c. Si res aliena. 14. quæstion. 6. depromptum ex Augustini Epistola, ad Macedonianum scribentis, † Si res aliena propter quam peccatum est, reddi possit, & non redditur, pœnitentia non agitur: sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si vt dixi restitui potest. Et in eodem textu †. Illud vero fidentissime dixerim, eum qui pro homine ad hoc interuenit, ne male ablata restituat, & qui ad se confugientem (quantum honeste potest) ad reddendum non compellit, socium esse fraudis, & criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus, quam impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat, ac non potius adiuuat, sed obruat subuertédo. Quodq; sicut accipere rem alienam, peccatum est contra iustitiam, ita etiam detinere eam; Et per hoc, quod aliquis detinet rem alienam inuito domino, eum impedit ab vsu rei suæ: qui finis est dominij, eiq; iniuriam facit; & manifestum est, quod per dilationem restitutionis, committitur iniustæ detentionis peccatum: quod iustitiæ opponitur: teste eodem diuo Thoma, in dict. articul. octauo. At necessarium cum sit homini, quam primum potest á peccato recedat, iuxta illud Ecclesiast. † Quasi à facie colubri, fuge peccata †. Consequens est teneri debitorem (secundum eum) quam primum potest, rem ablatam, seu debitam restituere. Præterea, quod absq; termini præfixione debetur, id statim debetur, leg. eum qui Calendis, §. quoties, ff. de verb. obligatio. leg. in omnibus obligationibus, ff. de regul. iur. leg. quod dicimus, ff. de solution. leg. prima, in princ. ff. de condicion. & demost. leg. omnia, ff. de lega. secund. Et patet Leuiti. 19. † Non morabitur opus mercenarij tui, apud te vsq; mane†. Et Deuteron. 24. in quo docemur, illicó, & absq; mora debere solui, quod proximo debetur. Et à simili, de voto, quod sine mora esse ad implendum constat, ex eodem Deuteron. 23. †Cum votum voueris Domino DEO tuo, non tardaberis reddere: quia requiret illud dominus DEVS tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.† Sic Diuus Paulus vtrumq; coniungens. (inquit) ad Roman. decimo tertio. Reddite omnibus debitum, & nemini quicquam debeatis. †Et ex. c. sæpe, de restitu.

restitu. Spoliator. non multum interest, quo ad periculum animæ iniuste detinere: ac inuadere alienũ. Et bona est ibi glosa, super verbo, detinere. et in c. contra, 16. quæstio. 7. Quibus tandem fit, obligatum soluere debitũ ad certam diem, ex fide, Chirographo, seu instrumento publico, adueniente die, non posse differre debiti solutionem absq; peccato creditori, nisi ab eo consequutus fuisset tacite vel expresse prorogationem termini, quæ fuit sententia Thomæ, in dict. quæstio. 62. artic. 8. & Caietan. in. 2. 2 quæst. 66. articul 3. in respõ. ad. 3. Archiepiscop. Florentin. in dict. cap. 8. in princip. Scot. & Paludan. quæst. secunda, in. 4 sententia. distict. 15. Et ibi Gabriel, quæst. secũda, articul. secundo, conclus. secunda, Ioann. Nider, in præceptorio suo, præcep 7.

47 Ita vt Ioannes Lupi à Palaci. Rub. qui eam sequitur, in dict. §. 65. numero, 36. censuerit, toties eum mortaliter peccare, quoties scit se debere restituere, aut satisfacere proximo, & potest, & non restituit. Cuius tamen opinionis contrarium, communiter recipitur: teste eodem Martino Nauarro, in dict. cap. 17. numero, 55. Non enim statim committitur peccatum ommisionis, quia nõ protinus debet homo, imo nec moraliter loquendo, semper ad peccandum attendere: tum etiam, quod quamuis attendat, si continuat antiquum propositum retinendi, illud impedit contrarium restituendi: atq; adeo non est nouum aliud peccatum ommisionis boni propositi, quam sit illud continuationis antiqui. Et confirmatur, quia nec DEO tenetur homo statum sub reatu noui peccati mortalis, per pœnitẽtiam satisfacere: sed manet in priore reatu. Nec quæcũq; horaria, aut diurna habitualis continuatio, auget culpam, augmento notabili. Vnde suspectum mihi est, quod meus condiscipulus, & ad modum familiaris Egregius Doctor Didacus Perezius Salmantinus scribit, in glos. prima, leg. quartæ, titul. 8. libr. 3. ordinatio. Regia, dum saluat Ioann. Lup. dictum, cum debitor rem ipsam ex iniusta acceptione detinet, vt ex furto, & cum recordatur, non solum non pœnitet, sed noua cõplacentia, sibi ipsi gratulatur: ac dicit cernico se, nolo restituere. Posset tamen hoc intelligi, & procedere, ac noster hic Ioannes vir alioqui doctissimus saluari, notumq; tunc peccatum committeretur, quoties debitor vere proponit non restituere: ille enim actus prauus est: ex quocunq; debito, legitime facienda sit, & descẽdat restitutio. Aut quoties creditor licite petit, & cum debitor possit soluere, non reddit, vel cum videt creditorem graui premi necessitate, & non soluit: vt aduertit subtilis præceptor meus Dominicus á Soto, in dict. quæst. septima, artic. 4. versic. secundo nihilominus. Et ita accipienda sunt, quæ præallegatus tradit Nauarrus, in dict. cap. 17. numero, 55. &, 64. & in repet. cap. nouit, de Iudic. notab. 6. §. tertio præsuppono, nume. 74. & ante eum Ioannes Maior, in, 4. distin. 15. q. 26. colu. secunda.

48 ¶ (Casus tamen sunt, in quibus licet quandoq; restitutionem differre, quos aduertunt Ioann. de Medina, in dict. Codice de reb resti tuend. quæst. tertia, & ipse Soto, in dict. artic. quarto, & Nauarrus, in dict. c. 17. (quos cũ volueris legito.)

49 ¶ Sic quando debitor, in maxima est necessitate, non tenetur restituere debitũ: & illud salua conscientia potest sibi retinere: Cum tali tempore, aliena etiam liceat furari: secundum Ricardum, in quarto senten. distin. 15. articul. quinto, quæst. quarta. Cuius dictum refert, & sequitur, dicens singulare paulo ante citatus Ioann. Lup. in dict. §. 65. numero, 41. & ante eum Angel. Aretin. in tracta. maleficio. in part. metidore de mal. da. numero, 23. versic. si autem ludus (loquens in eo qui vincit in ludo reprobato, & est in maxima necessitate) Cardinal. in Clem. 1. de testamen. quæst. 22. in fine, vbi etiam dicit, quod exequutor testamenti, á testatore deputatus ad distribuendũ bona testatoris in pauperes, si ipse sit in summa necessitate, poterit sibi capere. Et voluit Sanct. Thom. in. 2. 2. quæst. 32. arti. septimo, ad vltimum, & in quæst. 185. articul. septimo, ad finem, & in quarto senten. dist. 15. quæst. secũda, arti. sexto. Scotus, in. 4. senten. dict. distin. 15. & ibi Gabriel, in dict. quæst. secunda, colu. quinta, versic. addit Palude, & melius col. 8. versic. sed nunquid. Et in sequen. col. versicul. sed vtrum. Et ita accipiendus est Marian. Socin. in Consil. vndecimo, incip. circa præsentẽ col. secunda, volumin. primo, quem etiam in hoc necessitatis casu, Hippol. citat, in. l. vnius §. seruo, ff. de quæstio. secunda col. numero. 9. & Felin. in. c. cœterum, col. penult. de offi. ordina. vbi in id citat Iuristas, & Theologos. Quamuis Augustin. Ariminé. in additio. ad Angel. in dict. numero, 23. hoc intelligat, in foro conscientiæ, dicens enim cui restitutio, cum alijs est facienda, posse cogere talem exequutorem, qui ob necessitatem maximam se ipsum nominauit, alium eligere, vel nominare,

non

non attenta ipsius summa necessitate. Qui tamen loquitur in eo, qui Lucratus fuerat ex ludo illicito, & tenebatur collusoribus restituere. Siquidem doctores alij, ad istum casum se non restringant, sed loquantur permissum, simpliciter, & generaliter, in eo qui obligatus sit ad restituendum alij, vt notant Cardin. in dict. quæstion. 22. & nouissime Præceptor meus Doctor Petrus à Peralta, in leg. vnum ex familia, §. rogo, ff. de lega secund. ante numer. nouũ, scribens ibidem in numeris præcedentibus, secus esse vbi extrema, & inenitabilis non daretur necessitas quia tunc talis exequutor, & elector, non posset se ipsum eligere, & nominare: Nec filium suum, quem sub sua habet potestate: secus tamen si emancipatus esset, vel filius illegitimus, nam tunc posset per patrem eligi, seu nominari: vt tenet Paul. de Castro, quem ibi sequitur Alexand. in leg. si is qui ex bonis, ff. de vulga. & pup. Et ita possunt, & meo Iudicio debent cõcordari Saly. in leg. si tibi mandauero, §. si tibi centum, ff. mand. & Bald. eidem aduersarius in leg. illud. ff quod cuiusq; vniuersit. nomi. bonus est text. in dict. leg. vnum ex familia, in princip. Verum exequutor, neq; ipse Episcopus potest exequendo, eligere filiũ spurium testatoris, & ei hæreditatem patris conferre: cum neuter eorum, habeat arbitrium exequendi vel eligendi contra iura: Nec per patrem, illud etiam non habentem, nequeat sibi concedi leg. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. iunct. leg. nemo potest, ff. de lega. prim. & leg. non intelligitur, §. prim. cum sequent. ff de iure fisci, optimus est text. (ita accipiendus) in leg. 22. titul. tert. libr. prim. & fin. titul. tert. libr. 5. ordin. Regia. ad quas leges se refert, nona lex Tauri (ita etiam intelligẽda) Et post Bald. in leg. id quod pauperibus, column. penultim. C. de Episcop. & cleri. (eo tamen non citato) hanc sententiam tenet Anton. de Butrio, in quodam suo repertorio, in verb. exequutor, column. septim. vti illum citat & sequitur Petr. Philipp. Corne. in Consil. 236. ad finem, volum. secund. Qui etiam refert Antonium, ibidem subijcere, quod etiam si Episcopus, vel exequutor de facto nominauerint in tali casu prohibito, filium spurium testatoris, fiscus non potest auferre ab eodem filio spurio sic nominato, velut ab indigno, cũ ex tali nominatione nullum ius fuerit quæsitum tali filio spurio nominato. Ex quo testator per simplicem & obscuram commissionem, (de qua loquitur, dict. lex vnum ex familia, vsq; ad. §. rogo, inclusiue) non sit visus sensisse de talibus personis. Siquidem neq; potuisset quicquam circa id expresse Canere. Sed, & si de facto Episcopus, vel exequutor, talem facerent electionem, seu nominationem, possent etiam nemine petente, eam retractare, vt pote irrite factam: Et quatenus de facto processit argument. eorum quæ diximus in vltim. part. cõclusi. prælect. l. 5. tit. 3. lib. 7. ordi. Regiar. & quæ Bart. & dd. tradunt, in lege post mortem, ff. de adoptio. Et ita procedit, & intelligendum est dictum Bartoli, in lege final, secunda column. ff. de his quib. vt indig. tenentis, exequutorem nõ posse virtute generalis cõmissionis exequutionis sibi factæ nominare filiũ testatoris spuriũ: quod etiã Paul. de Castro, voluit, in leg. Lutius, § in testamento, ff. de lega. prim. Quicquid idem Bartol. videatur ibidem sibi aduersari, & contrarium tenuisse: secundum Ioannem de Imola, (qui primum eiusdem dictum Bartoli verius esse dicit) in lege quidam cum filium, ff. de hæredit. institut. Quæ sunt notanda ad explicationem & intellectum dictarum legum Regiarum, & leg. sextæ titulo quinto, libr. tert. fori leg. Si vero talis exequutor eligeret vel nominaret filium testatoris naturalem, nominatio valeret: quo ad id, in quo potuisset esse capax, si testator de eo meminisset: & circa eum disposuisset in casu permisso, habitis liberis, vel ascendentibus, vel eis cessantibus, (singula referendo singulis) secundum formam, leg. secund. & Authẽ. licet, C. de natur. libe. & leg. decim. Tauri. vt not. Bartol. & doctores, per text. ibi, in dict. §. rogo. l. vnum ex familia, de lega. secund. Tandem Commissarius constitutus ad distribuendum in causas pias, se ipsum eligere non potest: etiam si in tali electione verteretur fauor piæ causæ, vt quia esset pauper: secundum Bald. & Saly. Alberi. & Rapha Fulgos. in dict. §. si tibi centum: Et est notabil. ad intellect. leg. 31. Tauri, quod Commissarius in casu dictæ legis, non possit se ipsum meliorare, neq; nominare tutorem neq; substituere, cum hæc exigant mandatum specialissimum: vt eadem, trigesim. pri. lege Canetur. Cui adstipulatur conclusioni, quod Bartol. Egregie notat in leg. ex facto, in prin. column. septim ff. de vulg. & pup. cuius dictum dicit singulare, & perpetuo notãdum Peralta, in dict. §. rogo. ante numer. nonũ, subiungens tamen ibidem, num. 9. quod si fuerint nominati quinq; exequutores in testamento, quibus, distributionis aliquorũ bonorum,

rum, testatoris exequutio, in vnum ex multis pauperibus, per eos eligendum erat commissa, & duo, ex illis quinq; eligant vnum ex eisdē met, qui electus, idem q; exequutor quintus, erat pauper, & ipse consentit electioni, de se factæ, alij autem duo exequutores eligant alium extraneum pauperem, non deuolui electionem ad Episcopum, propter paritatem electorum, sed vocem ipsius electi, computari cum duobus eligentibus, vt censeatur maior pars, & illa præferatur: secundum glos. ordinariam, in capit. cum in iure peritus, de electio. quam sequitur Panormitan. in capit. cum in cunctis, column. penulti. eod. titul. Cepol. in Cautel. 96. & Barba. in Consil. 33. incipient. scripsit Psalmista, volum. secund. & Rochus de Curte, in tracta. de iure patrona. fol. octau. column. tert. & ante eos, Archidia. in canō. qui Episcopatum, octau. quæstio. prim. & Speculator, titit. de iure patrona. ad finem, quamuis non citet dictam glosam: Quæ tamen communiter est approbata: & tanquā vera & communis, amplectenda, & indecisius, sequenda: secundum Peraltam, ibidem, numero decim. Quicquid Caldei in. in Consilio septim. sub rubric. de iure patrona. Contrarium teneat: Quæ sunt in praxi menti tenenda, pro intellectu dictæ leg. 12. titu. quar. libr. quint. Recopilatio. leg. Regia. & pro suffragijs, quæ quotidie in vniuersitatum Concilijs, dantur cuidam ex Rectoribus, vt vox ipsius electi, computetur: & cum ea censeatur maior pars. (quæ sunt notanda, & addenda his, quæ Egregius tradit Licentiatus de Pisa, in capit. duodecim. sui tracta. de Curia Pisana, dum disserit, an suffragium patris prosit filio, & è contra.) Quibus conuenit, quod Cardinal. scribit, in dict. Clem. prim. quæstion. 22. de testamen. quod vbi sunt plures exequutores, vnus ex eis possit eligi, & nominari per alios coexequutores. Quod est etiam notandum ad eiusdem legis. 31. Taurinæ explicationem. In cuius tamē materia & intellectu (vltra ea quæ diximus in fundamen. duodecim. part. secund. numero fin. prælectio. leg. quint. titul. tert. lib. septim. ordina. Regiar.) Nota est dignum, quod Ioann. Andre. scribit, in capit. prim. de procurator. in Nouel. non valere dispositionem testatoris disponentis, quod exequutor ab eo nominatus possit alium Loco sui substituere. Quod commendat Bald. in Margarita, in versicul. exequutor, quart. Et satis deducitur ex dict. leg. 31. Licet ipse Bald. in dict. capit. prim. column. fin. præsupponat contrarium: de Ioanne Andre. nullam mentionem faciens. Qui forte loquitur, primo exequutore existente inhabili, secundum præceptorem meum Petrum à Peralta dicentē esse cogitandum, in leg. siquis Titio, numero 24. ff. de legat. secund. posset tamen meo iudicio, illud dictum Baldi, obtinere, quando ipse testator, qui facultatem substituendi Commissario tribuisset, substitutum etiam nominasset: aliás verior mihi videtur opinio Ioān. Andreæ, & attenta dicta lege. 31. hodie practicabilior. Pro Ricardo demum (vt ad nostrum reddeamus sermonem) facit quod cum idem sit ius, de parte, quo ad partem, quod de toto, quo ad totum, vulgat, leg. quæ de tota, ff. de rei vendica. quemadmodum à restitutione, quis totaliter absoluitur, si omnino est impotens, sic etiam propter impotentiam liberandus est, ab instanti restitutione: vt colligitur ex eodem Thoma, in dict. quæstion. 62. cui consentit præcitatus frater Franciscus de Platea, in dict. vsurarum tractat. versicul. vsura, vndecim. §. tert. qui pulchre loquitur, & subdit, in §. sext. Quod si is qui constitutus in necessitate non restituit, proponat firmiter in corde, quod si ad pinguiorem fortunam venerit, restituet, erit in statu salutis: secundum eum. Conclusionem tamen Ricardi, Scotus vbi supra limitat, nisi ille cui debet restitui, similiter sit in extrema necessitate, quia tunc illi defertur, qui prius in talem deuenit necessitatem. Et si in eodem tempore deuenerunt, domino restitutio facienda est: quia duobus concurrentibus, præualet, quod est potius, argument. leg. quæritur, ff. de statu homin. & sequitur Palaci. Rub. in dicto. §. 65. numer o. 43. Quod tamen intelligendum est, data necessitatis, & qualitatum personarum paritate: Nam si debitor in personali antecelleret qualitate, præferendus esset, hac in specie creditori: ex his quæ supra in glos. prima, conclusio. prim. notauimus, & in respons. de blasphem. in vltim. eius part. Quod tamen, in huiusmodi casibus, Confessarij arbitrio deferendum est.

50 ¶ Qui secundum Syluestrum, verbo, restitutio. 5. §. 5. opinionem Directorij sequutum, quando creditor non vult restitutionem expectare, & debitor induci non potest, ad restituendum totum, sed tantum partem, potest eum absoluere, si cautionē capiat, quod certo postea tempore soluat: Quia tunc vtiliter creditoris negotium gerat: nam si pœnitens non absolueretur, forsam ille, nunquā

suum

suum recuperaret debitum. A quibus liberrimo animo discedo. Quia regula hæc, licet in foro exteriori iuuet, tamen in conscientia, nulla est: Et sacerdos inter creditorem, & debitorem sequæster non est: aut creditoris procurator, sed DEI nomine, conscientiarum expurgator. Et cum debitor sit soluendo, absoluendus non sit inuito creditore, nisi restituat quamuis periculum immineat, vt nũquam sit restitutio facienda. Ipse enim pœnitens sibi videat. Quod & Ioann. de Medina probat, in dict. Codice de reb. restituen. quæstion. quint. dubio, tert. versicul. verum his non obstantibus, & Dominicus à Soto, censuit, Syluestrũ Carpens, in dict. articu. 4. Quicquid Angel de Clauasio velit, qui directorium sequitur, in dict. sua summa, ver restitutio, vltim. §. quint. & Martinus Nauarrus Conetur, in dict. capi. decim. septim. numero. 65. sui Manualis Confess. Aduersus quos, meo indicio Clara vrget ratio, Quia ex quo ille pœnitens animum nõ habet, debita integre soluendi, cum possit illico, & simul satisfacere valeat, sed paulatim soluere, peccat, indignus q; est, qui Sacramentaliter absoluatur, ob malæ voluntatis obicem quem ponit. Nec excusatur confessor, ob bonum, quod ex data dilatione suo iudicio consequitur: cum iuxta Paulum, ad Romanos, tert. non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Et dare Sacramentum ei, qui posuit obicem malæ voluntatis, dare sit Sacramentum Canibus: contra dictum CHRISTI IESV, Optimi, & Maximi DEI, Nolite Sanctum dare Canibus, nec mittatis Margaritas ante porcos. Mathe. 7.

51 ¶Præterea, qui iniuste alienum detinet, donec reddiderit, cum valet, in continuatione est peccati mortalis, & quantumcunq; creditor non petat, aut solui sibi negligat, in culpa & in peccato semper est debitor non offerẽdo, vt Alexander concludit, in Consilio. 99. incipient. CHRISTI Redemptoris, secund. column. numero non. volum. quart. Et talis accedens ad Sacramentum simpliciter, fictus est: Et quandiu in hac sit obstinatione, absolui non debeat. Item qui cum possit, non vult statim restituere, non est re contritus, sed quodammodo induratus: ex quo, vere contritus recedat ab omni mortali culpa: Nullus q; absoluendus sit, quem constet non esse contritum: Ergo nec talis debet absolui. Ex regula q; Peccatum non dimittitur, de regul. iuris, in sext. obligatus ad restitutionem, ligatus semper manet secundum iudicium DEI, quousq; quod potest restituat: ergo quantumcunq; hoc in casu, de facto à Sacerdote absoluatur, absolutus vere non est: cum DEVS huiusmodi non reputet absolutum.

52 ¶Sed nec ipse debitor restitutionem omnittere potest, neq; æris alieni solutionem differre: quantumcunq; creditor excommunicatus sit. secundum glo. Archidia. & doctores, in canõ. penultim. decim. quint. quæstion. sex. Innocen. in. c. cum veritatis, de dolo, & contum. Ioan. Maior, in quart. sententia. dist. decim. octau. quæstion. quart. Syluest. in summa verb. excommunicatio, 5. quæstion. 12. Philip. Francus, in c. 1. de exceptio. in. 6. Ioannes de Medina, in dict. Codice, de restitu. quæstio. 3. caus. 9. fol. 20. cum sequen. & Reuerendiss. Dida. à Conarru. in. 1. part. relect. dict. regul. peccatum, nu. 8. col. pen. & fin. facit tex. in. c. inter alia, de senten. excommu. & in. c. quoniã multos, 11. q. 3. Quod absq; dubio ipse censeo: quicquid Panorm. & Felin. contrariam sententiã sequuti teneant, in dict. c. inter alia, & idẽ Panormit. in. d. c. veritatis, 12. col. nu. 40. & Philip. Decius, in c. intelleximus, ad finem, de iudic. & Probus, in. c. cum quis, 1. col. de senten. excommu. lib. 6. & Adrian. in. 4. sententia. quæstion. 3. declauibus, quibus minime suffragatur textus, quo ipsi iuuantur, in dict. c. intelleximus, probans, excommunicatum non esse admittendum ad agendum in iudicio, qui licet loquatur in iudiciali exactione, vsu forensi apud seculares iudices in hoc receptus non est: vt idem Couarruu. explicat, libr. prim. varia. resolutio. capit. decim. octau. nume. quint. text. q; non fauet in. c. Iuratos, decim. sexta, quæstion. quint. & c. fin. de hæreti. cum tantũ tractent de iuramento fidelitatis, à quo Ecclesia absoluit subditos, propterea quod eorum Princeps excommunicatus sit.

53 ¶Restitutio autem in præsentis Pragmaticæ specie, vel cuiuslibet iniustæ acceptionis, seu damni illati, regulariter fieri debet in loco, vbi res fuit suscepta: text. est in. c. Episcopis, & in. c. reintegranda, 3. quæstion. 1. Intelligendus, quando debitor, & creditor in eodẽ sunt loco.

54 ¶Si autem absens sit creditor, restitutionem faciendam esse ipsius debitoris expensis, Doctissimus Caietanus Censet: in secunda secund. quæstion. 62. articul. quint. Nam cum ad huiusmodi restitutionem ratione iniquæ acceptionis teneatur, subiturus est expensarum onus & omne damnum, quod ex

 ea re-

ea restitutione processerit. Et cum absq; vlla distinctione obligatus sit, dominum possessorem rei propriæ facere, parum refert, quod creditor, post hanc iniquam acceptionem, seu damnũ sibi datũ discesserit. Quodq; sicut in restitutione illi facienda, grauari non debet, ita ab eius expensis necessario per debitorem releuandus est: quod & verius est: quicquid velit glos. verb. superstitibus, in capit. cum tu, de vsuris, expressim volens, restitutionem hanc faciendam fore, expensis creditoris absentis. Quam Panor. Ioan. de Anania, Rauen. & Doctores communiter ibi intelligunt, quando debitor, in eo est loco, vbi damnum illatum fuit, vel inique rem extorsit, & creditor ab eo loco absit: argumen. leg. cum res, ff. de lega. 2. locum namq; id habet, in eo, qui iuste, & voluntate domini, debitor est.

55 ¶ Quo nempe casu, restitutio quæ expensis creditoris absentis fieri debet, ommitti poterit, suspendi, aut differri, si plus vel tantundẽ expendendum sit, in ipsa restitutione facienda, quantum res ipsa principalis iuste valet: aut æstimari potest: secundum præallegatam glosam, in d. verbo, superstitibus, quam doctores ibi, in hoc, communiter approbant: & Syluester, verb. restitutio, 4. §. fin. bonus est tex. in leg. mediterraneæ, C. de anno. & tribu. lib. 10. & ibi not. Barto. & singularem dicit Panormit. in c. de appellationibus, a. col. num. 5. de appella. Anton. Corsetus, in singu. 96. ver. expensa, 2. (& diximus in fundament. 11. par. prim. prælectio. leg. quint. titul. 3. libr. septim. ordin. Regia.)

56 ¶ In nostro tamen iniquæ acceptionis casu, quæcumq; illæ expensæ sint, quamuis profecto maioris valoris, quam principale valeat, restitutio facienda est, proprijs expensis debitoris: nec grauari debet creditor expẽsarum solutione, ex culpa debitoris, aut expẽsas soluere, quas alioqui facturus non erat. Si tamen aliquas creditor ipse fuisset facturus, in expectandis rebus, si eis priuatus non esset, certe ad eas, non ad alias creditor teneretur: ex mente Syluestri, in dict. verbo, restitutio, 4. in fine, & Ioan de Medina explicat, in dict. libro, de restitutione, quæstio. 2. ad tertium, versic. sin autem. Et ita intelligenda sunt, quæ Martinus Nauarrus tradit, in dict. suo Manual. Confes. c. 17. nu. 42.

57 ¶ Et hinc fit, quod is debitor teneatur certiorem creditorem facere huius sibi debitæ restitutionis, vt ipse creditor, certus de ea, respõdeat, quid velit agendum esse de rebus, quæ sibi restituendæ sunt: qui si nũcium mittat, cui reddantur, quocunq; casu in via pereant, creditori pereunt. Quod tamen videtur limitare Hippol. Marsilien. in singul. 43 o. incipient. cauti, & oculati, nisi creditor mittat literas, quod debitor mittat, quia tunc non videtur petere à debitore vt det illi famulo seu nuncio qui literas attulit, vnde si tràdat tali, & fugiat, non est liberatus debitor: vbi plures. d.d. citat, post Bart. in l. cum qui §. fi. ff. commod. quod dicit tenendum menti, & quotidie occurrere in facto. refert & sequitur nouissime alter Hippol. Bona cosa, in suo tract. equorũ quæst. 53. incip. venditor. Et ita procedit quod scribit Bal in. l. pen. ff. de act. empt. & limitari debent & intelligi per Perusinum tradita in. c. significauit, nu. 14. de appella. quod perit creditori, quando fuit, actum quod per certũ nuncium mitteretur. Si vero debitor ipse nũcium fecerit, qui communi existimatione fidelis sit habitus, & res sibi data, quæ in specie est restituenda, creditori q; tradenda, casu pereat, similiter creditori perit: ipse q; debitor tutus manet: & liber in conscientia. Quippe qui rem alienam misit suo domino, per nũcium fidelem, de quo iuste suspitio, haberi nõ poterat: ac in culpa non fuit. Si autem nuncius talis esset, de cuius fidelitate suspicari posset merito, tunc ob culpam mittentis, ipsi mittenti, & non domino cui mittebatur, perit. Si vero debitum erat alterius generis, vt pecunia, vel res alia, quæ functionem admittit, siue nuncius a debitore missus, fidelis sit, siue nõ, infideliter q; se habeat, aut quouis alio casu pereat, debitor immunis, aut liber non manet ab obligatione, qua eidem creditori tenebatur: cum nondum ad creditoris Dominium, sed ipsius debitoris pertineat: lege, incendium, C. si cert. peta. leg. si te bonis, C. de iure deliberan. ideo debitori perire debet: nõ creditori. sicq; intelligi debent tradita per Panormitan. & alios scribentes, in capit. significante, de pignor.

58 ¶ Quando vero creditor talis sit, qui remittere ac donare posit, & libere remittat, obligatio restituendi cessat, ex illo libero consensu elicito: & ex consequenti detentionis iniustitia: & causa, vnde oriebatur obligatio restituendi: ac desinit esse iniusta detentio: secundum glos. verbo, restituatur, in dict. regul. peccatum, singularem, & menti tenendam secundum Perusinum, & Rauenam, ibi, quamq; Doctores sequũtur teste Alexãdro,

in Con-

in Consil.91 incip.visis actis,1.col.nu. 2. vol.2. similis tamen est glosa,verbo, restitueret,in. c.quia frustra,de vsuris, & sequitur Laurentius,de Rodulphis,in tracta.de vsuris, quæst. 7 nu.29.post Federi. Senensem, in Consil.22. incipien.in vsurario.

59 ¶Secundum quem,curandum nõ est,de quibusdam Theologis,(pro vt ipse refert) dicẽtibus vt remissio valeat, oportere rem restituendam,non solum paratam, & adebitore oblatam esse, sed etiam traditam/Nam secũdum dictas glosas sufficit liberalis remissio: Et Hostien.tenet in summa,de vsuris, §. quæ pœna,num.12.versic.quid si fœnerator, post Gofred.quem ibi citat/ita quod nõ dolo, vel metu,aut circumuentione, quamuis ad preces debitoris,aut amicorum remittat:secundum eundem Federicum de Senis,in præallegato Consilio, colum. penul. versicul.dicendum est/Nec oportet ea mente, remittentẽ fuisse, vt si tradita iam esset, etiam donaret: secundum Caietan..in summa,verbo, restitutio.capit.septim.scribentem etiam ibi,credendum esse creditori dicenti,se ex animo remittere/Nec animus non restituendi, quem debitor habuisset(qui tamen remissionem peccati, dum durat impediret) non impedit hanc remissionem debiti, & ad huc debitor à restituendi obligatione absolutus remanet: securus q; in foro interiori:iuxta glosam, in dict. verb.restituatur,& ibi Ancharr.& Philip.Francum.Lauren.à Rodulph.in dict.quæst. 7. nu. 28.cum sequen.Archiep.Florentin. 2.part.suæ summæ,Theol.capit.sext.colum.tert. Federi.Senen.in Consil.decim. octau. Calderin.in Co[illegible]io. de vsur. Lappum de Castelion. in capi[illegible]n ciuitate,de vsuris, Alexand. in dict. Consil.91.colum.prim.Andre.Tiraquel in lib. secund.de retract.quæstio.28. nume. 151. Carol.Moline.de contractib.num.8.& Ioan. de Medina,in dict.Codice de reb.restituen. quæstio.3.caus.2.versic.sequitur/Et hæc opinio verior est: & fere communi omnium consensu recepta:secundum reuerendissi.Conarru. in initio.secund.partis relectio.dict.regul.peccatum,numer.quint.bonus est tex.leg. certe,§. Iulianus,ff.de precario,leg.item liberatur,in prin.ff.quib.mod.pig.vel hyp.solui/Licet contrarium,in hoc teneant Dinus de Muxelo,& Ioan.Andre.in dict.regul.peccatum, Panormitan.& Ioannes de Anania, in cap. consuluit,& in capit.cum tu,de vsur/Quibus nostra pro parte notabilis aduersatur textus leg. si rem,§.omnis.ff.de pigno. actio.ibi, † Satisfactum autem accipimus, quemadmodũ voluit creditor,licet non sit solutum.

60 ¶Ex quibus verbis, posset nempe illud elici (super quo consultus,ita cum responderem, iudicio quorundã nõ vulgaris nominis Theologorum extitit comprobatum) Quod si creditor, ea condicione, & mente sit, quod ob beneficia,aut seruitia,à debitore,eidem præstita,ac impensa,seu ob consanguinitatẽ, aut familiaritatem,debitor ipse credat,creditorẽ permissurum, ad alium diem quam conuentum sibi soluat:Et ex hoc,ei præiudicium notabile non inferatur, maxime debitum tunc non exigenti, si non soluat post lapsum termini conuenti, dummodo dilatio non sit maxima,mortaliter non peccare Et patet, quia non minus operari debet hac in specie, consensus hic implicitus, quam operetur explicitus. Cũ in huiusmodi casu,taciti, & expressi,idem sit iudicium.§.placuit,instit. de obligatio.quæ ex quasi delict.nas.ibi, † At si permissurum credant,extra crimen viderit. Et leg. qui re,in princ.leg. inter omnes, §. recte.ff. de furtis, † Recte dictum est, qui putauit se domini voluntate rem attingere, nõ esse furem,quid enim dolo fecit? qui putauit dominum concessurum fuisse:siue falso, id,siue vere putet†.Bonus est text. §. item si is, instit. de vsucapio.& l.tert.tit. decim.quar.parti.7.

61 ¶Non tamen quis tenetur, qui transgressor sit præsentis Pragmaticæ, & superuenditionis excessum restituit, restituere, aut soluere pœnam in ea contentam: cum eam, in foro conscientiæ,non debeat:vt censuit singul. glosa,finalis, circa finem, in canon. fraternitas, duodecim.quæstion.secund. quam ibi scribentes probant:& Panormitan. Felin.Decius,& alij,in capit. prim.de constitution. idem Panormitan.in capit. si egressus,de iniurijs, & in capit.suam,de pœnis,& in capit.quoniam, column.quint.post Butrium, & ibi Felin.colum.vndecim.de præscriptio. & dicit singularem Alexand.in leg. si pœnæ. ff.de condi. in debi.prim.colum.numero tert.versicul.extra glosam,Antonius Corset.in singul. 250 incipient.pœna,Philip.Corne.in Consilio. 119.incipient.circa primum,sext.column.numero. 24.volum.secundo, Ioann. Bernard. Diaz à Luco,in Fallentia.tractat.diction.pœna, regul.341. Gulielm. Maynerius,Hierony. Cagnol.& Ferrar .in leg. quod à quoquam.ff. de Regulis iuris,Doctissim. Fortunius Garsiæ, de vltimo fine vtriusq; iuris, illatio. decima octaua, Fernandus Vasquius Men-

chacens.dicens communem opinionem, in.1. lib.controuers.illust.cap.32.numero. 9. Et ex Theologis Sanct.Thom.& Caietan. 2.2.quæstio.62.arti.3.Gabriel, in.4.senten. dist.15.quæstio.4. Adrianus quodlib.6.art.1.illatio.3. Ioã. Driedo, de liber.Christian.lib. 1.cap.2.arti. 3. Ludouic.Gometius,in.§.sic itaq;,numero.16. & in §.ex maleficijs,nu.14.insti.de actio. vbi contradictam glosam in surgens, aliquot falsa scribit. Nam glosæ imponit, quod tenuerit, pœnas in foro canonico locum non habere. Quod nec glo.vnquam voluit. Nec communis opinio eam sic intellexit: siquidem iure canonico, pœna in foro Ecclesiastico imponi possit. Neq; hoc negauerit communis opinio: & id probetur in.c.suam, de pœnis. Item idẽ Gometius, glosam intelligens in foro conscientiæ, eam falsam fore credit, quando crimen est publicum, cum debeat esse illius publica pœna.c.1.de pœniten.& remissio. quod etiam (salua tanti viri pace) falsum mihi videtur ex quo potest illi occasioni vel scandalo, quod ex publico delicto oritur, alijs modis occurri, quam per pœnæ solutionem: vt scribit Adrianus, in dict.articul. prim.illatio. tert. Potest enim pœnitentia alia, publice imponi, cum in foro conscientiæ id relinquatur sacerdoti confessario (qui iudex est) Neq; prædictæ glosæ, communi ve opinioni, aduersatur, quod iure Diuino pœna quadrupli debebatur, capit.22.Exodi, cano.deuotissimam, & cano.in legibus, duodecim. quæstion.secund. cum illa sint iudicialia, & in veteri lege sancita, quæ aduentu CHRISTI seruatoris nostri cessauerunt: & prorsus sunt abolita: cap. translato, de constitutio. & tradit Sanctus Thom.in prim.secund. quæstio.104.art.3. Quibus adstipulatur.

62 ¶ Quod voluit Francis.de Aretio, in.l.quart. §.cato, in prin.numero. 21.ff.de verbo.oblig. per textum, & glosam, verb.officij, in clemẽ. secund.de hæreti.quam singularem dicit, scribens non tantum in foro pœnitentiali, sed in iudiciali, quo ad tollendam pœnam spiritualem quæ non satisfacienti infertur, minime considerari pœnam temporalem, quæ dãni, vel debiti rei satisfactionem non spectet: á Martino Nauarro sequutus, & commendatus in dict.Manual.Confessor.capit. 23. num. 66.& reuerendissi.Didaco à Couarru. in secund.part.libr.quart. Decretal. capit. sext. §. octau.num.17.versic.decimo, ex hoc inferente intellectum ad leg.prim.tit.5.lib.octau.ordina.Regia.pœnam imponentem perseuerãti in excommunicatione per mensem, aut annum, quod si excommunicatus is satisfaciat alteri, cuius causa fuit excommunicatus, absoluendus sit, licet pœnam illius legis non soluat: tametsi possit ab eo illa pœna exigi, præstita semel absolutione. Communis q; dictæ glosæ hæc est opinio, teste eodem reuerendissi.Couarru.in dict.§.octau.numero decim. & Didaco de Segura, in leg.filius dum in ciuitate, numero decim.quint.ff.de verbo. obliga Licet Gometius in dictis locis, & Decius, in dict.cap.prim.de constitutio. numero.20. dubitent, & quibusdam friuolis rationibus reprobare, vel falso restringere velint dictam glosæ decisionem.

63 ¶ Ex qua, etiam deducitur intellectus ad text.in capit.plerumq;, de donatio. inter vir. & vxor. Et ad text.in leg.consensu, C.de repudijs, quibus cauetur vxorem amittere dotem ob adulterium ab ea commissum, & applicari marito, vt vxor quantumcunq; adultera, non teneatur in conscientiæ foro illam dotem restituere ipsi marito. Et rursus quanuis iure expeditum sit, maritum esse compellendum vxori reddere dotem quam propter adulterium vxoris fuit consequutus, si ipse fornicetur, hoc tamen locum habet in foro iudiciali, non autem in foro conscientiæ. Sic etiam hæres qui tacitam fidem testatori accommodauit de restituenda hæreditate filio spurio, (qui nõ tenetur eam restituere fisco, si ab eo non petatur,) nõ est obligatus in cõscientia ad eius restitutionem fisco faciẽdam, cum in pœnam statutum sit, quod talis hæreditas fisco applicetur vt in leg. ita fidei, ff.de iure fisci. Licet Bart.contra teneat, in leg.fin. ff.de his quib. vt indignis. Sic etiam. Vel eodẽ modo accipienda est lex.3.tit.1.lib.1.ord.Reg. vt pœna ibi statuta, cõtra eos, qui corpus Christi (quod appellamus sanctissimũ Sacramẽtũ) in triuijs cuiusq; vrbis offendit, neq; illud vsq; ad tẽplũ insequitur, & comitatur, in foro cõsciẽtiæ nõ debeatur: Nec illius legis trãsgressor ad pœnã, aut peccatũ mortale tenetur: ex his quæ supra notauimus in.3. cõclusione prin. in glo.super ver. +Naturales+. Et ita etiã intelligi debet lex.7.eod.ti. & lib. quæ sub pœna certa vetat mortuos lugeri, (& vt ibi dicitur) fleri. Quamuis illius pœnæ impositio, fundetur in præsumptione, quasi qui mortuos, sic elugent, male sentiant de fide. Nam legis præsumptio in foro animæ non attenditur: vt disserit nouissime Doctissimus Menchacensis, de successio. creatio. §. primo, numero.24. & .25.

&.25.& in.§.2.numero.vndecimo,ac diximus supra,in.2.côclu.in glos.verb.exterior,nu.53) Et hoc modo procedit, & percipienda est.l. 8 eiusdem tituli,& libri dispositio,certam pœnam imponens ei qui moritur citra côfessionem:& sacramentorum receptionem, cum id per tempus,& valitudinê sibi liceret: quæ etiam in eadem iuris præsumptione fallace nititur,quæ nô ligat in iudicio animæ ad pœnam:neq; ad peccatum: vt dicto in loco ipse Menchacensis aduertit. Sic etiam accipiendæ sunt leges,21.&.22.tit.3.lib.1.ordin.Reg. & intelligenda est lex,1.tit.7.lib.2. earundem ordinatio.vbi câcellario præcipitur,ne salarij nomine plusquam à lege statutû est,feratq; quod in foro animæ ad pœnam ibi contentam nô teneatur,si contra fecerit:licet ad restitutionem non iure ablatorum, obligatus remaneat(vt in præsenti dicimus themate.) Et ita declaratur lex.22.tit 14.eiusdem lib.2.qua petens exequutionem pro maiore summa,quâ sibi debetur,punitur pœna talionis:vt ad eam in foro conscientiæ, non teneatur, sed tantû ad resartionem damni ea ratione illati: Qua ex ansa,transgressor legis.21. eiusdem tituli, & libri,iubentis petentem exequutionê quâtitatis indebitæ, præstare debere exequutionis expensas,ad eas in foro conscientiæ tenetur,si solutæ sint ab aduersario, iniuste vexato:quia ista dâni dati proprius restitutio sit. Sic etiam lex.19 tit.6.&.l.1.tit.7.eiusd.lib. ordinatio.& aliæ quaterni Regij Gabellarum, & quam plures aliæ Hispaniæ leges accipiendæ, & intelligendæ sunt, iuxta præfatæ glosæ côclusionem.

64 ¶Quæ etiam procedit,quamuis ipso iure, à lege,vel à Canone pœna imponatur: vt not. Bart & alij,in.l.eius qui delatorem, ff. de iure fisci,Ioan.Andre.in cap.pro humani,de homicid.lib.6.Archid.Ancha.& Francus,in.c.cû secundum leges,de hæreti.eod.lib.Andre. de Ysern.in Côstitu. Siciliæ,incip.violentias, subiungens,quod Theologi non curant subtilitates Iurisconsultorum,Felin.in. c. audiuimus, de Symon.Hippol.Marsilien. in suæ practi. §. aggredior,nu.105. & in rubri. ff. ad leg. Cornel.de fals. nu.22.cum sequen. Guihel. benedic.in.c.Raynutius,de testamen. verb. in eodem testamento.1.nu.32.Thom.Gramat. decisio.105.inci.magnifico, nu.60.And.Alciat.in l.postea quam,C.de pact.&in.l.siquis maior, C.de trâsact.& ibi Hierony.Cagnol.nu.160. Fernand.Vasquius Menchacen. in præfatio. lib.de success.progres.nu.98.Cayetan.in.2.2.q. 62.art.3.& in sum.verb.hæresis,Angel.de Clauasio,verb.pœna,§.3.Petrus de Couarruuias in.c.20.&.21.part.3.tract. quem inscripsit, remedium lusorum,Tabienna,verb.excommunicatio.5.casu.2.§.1.Syluest.verb.pœna, quæst. 25.& verb.hæresis,1.§.8.Ioan.Maior,in.3.sententia.distin.25.q.3.in fine,Adrian. quodlibet, 6.arti.1.Conrad.de Côtract.q. 7.Ioan. de Medina,in dict.lib.de restitut.quæst 22. Dominicus à Soto,lib.1.de iusti.& iure,q.6.art.6.Martin.Nauarrus,in dict Manual.confess.cap.23. nu.66.& in rubri.de pœnis,& sensit Anchar. in.c.fœlicis,col.3.eodê titul.& tenet Decius, in.c.1.de constitu(quicquid ibi Panormit . & Felin.nu.44.(sibi parum constans)contrariû censeant:& idem Panormi.in c.dilecti,de arbitris,& in repet.§.qui vero,c.extirpandæ,de præbend.8.col.nu.21.&.9.col.nu.24.& in c. cû non ab homine,de iudic.& in.c.peruenit , de appella.& in.c.fin.de hæreti.& in.c. in quibusdam,de pœnis)& tenet Decius(sibi item contrarius)in.c.Canonû statuta,5. col. nu.20.de constitu.& in.l.quod aquoquam,ff. de regul. iur.& ibi Ioannes Ferrarien.& Guihel. Mayner.nu.4(vbi huius etiam sententiæ videtur esse præallegatus Cagnolus, quam etiam tenuit Bartol.(sibi quoquæ aduersarius)in leg. prima,ff.de ijs qui notan.infam. Bald. in leg. id quod pauperibus,versic.nono quæritur,C. de Episcop.& cleri.& in leg. vnic. col.tertia, C.ne ex delict.deffunct. Angel. post glos.ibi, in Authen.de incest.nupt.in princip.Paul. Castren.in leg.prim.§.ad bestias,ff. de postulan. Iason,in secunda lectio.leg.nemo potest, ff. de lega. prim. Antonius Corsetus , in singul. verbo,pœna,decimo quarto , Felin. (sibi aduersarius)in capit.Rodulphus , de rescriptis, versicul.sed declaratoria,Fallen.tertia, Barba.in dict capit. Raynutius , & in capit.Raynaldus,in fine,de testamen.Nicola. Boærius, in decisio.263.& in decisio. 277)post Anchar. (sibi item contrarium) in regul. possessor,de regul.iur.libr.sexto , & Rauen. in suo Alphabeto,litera,anullatio, Thom.Parpal.in repeti.leg.si quis maior, nona quæstio.extra glos. C.de transactio.Petrus Rebuffus,in prim.Tomo,constit.Regi.in proæm.glos.prima,numero,47.Andre Tiraquel.in repeti.leg.si vnquâ, verb.reuertatur,numero, 236. versic.secundum discrimen,C.de reuocand.donatio.Côrad.de contractib.lib.primo,quæst. septima, Ludouic.Gometius,in cap.prim. de rescript. lib.sexto, numero nono . Ægid. Bossius , in sua practi.tit.de pœnis,nu.trigessimo quinto

Henri. de Gādano, in quodlibet, tertio quæst. vigesima secunda, Dominic. à Soto, (sibi dissentiens) in dict. quæst. sexta, arti. octauo, lib. primo, de iust. & iure, & Alphon. Castrensis, de iusta hæretico. punitio. cap. sexto, & in lib. vltim. de potestate leg. pœnal. tenentes pœnam ipso iure per leges exteriores indictam, locū sibi vendicare, in foro conscientiæ. Quod etiam his diebus, nouissime docet secum ex diametro pugnans, paulo antecitatus Vasquius Menchacensis, in cap. septimo, numero 24 & 25. lib. primo, quæstio. vsufrequen. vbi carpit Reuerendissim. Præceptorem meum Didacum à Couarru. contrarium tenentem, ac priorem sententiam sequutum, in dict. secunda part. 4. Decretal. cap. sexto, §. octauo, numero decimo. Quod an iuste fecerit, ipse videat Menchacens. (de quo maxime admiror) siquidem in lib. 1. controuersiarū, illustri. cap. 28. numero, 14. versic. vnde non obscure, postquam præmittit hanc secundam opinionem communem esse, & à plerisq; nostrorū receptam, eam dicit fore non obscure suspectam suppresso q; licet Episcopi præfati nomine, cum eo consentit, asserens constanter pœnam ipso iure, aut ipso facto irrogatam, non deberi in conscientia: etiam si delinquēs nullam habeat, aut habere posit defensionē: vt idem Menchacensis defendit, in cap. 29. numero nono, eiusdem lib. prim. controuersia. illustri. aduersus Dominicum à Soto, contrarium hac in specie sentientem, in dict. quæsti. sexta, artic. sexto.

65 Nulla enim pœna etiam ipso iure, vel ipso facto, statuta, in conscientiæ foro debetur: Nec ab ipso sacerdote qui pœnam indicat, necessario exigenda est. leg. fin. §. sin vero, C. de iure deliberan. & leg. si quis in tantam, C. vnde vi, quibus legibus pœna ipso iure imponitur, & tamen communiter doctores testantur illarum legum pœnas, in conscientiæ foro non deberi, bonus est textus, in dict. cap. cum secundū, de hæreti. lib. sexto, vbi statuit Romanus Pontifex, in pœnis etiam ipso iure inductis, requiri declarationem iudicis, vt earum exequutio iuste posit fieri. Ergo ante hanc declarationem non tenetur delinquens pœnam restituere, in interiori iudicio: textus est, & ibi Bartol. in dict. leg. eius qui delatorem.

66 Et scribit Felinus, in dict. c. Rodulphus, numero, 37. de rescrip. ea ratione, quod legis exterioris pœna in foro interiori vigorem non habet: illa nēpe huius rationis ratione, quod iure Diuino, nihil teneatur delinquens restituere præter damnum, quod proprio delicto intulit. Nec teneatur soluere pœnam, per exteriores leges statutam: siquidem illa iudicis actum, id est exequutionem exigat. Et qui deliquit, nulla teneatur lege, aduersus se ipsum pœnam exequutioni mandare, iudice eandē minime exequente: vt tradit Sanct. Thom. in dict quæstio. 62. artic. 3. & ibi Cayetan. & Felin. in dict. c. audiuimus, & Fortunius Garsiæ, in dict. illatio. 18. ad finem, de vltim. fine iuris Cano. & Ciuil. & Adrian. in dict. quodlibet. 6. arti. primo, bonus est textus, in leg. nimis graue, C. de testib. & in leg. humanitatis, C. de excusatio. tuto.

67 Et facit, quia delinquens non tenetur, se accusare, aut deferre: argumen. leg. Imperatores, ff. de iure fisci, leg. fin. C. ad leg Cornel. de Sicar. & docet Dominic. à Soto, in dict. q. sexta, arti primo. Et vt nemo inuitus alterum accusare compellitur: ita & longe minus, se ipsum accusare compellendus est: cum maiorem cognationem secum habeat, quam cum alio l. vni. C. vt nemo inuitus ager. vel accus. cogatur, iunct. l. vt vim, ff. de iusti. & iure. Cui alludit, illud Ioan. 8. (in hoc etiam sensu accipiendum) vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? quæ dixit, nemo Domine, dixit autem IESVS, nec ego te condemnabo: vade. &c. Et licet transgressor legis pœnalis se sepœnæ obligasse videatur, dict. l. Imperatores, & in Authen. de non alienand. §. quia vero Leonis. 2. colla. 2. glos. verb. honorari, in dict. l. 1. §. ad bestias, ff. de postulā. istud tamen est impropriie, & consensus hic fictus est: & non verus: secūdum Angel & Paul. de Castro, in l. si tibi quædā, §. decem, ff. de pact. Ac quasi tacite actum intelligitur, si accusatus fuerit, & condemnatus, & exequutio cōtra eum sit facta. sicuti in obligationibus, quæ ex contractibus descendunt, obligatus nō tenetur vltro offerre. l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt. Et ita procedit, & accipiendum est, quod ante citatus tradit Menchacensis, in dict præfatio. lib. 1. de success. progres. nu. 98. versic. ex superioribus.

68 Deinde humanæ leges, & gentium Principes, ac Magistratus, nihil intendūt aliud, quā publicis iudicijs, actionibus, & sanctionibus, publico, & cōmuni bono consulere: omniaq; palam agere, deniq; nihil occultū admittunt: Nec Principes, & Magistratus, aliquem punire debent, nisi publicæ: neminem iudicare possunt, nisi palam conuictum: aut cōfessum. Etiam

tiam si priuatim nouerint illum esse malefactorem.l.illicitas,§.veritas,ff.de offi. præsid. cap.pastoralis,§.penult.de offi.delega. notat Lucas de Pena,in.leg.2.C.de tabular.lib.10.& Sanct.Thom.2.2.quæstio. 64.arti.6.& in.q.67. artic.2. Ideo sine accusatore legitimo, nemo damnatur.c.1.de accusatio. Et occultum crimen reuelare non licet: neq; de illo inquirere.c.qualiter,eod.titul. de quo Albertinus, & Ioannes de Sepulueda doctissimus, + Ac patris mei Francisci Mesiæ Concollega, in insigni Bononiensi Hispanorũ Collegio. Et Dominicus à Soto, singulares tractatus ediderunt. Et Iudicium illud occultissimum inter DEVM, & hominem, quod forum conscientiæ vocant, tantum distat à forensibus disceptationibus, quantum Cœlum à terra: & nihil minus Legislatores cogitare solent, quam vt in forum illum, falcem immittant: cuius solus DEVS, & minister eius sacerdos, esse solet testis & iudex: homo vero accusator, & reus. Neq; aliud illic exigitur, quam spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum & damni satisfactio. Legales autem pœnæ ab Humano Iudice declarãdæ sunt, & ab exequutoribus exigendæ.c.inquisitioni,de sentẽ. excom.c.1.de re iudi.lib.6.& tradit Adrian.in dict.quodlibet.6.& scribentes in.l.Iulianus verum debitorem,ff.de cond.indeb.c.de his,de accusatio.& sæpe alibi. Neq; aliam iuris verã interpretationem pati possunt verba text.in dict.capit.cum secundum, de hæreti. in.6.nisi quod tunc demum transit in fiscum dominiũ si fiscus petat, & iudex condemnauerit. Prospectum q; illud caput habet, vt si talia facinora perpetrantes, condemnati essent, eorũ bona etiam retro à tempore facinoris admissi, sine aliquo hominis ministerio, ad fiscum pertinuisse viderentur, & ea vendicaret: & caperet, cum fructibus stantibus, & si forte interea fuissent alienata: sin autem condemnatio sequuta non sit, quia forte crimen fuit occultum, vel non fuit sat probatum, aut detectũ, tex.ille non videtur ad talia bona fiscum inuitasse. Et hoc est quod dici solet, Ecclesiam nõ iudicare de occultis. c. Christiana, 32. q. 5. c. consuluisti, 2.q.5.c.si omnia, 6.q.1.c. erubescãt 32.dist.ibi, + De manifestis quidem loquimur, secretorum autem, & cognitor DEVS & iudex est. Neq; ex hoc Respublica ipsa, potuit læsa videri, etiam si reuera facinus fuisset admissum: vnde non est cur illius bona capiat. Ac satis est DEVM solum habeat vltorem.
69 Sed & in illis eiusdem textus verbis. + Bona hæreticorum, ipso iure decernimus confiscata. Nihil explicatur de exequutione in foro conscientiæ ab hæretico facienda. Nec in dubio verba illa, in eam sententiam trahenda sunt: & quæ longe melius est improprie accipiantur, imo vt nihil operentur, quam quod causentur absurdum: vt notat glosa, in.c. paratus, 23.q.1.& in.l.1.§.in computatione, C.de iure deliberan.vbi Alexand.num.10. & Corne.num.9.Ripa, in.l.ex facto, num.9.ff.de vulga.& pupil Ioan.de Monte Sperelo, in.l.1.de eo quod cert.loco, Salomonius in.l.Gallus,§.& quid si tantum, nu.2.ff.de lib.& posth. Ludouicus, de Gozadinis, in Consil.88.incipient. staute statuto. Quod certe proueniret, si daretur quod crimen hæresis, aut læsæ Maiestatis tantum in corde suo committens, & si cũ omni deliberatione commiserit, aut verbo, vel etiam re, perpetrauerit, ita vt sibi soli, & nemini notum fuisset, & postea in corde ex animo integerrimo pœnituit, teneretur statim ad pœnam, & ad restitutionem bonorũ suorum, in conscientia fisco faciendam: & ad se deferendũ, sua fama, & existimatione amissa, aut animam perderet, quæ omne Lucrum, & commutuationem excedit. Quod quam sit intolerabile, nemo ambigit: ipseq; cẽseat Castro, qui hanc defendit sententiam, in dict.c.6.lib.2.de iusta hæreticorum punitione & in.cap.15.lib.vltim.de potest. legis pœnalis. Quam improbat, eiusdem Castrensis fundamentis eleganter, & subtiliter satisfaciẽs, eruditissimus, ac olim Senator Pintianus, Reuerendis.Iacobus Septimancensis, ex Ciuitatensi, Episcopus nunc Pacensis Dignissimus, in cap.9.suarum institution. Cathol. qui nostrã tenet conclusionem. Quæ etiam est de Mente Gersonis, de vita spirituali Animæ, & Speculi (quod dicitur conscientiæ) in.2. part.cap. 14.fol (mihi).128.& summæ Angelicæ, titu.de hæreti. §.15.Ioan.Andre.& aliorum, quos citat Panormit.in.c. absolutos, de hæreti.quãq; tenent Syluester, in.d.verb.hæresis, 1.quæsti. 8.Adrian.quodlib.6.q.2. Franciscus á Victoria, eruditionis eximiæ, ac Sacræ Theologiæ emporium refertissimum, Cathedræ primariæ huius facultatis apud Salmanticam olim Regens, Dominicani instituti frater, colendissimus præceptor meus, (à quo & id viuæ suæ vocis oraculo non semel accepi,) in relectione, de Iudijs. Et Reuerendis. Dida.à Couarru. in d.c.6.§.8.nu.10. & Menchacensis, in.d.præfatio.lib.1.de succes.progres.num. 98. cui me subscribo. Et ita procedit lex, 10.tit.9.lib.5.Re

copilatio.leg.Reg.& cap.77.in Pragm.Catholico.Reg.Fernand.& Elisabes, lata Taur anno.1505. Quidquid teneant Panorm. & Felin.in d.c.1 de constitu.& alij per Andre. Tiraquel.eos sequentem citati, in.d.l.si vnquam, verb.reuertatur,nu.236.

70 ¶Quibus minime fauet(quem pro se adducunt)textus,in cap.2.de præscriptio.lib 6.vbi bona fides in præscriptione exigitur, ne etiã probato in exteriori iudicio crimine, possint bona illa per fiscum capi. Non tamen ex hoc innuit textus,hæredes ea bona restituere teneri,ante præscriptionem absq; iudicis sententia,etiam si defunctum deliquisse sciant. Sciẽtia enim hæc,mala fides ibi appellatur, respectu præscriptionis, quæ ignorantiam requirit criminis. Et Syluester solertissimus iuris doctorum indagator,in sua summa,verb.assassinus, scribit Abbatem ipsum Panormitanum (quem præallegati Doctores sequuntur) in hoc non teneri.

71 ¶Nec eis patrocinio est,quod ex dicto.cap. cum secundum leges, deducunt,dum ait, ipso iure induci bonorum ammissionem, eorũ q; dominium ad fiscum transuolare, hunc delinquentem, nullo iure posse iam alienum retinere. Nam vt interim ommittam, quod deverbo hoc,ipso iure,præfatus Septimancẽsis notat,in dict cap.9 nume. 56 cum sequen. (post Francis. Duarenum doctissimum Francigenam,in l.in actionibus, nu 15. ff.de in lit. iuran.& Ioan.Corrasi.Tholosan.in.l.seruitutes ipso quidem, nu.26. ff. de seruituti.) Non est nouum,vt quando lex ipso iure transfert dominium rerum,de vnius persona, ad personam alterius,id fieri intelligatur,veluti sub hac mentali, ac tacita condicione, vt nisi aliquis futurus euentus sequatur, id dominium translatum fuisse non videatur.

72 ¶Si cum licet filio familias præterito, patris testamentum ipso iure sit nullum, rerum q; paternarum dominium, ad filium ipso iure migrasse intelligatur.l.necessarijs,ff.de acqui. hæredita.§.sui,instit.de hæred. qualit. & dic. l. inter cætera, ff.de liber.& posthu.l.1.ff.de iniust.rupt.id intelligitur, dummodo is futurus euentus sequatur, vt filius agnoscat patris bona, alter enim ea bona penes hæredẽ remanebunt; leg. filio præterito, ff.de iniust. rupt. Et not.Oldra.in Consil.305.incipiẽ. licet allegationes.nu.1.& nouissime Quintilia. Mãdosius, in.31.Regul.Cancel. quod cõmis.cau. quæst.11.vbi dicens pulchrum refert & sequitur dictum Baldi (dicentis etiam nota.) in.l. certi condictio,§.quoniam,fi.col.quæst.2.versic.2.quæro,dicit statutum, & versic.sed ponamus.ff.si cert.pet.quod si statutum prohibeat cõtra instrumẽtũ confessionatũ admitti probationes per testes, testes antẽ admittantur & recipiantur,si iudex admisit, & pars aduersa non repugnauit, probatio subsistet, & aduersario nocebit,non obstante statuti prohibitione. Quod est in praxi menti tenendũ ad intellectum.l.4.&.5.tit.8.lib.3.ordin.Regia.& l.6.tit.16 eod.lib. vt si intra decem dies qui dãtur iudicibus Consistorij ad sententiandũ,testes recipiantur, parte aduersa nõ repugnante,probario hæc subsistat, & aduersario noceat. Quod iam habui infacto, & dedit mihi honorem,& faciunt quæ diximus in. 9. part. 1.fund nu 16.prælecti.leg.5.tit. 3.lib.7. ordinatio. Regia. Et facit quia vbicunq; habetur in legibus,vel ordinationibus, quod non recipiatur agens,intelligitur si pars opponat.l.4. § hoc autem iudicium non datur,nisi postulatum fuerit.ff de dam.infect.l.vniuersa, C.de precib.Imper.offer.Dum enim non opponit, & partes sunt concordes, quid ad iudicem.l. 1.§.inde,ff.de no.oper.nunc. Exquibus etiam infertur intellectus,ad cap. 157. Comitiorum Madriciorum,ann. 1528. quod quãdo pars, seu dominus nihil opponeret aduersus per famulum post triennium petitam mercedem, posset tũc condennari etiam post triennium: quod nuncupatim tenuit singulariter Pet.Rebuf.in.d.2.Tom.ord.Reg.tracta de mercato. minuta. venden.glo.vlti. nu.13.Cui adstipulatur conclusioni, quod verba legis vel statuti disponentia vt non detur actio, vel petitio, vt habetur in dicto capite,nõ tollunt ipso iure actionem, sed producunt tantum exceptionem:t ex est in.leg nam & postea,in prin. vbi Bart.ff.de iure iurand.leg.1.ff ad.S.C.Maced.l 2.ff ad velleian.l.1.§.sublata, vbi doctores,ff.ad Trebel.Bart. in.l. vn.ff.de condict. ex leg. Iason, in Consil.7.incip.adeo, in.1.vo. Præterea præscriptio, actionẽ excludit.c.ad aures,de præscrip. Ergo opus est quod opponatur,teste Felino,ibi, post Bal.in l.si pœnæ, ff.de condict.indeb. & in.l.1.C.si aduers.cred. & in.l.sicut,vbi etiam glo. C.de præscrip. 30. anno.plene Ioan.Francis.in tract. de præscri. 1.part.q.8.Et sic cum præscriptio pariat actionem, illam opponere pars debebit, aliàs sibi imputet,si iudex eam condennet post triennium. Quæ tamen exceptio si fuerit ommissa in prima instantia, allegari potest in causa appellationis,l.per hanc,C.de temp appella.

l.perem

l.peremptorias,C.senten:resciu.non pos.cum vulgatis,& tenet ipse Rebuffus, in dict.glos. vltim.numero,17.Sic etiam,ex his, nouus inferri potest intellectus,ad cap. 101. Comitiorum Madritiorum,ann.1534. quod hodie habetur,in .l.1.tit.2.lib.5.Recopi.leg. Reg. quod melioratio filiæ,dotis ratione valeat, eius parentibus,fratribus,aut sororibus,acquiescentibus,& non contradicentibus,quodq; talis filia,hoc in casu,id possit retinere.Et quod dicta lex in foro poli,& cōtētioso, intelligatur & ꝓcedat,ita demum si parentes,vel filij,aut eorū necessarij hæredes,aut fratres,vel sorores huiusfiliæ melioratæ,reclamētmeliorationē nullā esse.& petant ita declarari,& haberi & pronde eius restitutionem fieri.Quæ sunt notanda,ad ea quæ eruditus Gaspar Bætius tradit,in.c.29.nu.1.2.&.3.de non meliorandis dotis ratione filiabus (à quo tamen dissentior, dū in.c. 34.nu.9.censet filios viuente patre nō possepetere reuocari immodicā dotis præstationē:sequuto Ioā.Lup.à Pala.Rub. in dict.rep.c.per vestras.§.22.nu.4.&.§.24.nu.3. & Segur.in.l.cohæredi,§.cū filiæ.col. 24. versic.viso,& considerato,ff.de vulg. & pup .Et contrarium cēsendum est.siquidem per dict. leg.101.contractus nullus sit ipso iure, vt potefactus contra legem illam quæ prohibitiua est:& non valeat,etiā iuramento interposito vt ab omnibus est in confesso & ipse Gaspar Bætius tradit,in eod.cap. 34. nu. 3. Et ita fuit pronunciatum,in supremo Tribunali Gradū Hispalensi,vbi ab vna Aula super hoc puncto ad aliam fuit facta remissio,in fauorem filiorum Melchioris Nuñez ciuis Hispalensis, contra Ioan.Ramirez de Stuñiga. Ann. 1569.)

73 ¶Et simile est, quod si in minore portione, quā legitima,filius familias instituatur, ipso iure inducitur legitimæ supplementū.l. omni modo,C.de inofi.testa.l.scimus,in prin.verb. ipso iure,eod.tit. & lib. Et tamen hec tacita sub intelligitur cōdicio, si illud petierit:vt tradunt ibi glo.&.dd.ac est communis opinio secundum Iasonem,ibidē. Et saltem in hoc omnes cōueniunt,vt illud legitimæ supplemētum,filio quiescente,& tacente,penes hæredem remaneat iure fori,& poli.

74 ¶ Tale est in rei legatæ dominio, quod à morte testatoris ipso iure separatur, & delibatur ab hæreditate, atq; ad legatarium migrat.l.legatum est,ff.de legatis.1.l.à Titio, ff. de furt.& intelligitur, ita demum, vt sequatur legati acceptatio : qua non sequuta, nec ab ipsa hæreditate videtur abscesisse, neq; ad legatarium transuolasse.l.legatarius,§.fin.l.si tibi homo,§.cum seruus,vbi plene per glos. Alexan.& alios,ff.de lega.1.& per Iason.in.d. §.fin.Optimus est tex.in.l.seruum filij,§. 1. ff. de lega.1.vbi,ita demum legatum valet,si legatarius voluerit ad se pertinere, & tunc retro ipsius videtur res,ex quo adita hæreditas est.Quare cum ex eo die, dominium vere ad legatariū pertineat, vt ibi probatur, fructuū rei legate acquisitionem,ad legatarium pertinere post aditam hæreditatem, not.not.glo. 1.in.l.equus.2.& in.l.Herennius,1.ff. de vsuris, & in.l.fin.verb.contestationem,C.de vsur. & fructib.legator. quam ibi sequuntur Petrus, Cyn.& alij,& Corne. nu. 3. communem opinionē testatur: & tenent Pet.Abel.perti.Rayner.& Imola,in.l.quod seruus, ff. de legat. 2. idē Imol.& Rapha in.l.seruo legato,in princ. de legat.1.& fatentur communē,eam sequuti Alex.in.l.si tibi homo,§.cum seruus, nu. 6. eod.tit.& in.l.in fideicommissariam, nu.10.ff. ad,S.C.Trebel.Vincen.de Herculā.in.l. quod auus.§.fructus,col.2.versic.sed magnum dubium est, ff.ad leg.falci.Gual.de arte testādi, tit.6.Cantel.11.nu.1.Couarru.lib.1.varia.resolu.c.15.nu.14.Menchacen. de success. creatio, §.21.nu.128.& probatur Regia lege,37.titul.9. part.6.quicquid contrarium velint glo. verb. acquirit,in.d.l.quod seruus legatus,de lega.2. & Bart.in.l.omnia,in princip.nu.4.ff.de lega. 2.Iacob.de Arenis,Bartol.nu.1.& Angel. in fine,in.l.seruo legato,in prin.ff.de lega.1.tenētes ante aditam hæreditatem, fructus rei legatæ cedere legatario. Quorum opinionem Iason,ibidem,nu.3.profitetur communem:& Antonius Gometius,lib.1.varia.resolution.c. 12.nu.22.& licet Corne.in Consi.200.incip. ad euidentiam,nu.7.vol.4.nō audeat se quicquā certum,hac in quæstione determinare, propter magnas,& varias hinc inde autoritates, & quicquid eruditissimus, & summe commēdādus Antonius de Padilla,in.l.eaquam, nu. 87.C.de fideicomm. hanc vltimam opinionē sequendo,eam dicat approbari,per leg.1.tit. 2.lib.5.ordina.Regia.vbi prolegatorum valore,additio hæreditatis necessaria nō est, qua in re Gregorius Lupi cogitandum reliquerat in.d.l.37.in hanc visus inclinasse sententiam: Quæ tamen reuera,in.d.l.1.non probatur, siquidem illius legis verba,solum tēpus,& causam respiciant quando hæres non vult adire, vt expressim ibi cauetur,& secus sit cēsendū in altero casu,quando vult adire (qui longe diuersus est)& in quo dicta lex partitæ,(quæ ne le-

ne legum detur correctio, præsertim per sub auditos intellectus incorrecta hodie manet) disponit fructus rei legatæ deberi a die hæreditatis verbo vel facto aditæ. Et quia nec etiã hodie attenta dicta lege 1.tit.2.libr.5. ordina. Regia. Legatarius potest propria autoritate rem legatam occupare, vt ipse Antonius de Padilla defendit in.d.l.ea quam, num. 115. aduersus Tellum Fernandez in.l.3. Taur.3.par. num.6. Et argumen. eorum quæ idem Padilla docet in d.l.ea quam, numer.113. de non conueniendo à legatario hærede, donec inuentarium confecerit, etiam dicta lege ordinamenti stante, quæ in hoc, leg.fin.§.donec, C.de iure delib.&.l.7.tit.6.part.6.id disponentes non corrigit, nisi pro legatis factis à testatore pro animæ suæ exoneratione: vt ibidem traditur. Sed & dict.lex, á Titio, ff.de furt.&.l.huic scripturæ, ff.ad leg. Acquil. quæ probant dominium rei legatæ, a die mortis testatoris transire, dicunt ficte transire, non tamen vere, saltem quo ad cõsequutionem fructuũ. vt post alios per eum ibi citatos, Corneus aduertit, in.d.l.fin.num.3.de vsut.& fruct.lega. Ac illa fictio, non procedat fauore legatarij, sed ex iuris necessitate. Et quia etiam hæres fingitur a die mortis aduisse.l.hæres quoq;, ff.de Acqui.hæred. Quicquid etiã teneat, & cõetur doctor Burgen.de Paz, in.7.concln.1. part.leg.3. Taur.num.943.cum sequentib.&.nume.946. Sed neq; fructus rei legatæ veniunt a die aditionis, quando legata est pars bonorum, vt notatur in.l.siquis bonorum, ff.de lega.1.quæ singularis est ad limitationem.d.legis particæ. Quæ in specie qua loquitur, nullam aliam habet decidendi rationem, quam quod ante aditionem, & legatarij agnitionem, non censeatur legatum ab ipsa hæreditate abscessisse, & ad legatarium transuolasse.

75 ¶Et ita meo iudicio procedit, & per hanc rationem coadiuuatur, quod multum docte Reuerendissim. Præceptor meus scribit, in.c. cum esses, num. 10. de testamen. citatus & sequutus à Fernando Vasquio Menchacensi, in lib.1.de succession.creatio §.2.nu.13.cum sequen. possidentem rem, sibi in testamento minus solemni legatam, vti non posse iure retentionis: Neq; exceptione proposita, se aduersus hæredem legitimum, in iudicio defendere differentia reiecta inter hæredem & legatarium per Alexan.vnó tradita, (cum eadé sit ratio) in.l.nemo potest, ff.de legatis.1.quã communem ibi fatentur Iason, in.1.lectio.nu. 75.& Ripa, num.102. Quia hoc in casu, nec ab ipsa quæ ad legitimum hæredem spectat hæreditate, legatum cẽseatur discessisse, nec ad legatarium transuolasse.

76 ¶Ac sub inde, eiusdem Reuerendissimi Episcopi, in dict.nu.10.& Menchacen. nu.13. verũ esse sententiam, dum censent, eum qui possidet bona testatoris, ex titulo minus solemnis voluntatis, teneri etiam in Diuino animæ iudicio illa restituere legitimis intestati hæredibus, quamuis non dubitet de libera testantis voluntate. Quicquid Alexan.& alij contrariũ velint, in dict.l.nemo potest, quos ibi sequitur Ripa, num.97. Et licet hæres legitimus, de testatoris non dubitet voluntate. Et si hac in specie contrarium teneant Ripa, in dict.l.nemo potest, num,101.& Menchacen.in.d. §.2. nu.9. Aduersus quos hæc vrgent fundaméta.

77 ¶Quod ex quocunq; actu, in quo non acquiritur ius in foro exteriori contentioso, siue ex defectu solemnitatum, siue ex alia causa, non acquiritur ius in foro conscientiæ.

78 ¶Quodq; lex Humana, fundata ex iusta & rationabili causa, ita etiam & vires habet, in foro conscientiæ: vt colligitur ex notatis per Sanct.Thom.in.1.2.quæst.96.artic. 6. & Scotũ in.4.senten.dist.15.& per Archidia.in.c. vtinã 84.dist. & per alios, in principio huius glosæ citatos: Et secundum eosdem excusat. Quapropter præscriptio quæ à iure datur, in foro poli, locum obtinet: vt post alios Panor. tradit in.c.quia plerisq;.nu.25.de immu.Ecclef.

79 ¶Et cum testandi actus, mille obnoxius sit fraudibus, lex quæ testium solemnitatem testamentis induxit, publicum respicit commodum: & iusta est: ac ex consequenti obligat: & in iudicio animæ erit necessario admitténda

80 ¶Et ex quo Princeps & Respublica sunt domini bonorum particulariũ, possunt ab aliquo tollere bona sua illo inuito, propter bonum commune & ex iusta causa impedire translationem dominij, quod aliás de iure Naturali teneret.l.ius ciuile, ff.de iust.& iure.l.ité verberatũ, ff.de reivédi.l.véditor.§.si cõstat, ff.cõmu.præd.l.priuatus, ff.qui & aquib.l.Anthiochensium, ff.de priuileg.credit.l.Lucius, ff.de euiction. Argum.l.siquis Sepulchrum, ff.de religio.& sump.funer.l.1.& per totũ, C.de bonis dãnator.& per totũ tit.C.qui.ex cau.ser.propter.m.libet.accip.notat Innocé.nu.3.in.c.quæ in Ecclesiarum, de consti.& ibi Felin.in.2.col. versic.prima conclusio, & Panormitan.in.c.2. num.3.eod.titul. Aucharra.in Consil. 25.incipient.videtur prima facie. nu.2. tradunt Doctores, in.l.fin.C.si cont.ius, vel vtilitat.pub.

Iason

Iason in.l.Barbarius,7.col.cum seq.ff.de offi. Præt.Ioan.Francis.Balb.in tracta. præscrip.1. part.quæst.4.Pet.Rebuf.in.2.Tom.cons.Reg. tract.de rescis.contract.art.vii. glo.1.quanuis dominium sit de iure gentium. l.ex hoc iure. ff.de inst.& iure,glo.in.l.2. C. de precib.Imp. offe.(vbi præallegat Rebuf.)&in.c.quo iure, 8.dist.Et nouissime Ioan.de Medina, in.d.Codice,de reb.restit.quæst. 1. versic. ad propositum.Ac ita procedit lex Regia, 127. comitiorum Madritiorum,ann.1563.de redditibus cẽsuum redimibilium, ad rationem vnius,pro quatuordecim, soluendis,etiam illorum, qui multo antedictam Pragmaticã licite fuerunt impositi,& circa quos, ius iam erat quæsitũ, vt secundum impositionem,creditoribus soluerentur.Eodem q; procedit modo, Pragmatic.22.Comitiorum Madriciorum, ann.1528. quod lusum ad creditum,exigi non valeat.& quæcunq; obligationes, seu pacta super hoc à ludentibus facta, nullius sint momenti. Et lex,3.tit.13.lib.3.ordina.Regia.& quæ Auendanius tradit,in.2.part.de exequend.Princip. manda.cap.30.nu.11. &.12. Sic ergo nostra in specie, & à fortiori lex potuit impedire translationem dominij, in aliquem de nouo faciẽdam propter prædictam iustam causam.

81 ¶Qua etiam ex ansa, licet de iure naturali, bona patris,sint bona filiorum æqualiter.leg. scripto,ff.vnd. lib.iure tamen positiuo constitutum est, vt aliquando bona perueniant ad vnũ,primogenij ratione,& maioricatus causa,propter bonum commune, vt sint nobiles & magnates in Regno, qui sunt ossa Reipublicæ, quam commode tueri, & illustrare sine diuitijs non possunt.c.licet,de voto, & in. c.grandi,de supplen.negligen. prælat. docet Felin.in.c.prudentiam, col.2.de offi.de lega. & Auendanius loquens in electionibus officialium,in.c.19.lib.1.de exequend.Princip.mãda.nu.17.&.18. Quod etiam iure poli licet: ve post beatum Bernardum, in tracta.de regimine domus,Egregius doctor de Villa Sandino concludit,in suo tractat. de primogenitura, quæstio. 6.Et vltra eosdem,Scotus,in dict.4. senten.dist.15. q.2 & nouissime Andre. Tiraquel.de iure primogen.quæst. 4.nu.13. quam plures doctores citans.

82 ¶Nec hoc est derogare iuri naturali,per ius positiuum,sed determinare, vel interpretari illud.Quod quidem licitum est.secundum Innocen.in d.c.quæ in Ecclesiarum,nu.4. & in. c.2.debig.am.& in.c.post translationem, in fine,de renuncia.& est glo.in.l.1.ff. de constit. Princip.singularis secundum Alexand. in leg. more, nu.6.ff.de acqui.hæred. Et multi sunt casus in iure, in quibus ius positiuum, determinat ius Naturale. Et patet in vniuersitate Salmãtina,in Cathedrarum prouisione, quia ex duobus,aut tribus competitoribus,qui habet plura suffragia iuxta Cursus, & qualitates,licet non iuxta numerum votorũ, & personarum,obtinet Cathedram, secundũ eiusdem vniuersitatis constitutiones:(quarũ meminit Anton.Gometius,in.l.fin. Tauri,col ante pen.versi.& istum casum,referẽs litem, & differentiam ob id ortam fuisse inter illum, & eruditissimũ docilitatis q; ingentissimæ,omnibus q; numeris consummatissimum, ac non satis commendatum Doctorem de Velasco, procerem admodum illustrem, supremi Senatus,& secreti, ac gratiarum, Consiliarium Regium rectissimum,& dignissimum) Et tamen de iure Naturali est,quod obtineat, qui habet maiorem partem personarum præstãtium vota sua.

83 ¶Sic etiam in Senatus consulto Macedoniano,vt per totum,C.&,ff.eod. Nam si quis mutuo dedit pecuniam filio familias, non tenetur idem filius familias soluere post mortem patris,sed potest in conscientia vti illo beneficio Macedoniani, & retinere illam pecuniã sibi mutuo datam in cõscientia:secundũ Barto.in extrauag.ad reprimendũ, verb.per denunciationem,col.2.Innocen.in.d. c.quia plerique,& ibi Panorm.nu. 26. Quod tamen Petr. Rebuf.in.d.2.Tom.const. Reg. tracta.de resciss.contract.in præfatio.nu.9. nouissime intelligit, quando quo ad malos vsus consumpsisset: Et totum male fuisset consumptũ: secus si versum fuerit in vtilitatem minoris,qui in hoc locupletior factus est.l.fin. C. de vsu cap.proempt.c.in quibusdam,de fideiussorib. dicens in foro exteriori ita fuisse iudicatum in magna Camera Parisij,ann.1536.die.13.mensis Martij,vel pro alendo, vel pro infirmitate aut funeralibus,aut alijs necessitatibus. Quibus in casibus,posset etiã hospes libros Scholasticorum retinere donec sibi sit satisfactum teste Baldo, in.l.in restituenda.C.de peti.hæredit.& in.l.fin.C.commod.Iason, in l.si non sortem.§.si certum,col fi.ff.de condict. indebi.Pet.de Vbald.in tracta. de duobus fratrib. 11.par.quæ.vlt.& præallega.Rebuf.in.1.Tom. d.const.Regia.tract.de liter. oblig. art.4 glos. 2.nu.19.subiungens hoc bene seruare Parisiẽses,(vi.Didacum Perezium in gl.l.1. tit. 8.lib. 3.ordin.Regia.col.1023. cum sequẽt.) Facit in simi-

simili quod not. Romanus in singular. 210. incipien. pater erat pauper. Et est singulare ad intellectum, & explicationem, cap. 78. in Cornitijs Vallis Oleti, ann. 1555. Et leg. 22. titul. 11. lib. 5. recopil. leg. Reg. & l. 4. tit. 7. libr. 1. eiusd. recopil.

84 ¶Idem ex Senatus consulto Trebelliano, vbi siquis sit fideicommisso grauatus de restituẽdo, potest in restitutione sibi retinere quartam bonorum iure Trebellianicæ: vt per totum, C. &, ff ad S.C. Trebellia. Et procedit etiam in hærede instituto, qui potest in foro conscientiæ, quartam falcidiæ retinere, ex legatis in testamento relictis: vt per totum, C. &. ff. ad leg. falcid. vt concludit Panorm. in d. c. qua pleriq; nu. 16. quem ibi omnes sequuntur. Tale est in Captatoria voluntate. Nã siquis alteri, potestatem nominandi hæredem reliquerit, non valebit illa institutio. l. captatorias, l. illa institutio, ff. de hæred. instit. §. at hi qui, instit. de hæred. quæ ab intes. deferunt. Et tamen talis dispositio iure Naturali valeret.

85 ¶Sequitur ergo Principem posse determinare, limitare, & interpretari ius Naturale propter publicam vtilitatem: & etiam impedire translationem dominij, quæ deberet fieri in hæredem ex defuncti voluntate solemni, si testetur minus solemniter. Item sumpto argumento, à contrarijs in iure validissimo, Aristotel. 1. Topicorum, & 4. Ethycor. c. 1. & in libr. 2. Rethorico. ad Theodectem, §. illud, instit. de societa. c. hospitiolum, 32. dist. c. sciendum, 8. q. 1. leg. 1. ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. insti. eod. in prin. si Petrus condidit testamentum solemniter, quod postea, solo verbo reuocauit, non valet reuocatio, nisi per aliud testamentum solemne. §. pen. instit. quib. mod. testam. infirmen. & hoc nemo negat, quum habeat locum in conscientia: Ergo nec etiam potest in testamento minus solemni, aliquem constituere hæredem: Neq; tale testamentũ valet in Diuino foro. optimus ad id est tex. in l. si non speciali, C. de testament. & ibi nota. huiusmodi testamentum nullo iure valere. Quæ verba cum de toto dicant, & nullũ ius excludant, c. solitæ, de maior. & obedien. c. si Romanorum, 19. distin. Clare constat testamentum hoc minus solemne, non valere iure Naturali, nec Ciuili, aut Prætorio. Nec ex tali testamento, siue respectu legatorum, siue respectu institutionis hæredis, vlla oritur oblgatio naturalis: secundum Pet. à Bel. per. & Cyn. in l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor. & ibi Bal. nu. 4. & 5. Alexan. in Consil 70. incipien. viso Consilio, col. pen. nu. 18. volu. 2. post eundem Bal. in l. 1. C. de Sacrosan. Eccles. & Alciatus in lib. 5. paradoxo. c. 17. Qui omnes negant competere ius retinendi ex testamento minus solemni. Et ex non ente, non fit ens, teste Philosopho. Et probatur in c. cum Marthæ, de celebratio. missar. l. eius qui in prouincia, ff. si cert. peta. l. 2. ff. de vsufruct.

86 ¶Ideo ex tali testamento, nõ impeditur ius acrescendi: vt est tex. & ibi not. Iason, in leg. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testamen. & asserit Bal. in. l. si post diuisionem, nu. 5. C. de iuris & fact. ignor. Quod profecto cessaret, si ex huiusmodi minus solemni dispositione naturalis nasceretur obligatio: vt probat singularis, & vbiq; recepta glosa, in leg. si duo patroni, in prin. verb. iurasset, ff. de iure iurand. aperte dicens, quod vt habeat locum ius acrescendi, debet portio omni iure deficere. Et est nota. secund. Iason. in l. si duobus, ff. de lega. 1. & in. l. re coniuncti, nu. 201. ff. de lega. tert.

87 ¶Item, licet proprie substantia differat à solemnitate, teste Alciato, libr. prim. paradoxor. capit. 16. Et ipsa testamenti substantia sit hæredis institutio, iuxta notata per Aretinũ, in leg. prim. ff. de testament. & Couarruu in rubri. extra eodem titul. Tamen assumendo substantialem formam alicuius actus, pro ea, sine qua actus ipse non valet, nec effectũ habere potest, testium solemnitas, & numerus in testamentis, erit forma substantialis: non tantum probatoria: vt Bart. probat in dict. leg. nemo potest, de lega. prim. vbi Iason, in prim. lectio. numero. 17. & in secund. lecti. numero. 21. Bald. in dict. leg. cum quis, secund. column. Alexand. in l. prim. ff. de condict. in deb. & ibi Iason, numero. 17. Decius, in leg. secund. C. de bono. poss. secund. tabul. column. tert. Aretin. in dict. leg. nemo potest, column. secund. Albert. Brunus, in tracta. quotuplex sit forma, fol. 13. dicens hanc opinionem communem esse. Quod etiam fatetur Ioan. Francis. à Ripa, in dict. leg. nemo potest, numero. 35. (licet velit defendere contrariam, quam asseruit Bartol. sibi parum constans, in dicta leg. prim dicens numerum testium, in testamentis, de solemnitate probatoria esse.) idẽ, Crottus, in dict. leg. nemo potest, in column. sext. alios autores citans eandem opinionem probantes: textus est (ita accipiendus) in leg. si vnus, C. de testament. si ergo hæc solemnitas substantialis est, nihil refert voluntatem

testa

testatoris, ex alio exteriori testimonio probari. Nec consequenter in foro Animæ erit ista minus solénis voluntas recipienda. Quod expresśim asserunt Baldus, in repet. dict. leg. prim. numero. 55. C. de Sacrosan. Eccles. Fortnnius, in dict. tracta. de vltim. fine, illatio. 15. & Iason, dicens opinionem esse communem, in leg. post diuisionem, C. de iur. & fact. ignor.

88 ¶Et facit, quia vbicunq; deficit forma substantialis alicuius actus, non potest ex eo oriri naturalis obligatio·text. est, & ibi communis opinio in leg. prim. §. siquis ita, ff. de verb. oblig. & in leg. eum qui, §. prim. ff. de constit. pecu. Et hæc est propria decidendi ratio, ad text. in dict. cap. cum esses, de testament. vbi testamentum factum, coram duobus testibus, (quod legi Diuinæ proprius accedit, & animarum saluti diligenter Consulit,) absq; presbytero parrochiali non tenet: nec ex eo iuste potest quis hæreditatem, aut legatũ possidere·vt ibi est egregia & insignis decisio. Et tamen iure Diuino, & Naturali hæc solemnitas vltra duorum testium fidem, non est necessaria.

89 ¶Item omnis actus consistit in voluntate, & potentia: capit. cum super, de offi. de lega. dict. leg. nemo potest, de lega prim. & ex Boetio, annotant Bald. in dict. leg. prim. numero 55. de Sacrosanc. Eccles. per leges autem ciuiles, quæ (vt supra probauimus) iustæ sunt, nõ potest quis sine solemnitate iuris testari, cum ab eo potentia auferatur, ergo clare constat, parum eius voluntatem prodesse: quantumcunq; ea manifesta sit.

90 ¶Et facit, quia qualitas necesśitatis, conuertitur in qualitatem voluntatis, leg. tert. §. qui fideicommissam, & leg. pater filio, ff. de hæred. instituen. & quod facit indictis legibus dispositio legis, idem dicendum est, induci ex præsumpta volũtate defuncti: vt probat Aretinus, in Consilio. 154. incipient. periculosum est, tert. column. numero ter. Præsertim quia testator, semper præsumitur cogitare quod lex statuit: Secund. Bald. in leg. precibus. 15. column. C. de impub. & alijs subst. & Marc. Mantuam, in Consilio. 137. incipient. casus, numer. 4. Et videtur velle idem quod lex vel statutũ disponit: & in dubio videtur se se conformare cum legis vel statuti dispositione: vt tenet Bartol. (qui in id passim allegatur) in leg. hæredes mei, §. cum ita, column. tert. vbi plene Alexand. column. septim. ff. ad Trebellian. Et nouisśime per Quintilia. Mandosi. (alios citãtem) in. 27. reg. Cancell. de non iud. iuxta for. supplication. quæstion. octau. nu. 9. Et respondet idem Alexand. in Consilio quint. incipien. circa primum, numero septim. volum. tert. Quodq; actus quilibet fieri præsumitur secundum legem de illo actu loquentem. leg. siduo & ibi Bald. not. ff. de acqui. hæred. quem sequitur Decius in Consilio. 278. incipient. nam lenis, column penultim. & Consil. 446. incipiẽt. viso eleganti, numero sex. & sequen. Et dispositio quæcunq;, secundum iura & iuris terminos sit interpretanda, leg. secũd. C. de noxal. leg. fi. §. in computatione, C. de iure delib. notat Bald. in tert. not. leg. Gallus, §. quidam recte, ff. de lib. & post & in dict. l. hæredes mei, §. cum ita. & Bart. in leg. vxorem. §. testamento, secund. ff. de leg. tert. & Ancharra. in Consilio. 264. incipient. præmittendum est, post prin. vbi pulchre infert ad statuta simpliciter loquentia, quod modificari seu restringi debeant secundum ius commune, de quo bonus est text. in. cap. cum dilectus, versicul. cœterum, de consuetud.

91 ¶Quibus accedit, quia in his quæ iuris sunt, lex vere facit, cum aliquid fingit: non autem dicitur facere ficte: secundum Bartol. in leg. si maritus sit in magistratu, §. prim. vbi etiam Angel. & Raph. Cuman. Cum ergo lex, testantem sine iuris solemnitate fingat intestatum, in prin. instit. de hæred. quæ ab intes. def. vere talis remanet, & dicitur intestatus. Et in testamento minus solemni hæres scriptus, in foro poli ad restitutionẽ hæreditatis venientibus ab intestato confestim tenetur.

92 ¶Nec oberit, si objiciatur, legem ciuilem etiam rationalem, non obligare in foro conscientiæ, quando super incerto, vel præsumpto, est fundata, vt scribit Bald. (in id citans Sanct. Thom.) in Authen. ingresśi, column. 5. C. de Sacrosanc. Eccles. & in leg. cum quis, column. septim. C. de iuris & fact. ignor. & tradit Ancharr. in dict. reg. possessor, column. 13. de reg. iur. in sext. Panormit. post Ioann. Andre. & alios, in. c. ssquifidem, desponsal. & in dict. c. prim. column. septim. de constit. Et in consuetudine loquendo, idem, tenet Innocẽ. in rub. de consuetud. ad finem: tradit late Tiraquel. in lib. de retract. fol. 13. Nam hujusmodi legalis dispositio (vt nuper attigimus) infictione fundatur: non autem super incerto, vel præsumpto.

93 ¶Et quanuis fictio per legem inducta, sit cõtra veritatem, tamen disponit super certo: id est super eo quod lex habet pro certo, comperto, & explorato, licet sit contra naturalẽ veri-

veritatem longe q; tanquam celum à terra, fictio à legis distat præsumptione, cum quænis præsumptio suapte natura non concernat nisi id, quod dubium & incertum est: & super dubio, & incerto fundetur, habita in quam ratione maioris, & minoris dubij, & incertitudinis, super qua cadit iuris præsumptio. vel simpliciter, quæ vocatur iuris tantũ: vel procedendo vlterius ad statuendũ super ipso præsumpto. quæ præsumptio dicitur, iuris, & de iure: & probatio liquidissima seu apertissima: vt probatur in. l. fin. iunct. glo. ibi, ff. de prob. cum glos. l. si tutor petitus, C. de pericul. tutor. Et hæc distinctio seu differentia, certitudinis, & incertitudinis, potissimum fictionem, à præsumptione secernit, & discriminat: vt tradit glos. uerb. præsumatur, in. leg. vn. §. accedit, C. de rei vxor. actio. quam ibi Saly. probat. & Alberi. dicit esse bene notandam in materia præsumptionis, & fictionis, & eam commendat Iason, (post plures doctores ab eo citatos) in. l. 2. col. 3. C. qui testam. facer. pos. & est glo. similis, verb. præsumptum, in. l. fin. in prin. in glo. mag. ff. quod met. caus.

94 ¶Nec enim certius quid esse potest, quam id quod lex certa de veritate, in contrarium intendit, fictionem inducendo, eam q; veritati præferendo ob publicam vel priuatam vtilitatem: Quæ fictio cum super æquitate fundetur, leg. postliminij ius, in prin. ff. de capti. & postlim. reuer. l. neq; vtilem, & l. deniq;, ff. ex quib. caus. maior. vbi Bart. Bal. Alberi. Angel. & Raph. fulgo. & tradit idem Barto. in. l. si is qui pro emptore, col. 3. versic. ad solutionẽ, ff. de vsucapio. & in. l. perfundum, post mediũ ff. de seruitu. rusti. prædio. vires obtinet contra facti veritatem naturalem subsistentem: ab æquitate seiunctam, siuè abstractam.

95 ¶Et propter hanc æquitatẽ, quæ congruẽtia quædã est, in principijs iuris naturalis fundata, & basis, & obiectum iurisscientiæ, l. si seruum. §. sequitur. ff de verb. obli, teste Mar. Salomonio, in leg. 1. ad fin. ff. de iust. & iur. (& diximus late, in. 1. huius operis conclusio. in gl. verb. Cobdiciat.) fictio veritati præfertur, & præualet. Et cum lex ex propria certitudine quam habet contra veritatem facti, omnino intendit fingere, seu per fictionem ob præfatam naturalem æquitatem disponere, vere lex facit cum id fingit, non tamen dicitur facere ficte: vt notat idem Barto. in. d. l. si is qui pro emptore, colum. 2. post medium, (vbi Iason, colu. 55. cum sequentibus) Bal. in. l. patris, & filij, post princip. ff. de vulga. & pupil. Quã doctrinam dicit sæpe allegabilem in practica, idem Iason, in. l. 2. in prin. col. 5. einsdem tituli, & illius meminit in. l. si is qui ex bonis, in solutione ad quintam difficultatem, eod. tit.

96 ¶Ideo q; & probatio contra fictionẽ omnino reijcitur: vt innuit glo. fin. coĩter recepta, in. l. si duo sint hæredes, ff. de acqui. hæred. cui similis est, in l. sine possidetis, in glos magna, post princip. C. de probatio. & alia, in rubric. ff. de probatio. & in. l. conficiuntur, in prin. ff. de iure codicillo. & tenet Felin (nullam harum glosarum mentionẽ faciens) in cap. quãto, in fine, de præsumptio. circa quas vidẽdus est Bald. in Anthen. sed iam necesse, C. de donatio. ante nupt. & Socin. in. l. cum auus, nu. 73. prope finem, ff. de condicio. & demost. sed & quando lex disponit super certo, siue sit, aut vocetur fictio, siue vocetur licet improprie præsumptio iuris & de iure, tamẽ in effectu, & re ipsa, est fictio: quia disponit, quod sibi æquum videtur, non obstante quod veritas sit in contrarium: & ita probatur ex duabus glosis simul iunctis, iuncto illo text. in verb. videtur, (quod est fictionis designatiuũ) in leg. à diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudica. Nam glosæ ibi dicunt, quod illo casu, non admittitur probatio in contrarium, quanquam loquantur per verbum præsumptionis: pro vt Bald. eas allegans, loquitur, in leg. secund. in prin. C. de exequut. rei iudica. & Præpositus eum referens, in dict. capit. is qui fidem, de sponsalib. Tamen certe, quia ibi est proprie fictio, ideo illæ glosæ absolute negãt probationem esse in contrarium admittendam. Et ita procedit præallegata Doctrina Diuũ Thomæ, quam Bald. (qui eam refert) in dicta Anthen. ingressi, & alij sequuntur, quod vbi lex disponit super certo, & non præsumptiue, obligat etiam in conscientia quia fundatur in certitudine quam lex habet.

97 ¶Qua propter fictio procedit etiam in foro conscientiæ: secundum Aretin. notabiliter, in rubri. ff. de acqui. hæred. 2. col. ad finem, cum principio sequen. quatenus tangit intellectũ, l. apud Iulian. §. fin. ff quib. ex caus. in poss. eatur. Nam iura per eum, ibi citata, & ad restrictionem cuiusdam communis sententiæ, de qua ibidem agit expensa, loquuntur de voluntate hæredis obligatoria, & ficta, quæ elicitur ex aditione per eundem hæredem facta. Siquidem litera textus, in. dicto. §. final. Loquitur in casu ficto: ibi, Et enim videtur impubes contrahere, dum adit hæreditatem. Et sic præsupponit Aretin. Quod hæres nihilo-

hilominus obligetur in foro conſcientiæ. Et idem, voluit ipſe met Aretin.per eũdem tex. itidem ſubſcribere,in dict.leg.ſi duo, terr. notab.ff.de acquir.hæred. Nec noſtræ oberit aſ ſertioni, quod ſupra obiecimus ex Baldo, in dict. Authen.ingreſſi,in quin.column.& alijs in locis, cum ibi capiat incertitudinem (pro vt eſt capienda) pro præſumptione, & econtra, in quo facit huius rei capitale fundamentum: vt paret ex eiuſdem verbis,ibi, & in dicta leg.cum quis, column.ſeptim. ibi tamen nõ excuſor.&c.Iunct.ver.& hoc ea ratione. Quem ſequitur Alexand. in leg. ſiquis mihi bona,§.prim.ff.de acquir.hæredit. in deciſio ne principali,ad quam prædicta ratio adaptatur Etidem,tenet Iaſon,in dict.rubri.cod.titul.allegans Bald.vbi ſupra,& licet in numero vltim.& alijs in locis iungat in hoc articulo,fictionem cum præſumptione, non eſt tamen credendum, eum voluiſſe oppoſitum. Nec etiam obſtat, quod vt ipſe dicit, forum conſcientiæ,forum ſit veritatis,& non fictionis: Nam licet id verum ſit de per ſe,intelligendum tamen eſt aliter, & aliter. Quia noſtra in ſpecie forum conſcientiæ nihil fingit, quo caſu ille loquitur, quia ſuo illo caſu ſequitur (vt is innuit) veritatem. Et punctus noſter non eſt ille,ſed iſte.An lex quæ perfectionem aliquid de induſtria, & ex certitudine diſponit ob aliquam æquitatem, & vtilitatem publicam,vel priuatam,ſeruanda ſit in foro pœnitentiali ſeu conſcientiæ: quæ (vt ſupeius notauimus) ſeruanda omnino eſt, quando (noſtro vt in themate) diſponit ſuper certo, & ex certa ſcientia, & cum iuſta cauſa, poſt habita facti veritate: Secus vero quando lex fundatur ſuper incerto, id eſt ſuper præſumptione: vel ſuſpitione: quas forum conſcientiæ reſpuit.

98 ¶Quibus adductus, antedictam principalẽ teneo opinionem: quæ mihi verior, & iuri magis cõſona videtur: quamq; noſtra etiam tempeſtate aſſeuerauit præmominatus reuerendus & doctiſsimus præceptor meus, frater Franciſcus à Victoria, in ſuis Recollectis ſuper Sanctum Thomam, in ſecund. ſecund. quæſtion.62.articul.prim.à quo, dum illi exponeret,viua etiam voce audiui:& inter eiuſ dem lectionis habeo, quæ ab eo accepi ſcripta. Et ex præcedentibus corruit Fernandi Vaſquij Menchacenſis Motiua, quæ aduerſus Reuerendiſsimi Præceptoris mei addncit aſſertionem: ita vt maiore non egeant ex preſsione.Præſertim cum paria ſint, hæredẽ in minus ſolemni teſtamento ſcriptum, ſcire teſtatoris nullam voluntatem eſſe, vel id ſcire deberet: argument. text. memorabilis,in l. quod te,ff.ſi cert.peta,vbi hoc Bar.& omnes poſteriores annotauit. Ac etiam æqualia ſiut, vel in hoc reſpectu,ſcire,& ſcire poſſe de facili,ſecundum Bald.per illum text.in dict. lege ſiduo,ff.de acquir.hæred.facit tex.leg.qui contra,vbi,idem Bald.C.de inceſt.nupt.& in capit.ſecund.cũ gloſa,de tempor. ordinand. lib.ſext.

99 ¶Quodq; lex ciuilis in conſcientiæ foro eſt ſeruanda,& excuſat,quando ipſa lex permittit actum aliquem eum approbaus;ſiquidem tunc autoritatem præbet,qua tutiſsimus eſt, qui legem ſequitur:vt omnium conſenſu con ſtat:ſecund.Didacum à Conarrua.in ſecund. part.quart.lib.decretal.capit.ſeptim.§.ſepti. numero decim. tert. Ex quibus inferitur,parum referre rationem differentiæ,quam tradit Ancharran.in regul.poſſeſſor, duodecim. column.numero.10. verſicul. quidam vero, de regul. iur. in ſext. quod quando teſtator prætulit extraneum,proximis, ſcilicet fratribus,ſororibus, vel alijs vlterioribus indigentibus,quia non eſt ſequutus ordinem charitatis,talis inſtitutus in teſtamẽto minus ſolẽni, nõ poteſt in foro cõſciẽtiæ retinere id quod in proximos prædictos pro ſua neceſsitate, teſtator tenebatur conferre. Valde q; ſuſpectum eſſe quod ibidem illico ſubiungit, quod ſi conſanguinei teſtatoris erant diuites,& inſtitutus forte indigens, vel multum teſtatori amicitia copulatus,& plus dilectus quam illi conſanguinei, tunc talem inſtitutum poſſe licite dictam hæreditatem retinere: Et hanc conſiderationem multum æquã videri. Quẽ citat, licet in meo Codice corrupte, Præceptor meus Petrus à Peralta, in rubric. ff. de hæredit.inſtituen.numero decim.tert. vbi in numero decim.quart. ipſe dicit credere, verum q; putare, quod cũ hæres teneatur exonerare conſcientiam defuncti, vt in capi fin. de ſepult.quod ex hoc capite hæres etiam in teſtamento ſolemni inſtitutus, & alijs proximioribus tranſuerſalibus indigentibus prælatus, teneretur in foro conſcientiæ defuncti exonerare,eo quod contra conſcientiam(vt ibi Egregius hic Doctor contendit)vniuerſaliter inſtituit illũ: id eſt etiam in eo,quod per eum, talibus proximis pro ſua neceſsitate,id eſt ad eorum alimenta relinquendum eſſet. Et quod ob id taliter inſtitutus,poſſet deinde ciari Eccleſiæ,vt reſtituendo illud, exiret de

P pecca-

peccato, in exonerando conscientiam defuncti. Quod mihi per antedicta valde suspectũ est: nisi præceptorem meum (cui ob amorem nimium, quo me dum eius essem discipulus, prosequebatur, plurimum debitor sum) saluemus, & eius dictum intelligamus, quando huiusmodi consanguineorum transuersalium necessitas, perpensa eorum qualitate, in ipso tempore testamenti extrema foret: & summe indigerent: & id testatori foret notum: & eidem summæ indigentiæ aliás testator ipse extra testamentum, vel in ipso testamento non prouideret, ac subueniret: & post eius mortem eadem laborarent indigentia. Nam tunc cum actiones passiuæ sicut & actiuæ quas ipse habebat testator, in hæredem transeant, personamq; defuncti, is hæres representet, quemadmodum testator tenebatur, & ipse hæres teneretur: aliás non, meo iudicio. Et ita accipiendus etiã est præceptor meus Anton. Gometius, in leg. octaua, Tauri, secunda colum. numero quarto, dum citat Ancharran. in dict. regul. possessor, & procedit Martin. Nauarrus, in suo Manual. Confessor. capit. 26. ad finem, quodq; tradit Ioann. fab. in. §. intestatorum, institut. de hæredit. quæ ab intest. defer. Et sic accipiendum est quod scribit Alberic. in suo dictionar. in part. testamentum, in secund. quem citat, & sequitur Iason, in Consilio 141. incipient. visa longa, in quint. column. admedium, volum. quart. vel nisi prædictum Doctorem Peraltam intelligamus, quando frater is egenus præteritus, nonq; demeritus, necessario instituendus esset in legitima tantum, quæ sibi à fratre testante deberetur turpi persona per eum instituta: iuxta text. iunct. glo. ibi, verb. fratribus, in. §. primum itaq;, de hæredib. & falcid. collatio. prim. Quæ sunt notanda ad intellectum, & materiam leg. secundæ titulo octauo, part. sexta, disponentis testatorem habentem fratres, posse libere quem velit instituere, etiam si fratribus in testamento nihil relinquat.

100 ¶Sic etiam ex præcedentibus infertur, tutum esse in foro conscientiæ hæredem legitimum, qui retinet hæreditatem, nec eam restituit hæredi scripto, non solum si ille in solemni testamento scriptus esset inspecta solemnitate iuris communis, si tamen erat minus solemne, inspecta solemnitate superaddita à statuto edito per ciuitatem non recognoscẽtem superiorem: secundum Iason. in secund. lectio. dict. leg. nemo potest, numero. 102. & in Consilio. 67. incipient. de isto secundo testamento, volum. 3. & Ioann. Calderin. in quæst. per eum disputata, incipient. Bononiensi statuto, & Fernand. Menchacensem, in dicto, §. secund. numero decim. non. libr. prim. de success. creatio. Quod tamen (in hac sola specie) vltimum, sic accipiendum est, vt procedat, dũ legitimus ipse ex aliquibus causis quæ in iudicio ab hærede scripto possent deduci, & probari, ad restitutionem hæreditatis, non condemnatur. Nam iam damnatus, petenti restituere teneretur: Sicuti Paulo ante in hæretico occulto fuit notatum. Quo in casu (vt tũc diximus) legis intentio est, vt simul ac crimẽ fuerit commissum, ipso iure pœna irrogetur: bonorumq; dominium, à tali delinquente abscedat, & ad fiscum transferatur, dummodo quidam futurus euentus sequatur (hoc est condemnatio) sin autem ea non sequatur, nunquam dominium à delinquẽte abscessisse, neq; ad fiscum videbitur transuolasse. Bonus est textus, cum ibi notatis per glos. & Doctores, in leg. secund. ff. de in diem adi. vbi si res aliqua mihi adicta sit, eius Dominium statim acquirere videor: Et tamen si postea melior condicio venditori allata sit, id dominium à me non solum abscedit, sed etiã pœnes me nunquam fuisse intelligitur. Stat ergo ex præcedentibus cõclusio firma, quod Pœna ipso iure, vel ipso facto, à lege, vel statuto imposita, non obligat in foro conscientiæ. Ex quibus à iure alienum videtur, quod Ioannes de Medina inquit, in dict. lib. de reb. restituen. quæstion. quart. versicul. est etiam, quod lex pœnalis non obligat ad pœnam in foro conscientiæ, ante sententiam latam, excepto nisi lex talis sit, quæ pœnam ipso facto imponat, quemadmodum aliquando datur lex sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, seu ipso facto. Grauiterq; errat, cum id vltimum alia valde differenti ratione procedat (de qua statim agemus.)

101 ¶Minusq; etiam obtinet, quod præallegatus Menchacensis, scribit, in capit. septimo, libr. prim. Controuers. vsu frequen. pœnam ipso iure, vel ipso facto statutã, præscribi non posse ab eo, qui scit debitorem se esse, quia debeatur in foro animæ: siquidem non debeatur. Et communis opinio sit, quod pœna legalis, quando non debetur in foro conscientiæ, potest præscribi cum mala fide: secundum Ioann. Crottum, in dict. leg. nemo potest, de lega. prim. Panormitan. & Felin. in capit. fin. de præscriptio. Balb. de præscriptio n. secund.

pare.

part.tertiæ part.priucip.quæstion.decim.tertia,&decim.quart.Cuius communis opinionis ipse Menchacensis (post Couarru. quem ad hoc etiam citat)Paulo ante ibidem meminerat,num.24.

102 ¶ Qui non merito hac in quæstione ipsum meum carpit præceptorem, nostram conclusionem tenentem. Verius q; ex præcedentibus censerem,eundem & si doctissimum Mēchacensem,non bene sibi constare,dum eam intelligit procedere,quando delinquens, qui ipso iure incidit in pœnā, ignoraret pœnam illam se debere in foro animæ. Quia vt is ait, licet hæc sit ignorantia iuris, quæ in alijs rebus non toleratur,leg.leges Sacratissimæ, C. de legib.leg.prim.titul. † De las leyes †. Lib. primo fori, tamen in hac materia præscriptionis toleratur,& præscriptio procedit cum bona fide: & si oriatur ex iniusta causa: secundum veram, & communem opinionem, de qua per eundem Vasquium Menchacens. in.§.vndecimo,numero decimo tertio, cum præcedent.& sequent.de successio. creation. Nam licet hoc assumptum, de per se verum sit,& procedat etiam in materia restitutionis super accepti ex ignorantia, non tamen nostro congruit proposito: Nec bene ad id de quo agitur, adaptatur: siquidem eo in casu, quamuis sciens se pœnam huiusmodi legalem incurrisse,ad eam non teneatur in foro poli: vt resoluit Corneus, in Consilio. 206. incipient.Circa thema,columna final,volum.secundo.

103 ¶Infertur q; veram non esse opinionē Philippi Decij, & Hieronym. Cagnol. numero tertio,in dicta lege, quod à quoquam, ff.de regul.iur.existimantium, quod si pœna legis transgressæ,erat iniusta,vel immoderata,nō debeatur in conscientia: secus si moderata erat.Nam quamuis ea moderata sit,in eius foro non debetur. Et ita procedit & accipiendum est, quod præcitatus Petrus Rebuffus tradit, in dicto primo Tomo Constitut. Regiarum proœm.glos.prima,numero quadragesimo sexto, dicens omnes leges inducentes pœnam dupli & quadrupli, cessare in Conscientia.

104 ¶Si vero pœna illius sit qualitatis, quæ nullum actum iudicis exigat, vt sunt censuræ, à Canonibus indictæ, & irregularitatis, ac cuiussuis aliæ, quibus propter crimen aliquis efficitur indignus,aut incapax alicuius rei,vim & effectum habet in foro conscientiæ: vt notat Caietan.in dicta quæstion.62.articul. tertio, & Nauarrus, in dicto capit. 23. Manual. Confessio.numero.67.& explicat Dominicus à Soto,in dicto libr.de iustit.& iure, quæstio. sext. articulo sexto, pagina. 63.subiungens, quod ratio quare Ecclesia excommunicare potest ipso facto,absq; causæ cognitione, & iudicis sententia, est, quia dum priuat hominem suis suffragijs,aut susceptione Sacramētorum, non priuat eum bonis suis proprijs, quæ iure peculiari, possidet: & tradere per actionem teneatur: sed communibus, quorum ipsa est dispensatrix.Ac si dixisset, qui talem admiserit culpam, non sit particeps nostrorum Sacrificiorum, & Sacramentorum, ac consortij. Veluti si pater familias, suos admoneret dicens,quicunq; me odio prosequitur,nolo eum,meo vesci pane.

105 ¶Penetrabilior enim est gladius domini, id est sentētia excommunicationis, quæ & mucro est penetrabilis,& statim feriens: vt notat Innocent.in capit.præterea, secund. numero tertio, de appellation. ex eo notabiliter inferens,quod quando sub his verbis profertur,ex communico te si elegeris,seu si eligas,statim quod incipit contra facere, & accedit ad eligendum,vel appellandum,remanet ex communicatus: & electio non tenet: Neq; appellatio interposita iuuat.Nam quando ex communicatio concurrit in puncto,cū alio actu momentaneo, fingitur propter sui velocitatem semper præcessisse in ordine intellectus, propter proferentis intentionem, quæ fuit vt electio non valeret: Et ideo præsumitur excommunicatus, & iam excommunicatus appellasse, ex præsumpta mente excommunicantis: Qui voluit ligare ante actum perfectum, scilicet statim cum incipit contra facere. Quia sicut statim propter inobedientiam, cadit à conspectu DEI, ita statim incidit in excommunicationem: quæ est separatio à gratia Diuina.In pœnis enim spiritualibus sufficit voluntas mala, & inobedientia, quod secus est in conuentionalibus: Nam spirituales pœnæ,medicina sunt,& obedientia,& ideo amplectendæ: conuentionales vero odiosæ,& ideo restringendæ. Et Innocent. sequitur ibi Bald. secunda columna numero nono,& Panormitan.in fin. colum. subdens, idem videri dicendum in alio quouis actu. Quia cum iudex excommunicet in odium actus,debet in dubio præsumi, quod iudex voluerit ligare confestim: vt sic meliori modo, quo fieri potest, actus inualidetur, Et Innocen.Præposi.ibidem sequitur, & Domini.

minic. à Sanct. Geminia. in capit. si à fede, secunda columna numero quarto, de præbend. libr. sext. Et Petrus de Ancharra. in regul. accessoriorum, final. columna de regul. iur. eod. libr. Qui notabiliter loquitur: & optimam rationem assignat. Quicquid contrarium videatur velle Antonius de Butrio, in dicto capit. præterea, & Hostien. in summa, titul. de te in dica. §. qualis, & sub. §. pœna, & reiecta distinctione Imolæ, in dicto capit. præterea, & etiam illa, quam ibidem faciunt Perusinus, & Decius, tenentes opinionem Innocentij procedere, in foro côscientiæ: & contrarium videri verius in foro exteriori iudiciali. Quod est notandum, & iam habui in praxi, anno proxime elapso, 1567. 24. die mensis Nouembris, quando admodum magnifici, & Reuerendi Patres huius districtus Hispalensis Inquisitores, tale proferrent mandatum contra Canonicos almæ illius Ecclesiæ, vt capitulariter comitarentur Sanctum ipsius inquisitionis officium, in ipsa die (quæ festum fuit Diuæ Catherinæ) actus publici, in fauorem fidei, si contra fecissent, ex nunc pro vt ex tunc contra facientes, excommunicatos ipso facto sub pœna latæ sententiæ decernentes: Et dicti canonici postquam sibi fuit notificatum, appellationem interposuerunt. Et ita hora nona illius noctis, quæ illum actum præcessit publicum, consultus respondi, persuadens etiam domino Fernando Menchacensi, ex Doctorali præbenda canonico Hispalensi, maximo in nostra facultate literato, qui tunc consulebat, vt huiusmodi mandato obtemperarent, ne acquiescerent in certa forma, quam assignauit. Et vt comitatui illi interessent sub quadam protestatione, quod non vt capitulised vt singuli de capitulo comitabantur, cum aliud sit capitulum, & aliud singuli: vt notat Ioann. Andre. & Panormit. numero secund. in capit. cum non liceat, de præscription. & Felin. in capit. eam te, numero decimo tertio, versicul. aliud singuli, de rescript. Aliás eosdé canonicos contrauenientes, non obstante appellatione interposita, excommunicatos esse & absolutione egere. Quod rei euentus postea probauit.

106 Sic vel ea ratione (quod nulla requiratur iudicis executio) pœna à testatore adiecta, in foro conscientiæ debetur: secundum Panormitan. in dicto capite Raynaldus, de testament. numero. 25. & Cremensin singul. septim. incipient. cuius, vel ex eo quod euenit casus, quo testator noluit hæredem vel legatarium eius bona possidere, vel voluit eorum aliquam partem amittere: quod potuit iure optimo facere, lege, ab eo, C. de fideicom. & notat Caietan. in summa, verb. pœna, & Nauarrus, in dicto capit. 23. sui Manual. Confesso. numero, 67. Et voluit Panormitan. in cap. Raynaldus, sexta columna, numero. 25. de testamen. dicens hanc proprius non esse appositionem pœnæ, sed potius ademptionem bonorum in pœnam contra facientis. Nomine pœnæ. Et quod in foro conscientiæ habet locum ista pœna, quia naturaliter obligatur honeratus à testatore obseruare ipsius voluntatem: capit. cum in officijs, eod. titul. Cui applaudit Caietan. in dicto verb. pœna, subdens ex eo id deberi, quia euenit casus, in quo voluntas testatoris sic disposuit. Ex quibus mihi valde suspectum videtur, quod Francis. Aretin. respondet in Consilio. 151. incipient. viso themate, legatum quingentorum ducatorũ alicui à testatore relictum, quod per suos hæredes solui præcepit, & interim quod non soluunt teneatur dare annuatim legatario quinquaginta ducatos, non valere quo ad principale legatum: nec quo ad interesse: quem refert Ioann. Lup. à Pal. Rub. in dict. repet. cap. per vestras, notab. sext. in princip. numer. nono, dicens quotidianum, & se in practica vidisse, mirabile q; esse, & alibi se non legisse. Nec enim quod ego videã, Aretinus ipse hac in specie, sua pro parte, vrgenti nititur fundamento, sed potius pro nostra, fortiter stringunt adducta per eum, in prima illius responsi parte. Nec quicquã meo iudicio refert collectio de contractibus, ad vltimas voluntates ex doctrina Bartol. & Bald. per dict. Ioã. Lup citata, & in qua fundatur Ancharran. in reg. peccati venia, nona columna numer. decimo, de regul. iur. in sext. quem Aretin. pro se citat licet corrupte, siquidem ratio siue dubij sit, vt ibidem Ancharra. scribit, illud procedat in contractibus, secus in vltimis voluntatibus, vbi non præsumitur vsurarum fraus: sed in pœnam spretæ voluntatis præfata quãtitas legetur: multæ q; sunt notabiles differentiæ inter contractus ex vna parte, & vltimas voluntates ex alia, in quibus septem notabilia discrimina Iason colligit in lege pactum in terhæredem, ff. de pact. à numero prim. vsq; ad numerũ octau. Et quia in huiusmodi specie concurrit voluntas testatoris legantis illã quinquaginta quolibet anno soluenda, interim quod quingenti illi ducati pereum legati, ab hæredibus non præstantur, qua propter licite

licite id exigitur, & reccipitur legatum: canō. placuit, prima quæſtion. ſecunda, præſertim cum reſpectu ſolutionis, ex parte hæredum ſit alternatiuum, quo caſu debetur: vt notat idem Bald. in lege. prim. C. de his quæ pœnæ nomin. relin. octau. columna, numero. trigeſimo octau.

107 ¶ Atq; inde infertur, fœminam quæ ex mariti teſtamēto vſufructuaria relicta eſt in bonis ipſius mariti, hac lege, & condicione, vt caſte viuat, omnino teneri reſtituere vſumfructum mariti hæredibus, in animæ iudicio, ſi caſtitatem non ſeruauit: ſecundum Angel. in Authen. de inceſt. nupt. in prin. Hieronym. Cagnol. in dicta lege quod à quoquam, ad finē, de regul. iur. Caietan. in ſum. in dicto verb. pœna, Alphon. à Caſtro, de poteſtat. leg. pœnal. libr. ſecund. capit. vndecim. & Reuerendiſsim. Couarrui. in dicto capit. ſext. §. octau. numero. 17. Quicquid Menchacenſis velit, in dicta præfatio. libr. prim. de ſucceſ. progreſ. numer. 98. prope finem. (Qui ſalua eius pace, bono quod ego videam, haud nititur fundamēto.)

180 ¶ Ita etiam idem dicendum eſt, quando per legem vel Canonem, aliquis inhabilis fit. Nā in conſcientiæ foro inhabilis cenſetur: ſecundum Caietan in ſecund. ſecund. quæſtion. 62. articul. tert. Et ſic quando lex pœnalis, eſt de re nondum accepta, ſed accipienda, & lex facit quem incapacem illius rei, tenetur ſtatim in foro cōſcientiæ reſtituere abſq; aliqua ſententia, & criminis declaratione: vnde qui propter Symoniam realem conuentionalem, acquiſiuit beneficium, tenetur in foro conſcientiæ illud reſignare, & omnes fructus perceptos reſtituere: vt in extrauag. ſecund. de Symon. Cuius ratio eſt quia lex Canonica fecit iſtum incapacem beneficij, quod habuit per illam Symoniam conuentionalem. Et ex quo huiuſmodi recipiens, eſſet incapax, & inhabilis ad acquirendum ſimile beneficium, nec illud, neq; etiā fructus potuit acquirere: ideo ad beneficij talis reſignationem, & fructuum reſtitutionem in foro cōſcientiæ tenetur: qui ſic habuit. Sic etiam accipiens beneficium curatum ante vigeſimum quintum annum, cū talis à iure ſit incapax, tenetur reſignare tale beneficium, & reſtituere omnes fructus perceptos: ſecund. Syluest. in verb. beneficium, 3. §. primo, & Paludan. in quarto concluſio. tertia, & Panormitan. in capit. cum in cunctis, §. inferiora, in princip de electione. Et parimodo, cum quando quis accipiens beneficiū animo non clericandi, ſed accipiendi fructus, ſit beneficij incapax, tenetur in eodem foro poli ad huiuſmodi beneficij reſignationē & fructuum omnium perceptorum reſtitutionem: ſecund. Maior, in quarto ſententiar. diſtin. 24. quæſtion. vndecim. & eſt text. in capit. commiſſa. §. cœterum, de elect. libr. ſexto. Quod tamen meo iudicio ſic eſt accipiendum, niſi quando ſuſcepit, habebat animum clericandi. Nam & ſi poſtea mutet propoſitum, videtur forſam probabiliter dicendum, quod non teneatur in foro conſcientiæ ad reſtitutionē fructuum ante condēnationem. Et ratio eſt, quia quando iſte non habet animum clericādi, lex facit eum inhabilem, & incapacē ad ſuſcipiendum: Quando vero habuit animum tempore acquiſitionis, acquiſiuit iam titulum beneficij, & de iſto loquendum eſt, ſicut de lege quæ loquitur de aliquo iam habente rem acquiſitam. Vnde videtur, quod non bene dicat gloſ. verbo, non intendens, in dicto. §. cœterum, intelligens talem non teneri ad reſtitutionem fructuum ante mutatam voluntatem: ſed bene teneri ad reſtitutionem fructuum perceptorum poſt hanc mutationem voluntatis. Ita etiam cum filius clerici ſpurius ſit in capax bonorum paternorum, per viam teſtamenti ſeu contractus, & aliorum conſanguineorum patris, lege ſecund. titul. tert. libr. prim. Ordinatio. Regiar. & leg. nōn. Tau. talis filius ſpurius, in foro conſcientiæ nulla ſpectata ſententia, neq; criminis declaratione tenetur, & eſt obligatus reſtituere talem hæreditatem. Et ratio eſt, quia lex fecit eum inhabilem ad ſuſcipiendum illam hæreditatem. Et inde cum reaſummēs primam tō ſuram, ſit incapax officiorum publicorū, & in habilis ad ea obtinendum, leg. decim. ſeptim. titul. tert. libr. prim. Ordinat. Regiar. Qui ſic reaſumpſiſſet, ſi poſtea obtineat officia publica, non eſt tutus in foro conſcientiæ, & tenetur ad reſtitutionem huiuſmodi officiorū, & commodorum inde perceptorum, nulla alia ratione, niſi quia ea non potuit acquirere: quia dicta lex, 17. fecit illum inhabilem & incapacem talium officiorum publicorū: Quæ ſunt menti tenenda: Et vt ad id vnde digreſſus ſum, reddeām, fere ex eadem (vt aiunt) radice, Donatarius ſuſceptis à donatore filijs, tenetur in foro conſcientiæ, reſtituere res donatas: iuxta legē ſi vnquam, C. de reuocā. donatio. Quia hæc donationis reuocatio per illam legem inducta, non fuit facta in pœnā donatarij, ſed ex præſumpta ipſius donātis voluntate, plurimum à lege coadiuuata: vt

 ibi no-

ibi notat Tiraquel.in verb.reuertatur, numero.238.

109 ¶In quo tamen diuersum est dicendū, quando donatio reuocatur ob ingratitudinem donatarij, ex lege fin.C.de reuocan. donatio.& capit.fin.de donatio. Cum tunc in pœnam criminis, & ingratitudinis fiat reuocatio: vti existimat Reuerendissim. Couarruu. (licet sub verbo forsam,) in dicto numero decimo septimo. Quod tamen ego intelligerem, quando Donatio simpliciter fuisset facta, nulla q; foret de reuocatione mentio habita: Nam si per modum conuentionis pœna huiusmodi reuocationis apponeretur, cum ex ipsa conuentionali, naturalis succedat obligatio, non secus quam ex reliquis conuentionibus, donatarius transgressor, ad rerum donatarum restitutionem teneretur in foro conscientiæ, etiam si ab aduersario non petatur: non secus quam etiam aduersario non petente debetur in eodem foro, quod ex causa mutui, vel alia simili acceptum foret, & redditum non fuisset: secundum Aucharran (hac in specie, & similibus intelligendum) in dicta regu. possessor, tert. quæstion. de regul.iur.in sext. quem sequuntur Felin.& Decius, in dict.cap. prim. de constitut. & idem Decius, in Consil. 298.incipient.viso instrumento, numero primo, & Hieronym. Cagnol.in dict.leg.quod á quoquam, numer.6.

110 ¶Nam in alijs casibus non teneretur quis in foro Diuino pœnam etiam conuentionalem soluere, nisi ab alio petatur: vt Philip. Corne. (ita accipiendus) scribit, in Consil.69.incipie. de duobus quæritur, numero.trigesim.nono volum secund.& in Consilio.55. incipient.visis, & diligenter ponderatis, volum. tert. quē sequitur Rebuffus, in leg. vnic. C. de sentent. quæ pro eo quod interest prof.in glos. proferuntur, num.40.

111 ¶Et ita ad concordiam redduci potest Doctissimus Fernandus Vasquius Menchacensis, sibi hac in quæstione aduersarius. Quippe qui, in dict capit.septim.libr.prim. quæstion. vsufrequent.numero.21.asserit, teneri quem, in foro conscientiæ pœnam cōuentionalem soluere, etiam si ab aduersario non petatur. Quod idem ipse negauerat in capite. 28.libr. primo controuersiarum illustrium, numero decimo sexto, post Cagnolum, (quem ibi refert) in dicta lege quod à quoquam, numero nono, docens pœnæ conuentionalis debitorem tenere pati, si ab eo pœna exigatur, sed in conscientia, vel in foro contentioso, non teneri offerre vltro, quia iuste potuit cogitare, quod pars quæ sciuit, tacet, & dissimulat, eam pœnam tacite condonasse, ac remisisse videatur. Parte vero petente, pœnam conuētionalē, restituere tenetur iure poli, nisi quatenus læsionem, damnum ve proximi, aut eiusdem interesse iustum excederet notabiliter: Nam tunc pœna vltra modum hunc apposita, ad mensuram debitam redigenda est: leg.plane, & leg.pecuniæ fœnebris, ff.de vsuris, not.glos. & Doctores per text.ibi, in leg. cum allegas, C.eodem, & in leg.non solum, ff. de rei vendicatio.& in canō .si Ecclesiæ, 25. quæstion.secund.docent Decius, & Cagnol. numero sexto, in dicta leg. quod à quoquā, post Corset.in singul.verb. pœna, decimo incipient.in foro conscientiæ, idem Decius, in dicto capit.prim.column. penultim. de constitution.& ibi Augustin.Bero. numero. 242. Panormitan.in capit quoniam contra, numer. trigesim prim.de probatio. Felin.in dicto capit. audiuimus, de Symon.& in capit. sicut dignum, de homicid. Roman in singul. 107. incipient.tu habes, Angel.de clauasio, in summa, verb. pœna, versiculo decimo nono, & Martin. Nauarr.in dicto capit.23. sui Manual. Confessor. numero sexsagesim octau. Et ita accipienda, & intelligenda est lex fin. titul.1. part.quint.

112 ¶Nec etiam quando talis pœna conuentionalis contra iustitiam est, vt quia excederet quadruplum, in eo, quod sic excedit, quantuis iuramento sit firmata, peti, aut exigi potest: vt respondet pulchre Ancharra. in Consilio, 148. incipient. apud antiquos, & argument. leg.sancimus, C.de donatio. facit lex, prim. §. si stipulanti, ff.de verbo obliga. Talis enim excessus, contra honestatem, & bonos mores est: vt probat text in capit. suam, de pœnis, vbi Papa reprehendit illum, de honestate, qui volebat petere triginta Nomine pœnæ, pro septem, ratione debiti non soluti. Et ideo Angel. in Consilio.219. incipient. arbitror dictam pœnam, respōdet, nihil præter id, quod mercatoris intersit, peti posse. Cuius sententiam Francisc. Aretin. probat, & sequitur in lege quart. §. Cato, prima column. ff.de verbo.obliga.

113 ¶Vbi Ioannes Crottus, numero octauo, & sequentib.in prima lection.not.in curia mercatorum, pœnam promissam peti non posse vltra interesse: & si nihil intersit, peti non posse: quia sit contra æquitatem, quæ in illo foro seruatur. Quicquid Iason contrarium velit, in

Bernar.in dict. capit.77.(vbi hoc limitat,nisi pater ipse de lenocinio,vel consensu conuinceretur)facit lex,3 §.siquis volnntatem,ff.de lib hom.exhib.ibi, †Sed quid si volentem quidem retineat,non tamē sine calliditate, &c. Neq; bona, vel probabili ratione hoc faciat: recte dicetur dolo malo retinere†. Quodq; cum talis stuprator, quantumcunq; volentis virginis,puniendus sit acri pœna, vt post Mathesil.nota.100.inci.nor.tex.& Additiō. Bal. in dict.leg.vn.verb.vlterius,Ægid.Bossius cōcludit in sua pract.titul.de raptu mulier. secūda colu.numer.7.ideoq;.In culpa ob id sit,saltem leuissima, quæ in facto committitur, vt probatur in dict.l.2.tit.19.part.7.ibi, †E no se puede excusar que el que yoguiere con alguna muger destas que non fizo muy gran hierro maguer diga que lo fizo con su plazēteria non le faziendo fuerça†. Et argument. eorum,quæ ipse Ioan.Bernard scribit in. d.c. 77.pagin.150.versic.vnde videtur.Et quia culpa leuissima in faciendo commissa, æquiparatur latæ culpæ in negligendo:secundum Barto.in.d.l.quod Nerua,nona column. num.29. versicul. item quæro verum culpa leuissima, vbi allegat corrupte glosam,in leg.si constante,§ si maritus,ff.solut.matri. cum vellet allegare glo.in d.l.si mora,eod.titu.(quam ibidē vidēdus eiuscitat additionator,)Cōsequens est,iuxta antedicta hunc teneri ad huiusmodi damni aliqualem reparationem, quæ tamen iustum mulieris interesse secundum eius qualitatem non excedat. Dummodo hoc egeat: & ab ea petatur. Nec enim ea non petente, aut einsdem parentibus non exigentibus, viciator ad vltro offerendum hoc in casu in foro poli tenetur.(vt supra attigimus)& Menchacensis(ita intelligendus)notat, in dicto capit.28.lib.primo;Controuers.illustri.numero decimo octauo.Et meo iudicio sic est temperandus,& procedit præceptor meus Martinus ab Azpilcueta Nauarrus, qui contrariū censuerat, in capit.decimo sexto Manual.Cōfessor.numero decim. sext. Et ita accipiendi sunt præalleg.Ioan.doctissimus EpiscopusCalaorensis in dict.capit.77.Astensis,in summa, lib.secund.titul.47.in capit.incipient.sequitur videre de tertio,& post Rodonen.& Guiliel. Diuus Antonin. Archiepis. Florenti. in dicto capit.sext.§.prim.& Syluest.verb. Luxuria, versicul.quinto quæritur,& Tabien. verb.restitutio, §.22.(vbi citant Bonam Venturam) tenentē, desflorantē virginem voluntariam non teneri ei satisfacere in foro conscientiæ, per regulam illam,scienti, & volenti, de reg. iur.in sexto cui,supra in eadem glosa, nume. 30.respondimus.)

120 ¶Sed & Nauarrus ipse, nulla(vt opinor)alia ratione, quam quod hoc damnum virginitatis ammissæ,notabile sit, & ipsi mulieri,si nubat,valde periculosum,in numero decimo nono,ibidem tenet post Reuerendum Magistrum meum fratremFranciscum à Victoria, virginem dolo, aut suasione inductam viciantem, teneri ei ad satisfactionem eiusmodi damni sigilli virginitaris effracti, qualius virum talem iam esset sortita, qualem virgo si foret obtineret.

121 ¶Tandem ex præcedentibus,quæ restitutionem damni,seu pœnæ, deberi in conscientia probant,quatenus verum damnum passi cōcernit interesse: Non possum non admirari eruditissimum nostrum Menchacensem, in dicto capit. 28.numero decimo septimo,quare sic inuexerit contra Decium, & Cagnolum,in dicta leg.quod à quoquam, de regul. iur.& eundem Decium,in dicto Consilio.298. & Corset.verb.pœna, vt dixerit eos errasse, in eo quod scribunt, pœnam conuentionalem si nimium obdura sit,non deberi in conscientia,deberi tamen, in eo quod moderata sit. Vereorq; ne quod ipse Vasquius alijs obiecit,in se patiatur tenente pœnam conuentionalem quantumcunq; acerbiorem, in foro conscientiæ deberi: ex quo contrahentes in rebus suis plenam potestatem, & arbitrium habuerunt,etiam ad abutendum & prodigēdum:& se se potuerunt pœnis acerbis obligare:non secus quam reliquis. Quod quā aduersum sit æquitati,& rationi naturali, ipsiq; iuri dictanti neminem cū alterius dāno, & iactura locupletandum: ipse iudicet Menchacēsis.

122 ¶Ac ex contractu patet censuali, in quo, & si contra conuentionem,per mille annos census non soluatur, non caditur à iure contractus,nec pœnæ commissi, de qua fuit conuētum,quia nimis acerba sit, locus est: secundū glosam singularem, in capit. constitutus, de religio.domib.Panormitan.in capit. prim.columu.secund.de in integ.restit.Iason.qui post alios reputat limitationem multum pulchrā, in leg.prim.columo.10.numer. 49. C.de iure emphyt.Socin in Consil.167.incipien. non inutilis, volu.2.Hippolit.in singul.95.incipien.contractus censualis,Quorum opinio communis est,secundum Decium, in Consil. 138. incipiē. & diligenter,prim.colum. numer. 5. & tenetendis.Didacum à Couarru. in c.7.nu.1.lib.3.

P 5 varia.

varia.resolutio. quanuis Bald.in Consil. 177. incipient.ad euidentiam,2.col.num.6.volu.3. contrariam sententiam communem dixerit.

123 ¶Sic etiam, censualista minime requisito,cē suarius contra pœnam conuentionalem poterit impune ex eadem ratione,possessionē alienare.vt scribit Ioan.Lup. à Pala.Rub.in.l. 70,Taurj,11. colum.numer. 28. & Antonius Gometius,in leg. 68.eorundem comitiorum, colum.4 versicul.secundo infero,& diximus Latius in fundamen.2.parr.2. prælectio.leg.5. titul.tert.lib.septim.Ordinatio.Regiarum.

124 ¶Vbi ostendimus nouissime contra eosdē, dictam legem,68.Taurinam, minime loqui, nec locum habere in contractu isto censuali, proprius q; procedere, & practicandam fore,in contractu emphyteotico, in quo, ante dicta pacta conuenta,seruanda sunt:& locus est commisso,etiam vbi præstatio annua redimibilis est constituta. Quicquid præallega. Præceptor meus Couarru.in dict. capit.septimo, numer.1.lib.3.varia.resolu.velit, dicens praxim,& forensem vsum apud suprema Regis tribunalia,eam legem commisisi,& si omnino expressa sit,tantum admittere & probare,vbi census perpetuus constituitur,absq; redimendi pacto, & res super qua constitutus est ipsius erat, qui pensionem annuam soluēdam sibi cauerit, cum ea ratio, qua id procedit, scilicet quia possessio sit ipsius legem imponentis,qui q, quam libuit potuit imponere condicionem, in hoc etiam militet casu (vt ibidem plene notauimus.)

125 ¶Qua inspecie,emphyteota pensionem per bienuium non soluens in commissum cadit:& ad id in foro conscientiæ tenetur, si ab eodē domino, cuius possessio est petatur. Et ita procedit, & accipiendum est quod Ioannes de Medina docet,in dict. Codice de restitut. quæstion.12.versicul.ex dictis.Quodq; Petrus Rebuffus(hac in specie intelligendus) tradit in dict.prim.Tom.constitu.Regia. in proœm. glos.1.num.47.quod si dominus sciat, & non petat,videtur commissum remittere, seq; dicere in foro conscientiæ ad huc retineri posse: quia debitor putare potest,dominum eo iure vti nole,sicut dicitur de hærede qui potest legatum præscribere per triginta annos, dum arbitratur,quod legatarius illud nolit ex eo quod non petit:secundum Ancharran. in regul.sine possessione,de regul.iuris, lib.6. & adducit Latius idem Rebuf.in repet. l. vn. notabi.1.nu.54.C.de senten.quæ pro eo quod interest.Cuius discriminis ratio aperta est, ex quo, qui à domino fundum recepit, & si ex non solutione per biennium, re ipsa totaliter priuetur, nulla ei iniuria, aut damnum fiat, qui hac lege fundum illum à suo vero domino susceperit, vt si per biennium pensionē nō solueret, reddeat fundus ad dominum suum qui illum tradiderat: & ita res reddunt ad statum,in quo erant ante contractum emphyteoticum. Quod re vera non est in contractu præfato censuali,in quo si fundus,in quo census constitutus est, ob non solutionem pensionis, efficeretur totaliter censualistæ, non ita res ad priorem statum reddirent: & censuarius maneret suo fundo priuatus, quem ante contractum,tanquam proprium plenarie possidebat: Et censualista eundem fundū plenarie sibi acquireret, quem ante contractum minime possidebat, neq; habebat. Qua in specie,cum lucro hic notabiliter maneret, alter vero cum damno,& tanto maiori,quāto amplioris precij,& valoris erat fundus, in quo census fuit constitutus. Exorbitantissimum q; esset, fundum censualem quatuor milia aureorum valentem, & censum super eo longe minoris valoris constitutum,per nō solutionem pensionis censualistam sibi acquireret,loco illorum aureorum, quos pro ipso censu tradiderat.

126 ¶Quibus non obstat, si diceretur cōtractus censuales,qui in vsu sunt, emphyteosi assimilari,quia illa assimilatio consistit in alijs condicionibus, non tamen æquiparantur, quo ad pœnam legis commissoriæ, quæ in talibus cōtractibus à iure est reprobata. leg.prim.C.de pact.pignor.& de lege commis. capit. significante,de pignor.leg.12.versicul.+ E porende, dezimos+. titul.13.&.l.41.tit. 5.part.5 quæ leges ad id improbandum, illam decidendi habent rationem,quod obligatio pignoris communiter soleat fieri pro longe minore quantitate,quam valeat pignus. & ex tali conuentione si valeret pœna, debitor multum defraudaretur: Quæ ratio multo maiorem vim habet in huiusmodi contractu censuali, cum semper possessiones,seu bona, super quibus imponitur, & venditur census, longe maioris valoris sint, quam precium pro censu datum: & necessitate præssus debitor hoc in casu faciat, quicquid vult creditor: vt expressim probant ante dictæ leges.Ex quibus verba allegatæ legis, 41. Quia in venditione loquantur, & melius ac proprius nostræ cōclusioni adaprentur, referre libuit.+Mas si la cōprasse de otra guisa diziendo assi que fazia

tal

lit, in leg. secund. §. item si in facto, ff. eod. titulo, quem sequitur nouissime Benuenutus Straccha, in tractat. de mercato. titul. de contractib. mercato. ante finem. Quorum tamen opinio possit in foro exteriori procedere, dum hæc pœna conuentionalis, nimis acerba non sit, non autem in foro interiori. Et ita Conciliari meo iudicio possent hæ opiniones secus ex diametro pugnantes, facit quod notatur, in leg. eos, C. de vsuris. Et ita mea sententia intelligi & accipi debet, quod magis communiter recipitur, ac dici solet, pœnam ipsam in conscientiæ foro, creditorem posse petere: vti tradunt Hostien. Archidia. Ioan. Andre. Panormitan. & alii, in dict. capit. prim. de constitutio. Cagnolus, in dict. l. quod à quoquam, Corne. in dict. Cōsilio sexagesim. nono, & in Consilio. 28. columm. fin. secund. volum. Paul. Parisius, in Consilio. 34. volum. prim. & in Cōsilio decim. nono, volum. secund. Et ita potest ad concordiam reduci Philip. Decius, qui id negat, in dict. capit. prim. de constitu. colum. octau. Et Adrian. in dict. quodlib. sext. Nam sicut iudici pœnam exequenti non licet resistere in conscientia, ita etiam nec parti, pœnam iniustam petenti licet negare: vnde hac in specie non est differentia inter pœnam conuentionalem & legalem. Nam sicut in legali, iudicis executio requiritur, ita & in conuentiona li partis petitio(qua in re nouiores, in dicto cap. prim. allucinant) Et ita accipi debet quod eleganter tradit Fortunius, in tracta. de vltimo fine, illatio. decim. octau. dum scribit tutū esse in conscientiæ foro, nō tantum eum qui pœnam conuentionalem exegit, & accepit, sed & eum qui consequutus est pœnam legalem. Et ita potest concordari ante allegatus Decius, in dict. capit. prim. numer. 20. de constitu. Ex quibus tutum omnino in foro conscientiæ non videtur, quod post Vbal. & Panthal. Calderin. in leg. secund. C. de rescind. venditio. Pet. Rebuf. tradit in dict. secund. Tom. const. Regiar. titul. de rescissio. contract. articul. vnic. glos. decim. quint. numero trigesim. tert. Quod siquis emerit domum centum aureis pacto apposito, quod nisi soluat illa centum intra annum, promittit centum pro pœna, & sarcire omne id quod intererit, si non soluat, incidere in pœnam, qua soluta, licet excedat iusto rei precio dimidium, tamen ei non succurri, quia sua culpa incidit in pœnam.

114 ¶Sic etiam & illud accipiendum est, damnum alicui, culpa leui, vel etiam leuissima (vt infra dicetur) datum resarciendū esse in conscientia mixta patientis interesse: & ita procedunt Angel. in summa, verb. culpa, in fine, Adrianus, in quart. sententia. in tracta. de restitutio. capit. verum in foro conscientiæ, Panormitan. in capit. fin. de iniurijs, & Barba. in cap. Raynaldus, de testamen. columm. 114. Couarruuias, in dict. capit. sext. §. octau. numer. duodecim. & Fernandus Vasquius Menchacensis, in dict. capit. 28. numero decimo non. lib. prim. controuers. illustri. contra Innocētium, in dict. capit. sicut dignum, quem sequitur Panormitan. (sibi aduersarius) in. c. si egressus, de iniur. & in capit. cum causam, colum. quinta, de testib. & in capit. dilecti, de arbit. idem, & Decius, numero trigesim. prim. in dict. cap. quoniam contra, de probatio. Aretin. in cap. sicut, column. secund. de testib. Roman. in singul. 105. incipien. pridie, Ioan. de Anania, in dicto capit. sicut dignum, §. fin. in fine, & ibi Felinus, idem Felin. numer. 41. & Decius, numero decim. in secund. lect. dict. capit. prim. de constitutio. post Panormitan. ibi, column. septim. Iason, in. §. sed iste, numer. 130. instit. de actio. & Barba. in capit. prim. colum. prim. de commoda. quam opinionem asserere communem Anton. Corsetus, in dict. singul. verb. forum conscientiæ, & Syluest. verb. culpa, §. quart. & verbo, aduocatus, §. 24. & verb. restitutio, secund. §. duodecim. & §. 17. tenentes, alteri damnum inferentem culpa leui, vel leuissima, non teneri in conscientiæ foro illud resarcire, quamuis in iudicio exteriori, per iudicem cogi debeat, ad id soluendum: per leg. in lege, ff. ad leg. Aquil. Quorum opinio attenta dictæ legis dispositione, minus procedit: Ex quo per eandem legem, talis damnificator, qui in culpa fuit leui, teneatur in foro cōtentioso. Et illa lex procedat in culpa commissa in facto, nō autem in culpa, quæ in ommissione commissa fuerit: vt est glos. notabil. secundum Paul. de Castro, ibi, in leg. si mora, ff. sol. mat. quam dicit auream præallega. Corsetus, in singul. verb. pœna, cui est similis, in leg. lege Cornelia, ff. ad. S. C. Syllan. quas communiter Doctores probant: secund. Alexan. in dict. leg. si mora, sexta column. Maius enim crimen est, quod in facto committitur, quam quod in ommissione perpetratur, teste Diuo Thoma. secund. secund. quæstion. 79. articu. prim. Et explicat nouissime Andre. Tiraquel. in lib. de pœnis temperand. caus. 44. numer. 31. cum sequentib. quam plura ad hūc propositum adducens & per totam causam.

Et hunc etiam intellectum ad dict. legem, in lege, Bart. notat in leg. quod Nerua, numero 29. ff. depositi, Imol in dict. capit. prim. de cōmod. numero decimo octauo, Alexand. de Imol in leg. prætor, §. prætor ait, column. penultim. ff de eden. Saly in leg. in iudicio, C. locat. Stephan. Bertrand. in Consil. 140. in tert. volum.

115 ¶Vide glosa in. §. præterea, institut. quib. mod. re contrahi obliga. dicens in incendio, semper præsumi culpam leuissimam, (singularis, secundum eundem Salicetum, in. l. quæ fortuitis, fin. column. C. de pigno. actio. & in dict. leg. in iudicio, Iason. in dict. §. prætor, column. vltim. eundem, & Alexand. in leg. domos hæreditarias, ff. de lega. prim. vbi Iason, asserit hanc opinionem esse communem,) intelligenda est, quo ad culpam leuissimam in ommittendo contingentem, non autē quo ad leuissimam, in committendo. Et ita potest saluari ab impugnatione Baldi quā not. Thomas Grammaticus in decisio tert. incipient. in causa magnificæ, numero sext. Et concordari potest contraria glos. in leg. qui duobus, §. damna, ff. pro socio. Et inde nisi ex natura cōtractus veniat leuissima culpa, ex incendio, non tenebitur quis actione legis Acquiliæ, ex illa leuissima culpa à lege præsumpta: secundum Alexand. in dict. leg. si domos, & in dict. §. prætor, & Bertran. in dict. Consilio. 140. Et hinc text. in dict. leg. qui ædes, ff. de incend. ruin. naufrag. dicens teneri quem ad damni illati solutionem, quando damnum illatū fuit ex incendio propter illius negligentiam, intelligendus est, de negligentia, quæ culpam leuem præ se fert, perpensis ipsius facti circūstantijs, non de illa, quæ ex culpa leuissima contingit, cum constet ex supradictis neminem teneri, ad satisfactionem damni, quod est illatum propter eius ommissionem data culpa leuissima. Et ita procedit, & accipiendum est necessario, quod Menchacen. scribit, in dict. capit. 29. numer. 20. Quodq; ipse tradit Grammati. in dict. decis. tertia, numero decimo quarto. Atq; secundum prædicta, intelligenda est Regia lex, decima, titulo decimo quinto, part. septima considerans in incendio culpam, per aliquod exempla, ex qua incendiarius teneatur.

116 ¶Et etiam glosa, in dict. cap. fraternitas, 12. quæst. 2. dum voluit pœnam in foro conscientiæ deberi, quando ex parte recipientis, non est pœna, sed ammissæ rei Acquisitio, & interesse. Quam sequitur Dominicus, in. c. commissa, §. fin. de electio. in. 6. Felin. numer. 43. & Decius, in. 1. lectio. num. 20. in dict. c. 1. de constitu. & Nauarrus, in dict. suo Manual. Confessor. capit. 23. numer. 68. post. Petrum Auchar. in dict. regul. peccatum, de reg. iur. in sext. column. secund. numero decimo, vbi bona est glos. finalis, communiter in hoc recepta.

117 ¶Et ita, illud accipi debet, quod scribit Diuus Anton. Archiepis. Florent. in secunda parte, suæ summæ Theolog. titul. 5. capit. 6. §. 1. & post eum, Ioan. Bernard. in praxi criminal. Canonica, cap. 77. Couarru. in dict. §. octano numer. 15 Menchacensis, in cap. 7. lib. 1. quæstio. vsufrequen. numer. 23. textum in capit. 1. & . 2. de adulter. disponentem, vitiantem virginem esse compellendum, eam congrua dote dotare, procedere in foro exteriori tantum: & solum teneri in foro conscientiæ, damnum resarcire, quatenus ea mulier postquam vitiata est, pluris eget, ad inueniendum virum, sibi coæqualem, quam egeret, si integra, & illibata foret.

118 ¶Quam conclusionem licet doctissimus ipse Menchacen. in dict. num. 23. velit procedere, quando talis mulier vim passa esset, aut dolo, vel metu foret subducta, (quod secundū eum raro contingit) Non sic, si spontaneus fuerit viri, & mulieris congressus, (vt ipse dicit plerumq; fieri) Nam tunc virum nullatenus teneri in foro animæ ad resarciendū hoc damnum, ab eo discrepo. Et salua tanti viri pace, id non admitterem: & contrarium hac in specie, post alios doctores, Ioann. de Anania, notat in dict. c. 1. de adulter. nota. 1. Et Speculum conscientiæ, in secund. part. capit. 29. fol. (mihi) 145.

119 ¶Siquidem lex vnic. C. de rapt. virgin. quæ de huiusmodi damno loquitur, expresim disponat, ita vitiantes virgines grauioribus etiam subiacere pœnis, †Siue volētibus, siue nolentibus virginibus tale facinus fuerit perpetratum†. Hac inter aliás ratione. †Quia hoc ipsum velle mulierum, ab insidijs nequissimi hominis, qui meditatur rapinam inducitur, nisi & enim eam solicitauerit, nisi odiosis artibus circumuenerit, non facit eam velle in tantum dedecus se se prodere†. (Quod etiam) vt patet probro est omnibus cognatis, & mulieris affinibus: parentibus autem ignominiosum, & damnosum, & est text. expressus, in. l. 2. tit. 19 part. 7. Et ideo etiam in hoc casu, ad satisfactionem eisdem faciendam stuprator tenetur: secundum Sanct. Thom. in. 2. 2. quæ 154. artic. 6. & Archiepis. Florent. in. d. c. 6. §. 1. & Ioā.

Bernar.

tal pleyto con el que si la non quitasse à dia señalado, que fuesse suya, por aquello que daua sobre ella à peños, entonce non valdrie el pleyto, nin la vendida. E por esta razon non tenemos por bien que vala tal pleyto, porque los que emprestan dineros à otros sobre peños non lo querrian fazer de otra guisa. E los omes quando estouiessen muy cuytados con muy gran mengua que ouiessen farien tal pleyto como este, maguer en-entendiessen, que serie à su daño†.

127 ¶Minusq; obest, quod Paulo antecitata lex Taurina, sexsagesima octaua loquatur per hunc terminum, †Censo†. Nam illum verbũ, †Censo†. Stat improprie, vt declarat Imola, in. c ad audientiam.2.col. de reb. eccles. non alienan. subiungens, quod si in instrumento diceretur concedo tibi talem rem in emphyteosim, pro annuo censu, & omne ius quod habeo in illa re, ille non esset contractus emphyteoticus: sed contractus censualis. Et illa verba concedo in emphyteosim, starent improprie. quod ipse reputat multum notandum: refert, & sequitur Iason, in lege prima, numero 48.C. de iure emphyteo. & est menti tenendum dictum, pro similibus contractibus, in quibus hodie tabellionum inscitia seu incuria, prædicta miscentur verba. Vnde siquid indicij hac in re habeo, in dicta leg. Taurina, litera verior est, vt sic eius sonet contextura, † Si alguno pusiere algun censo sobre su heredad que diere con condicion, &c.†. Cum mens, ac ipsius legis hoc dictet ratio, quæ potius inspicienda est, quam eius verba: & quibus, eiusdem legis sententia præponenda est: vt supra in secunda conclusione notauimus, in glosa, super verbo, †Daño†. Et diximus Latius in dicto fundamen. secund. part. secund. leg. quint. titul. tertio, libr. septimo Ordinatio. Regiar. Quicquid ibi Anton Gometius, Doctissimus olim præceptor meus & Ioan. Lup. à Palaci. Rub. eandem legem, cum Didaco etiam à Castello, procedere intelligant, quando habens domum in necessitate cõstitutus, super ea censum, minoris multo valoris venderet, annuatim soluendum ad diem Sancti Ioannis, alioqui caderet in commissum, domus q; ipsa efficeretur censualistæ. Quod quã tum à vero eiusdem legis sensu deuiet, eius q; repugnet menti, & dispositioni aliarum Regni legum, reprobantium id pactum commissorium, eius q; exequutionem, qui vis lippus iudicabit. Et earum correctio per subauditos & absonos intellectus inducenda non est: cũ omnis absurdus intellectus fugiendus ac euitandus sit: leg. nam absurdum, ff. de oper. liberto. lege scire oportet, §. aliud, ff. de excusatio. tutor. Et ne iuris communis tali interpretatione corrigatur dispositio, is omnino reijciendus sit: vt docet Iason, in Consil. quinquagesimo secundo, incipient. visis, prima columna volum. primo, potius q; concordandæ sint hæ leges, vt dicit Egregia glosa, verbo, petere, ad finem, capit. cupientes, §. quod si per viginti, de electio. libr. sexto, capit. cum expediat, eod. titul. lege vnic. C. de inofi. dotib. & tradit Alexand. in Consilio. 116. incipiẽ. animaduersis statutis, tertia columna numero decimo quarto, cum sequentib. volum. secundo, scribens post Angel. & alia quæ ibi citat, quod mens debet attendi, etiam si verba disponentium contraria sint menti. ab Hippolito Marsilien. citatus, & sequutus in leg. sed & sciendum, secunda column. numero sext. ff. ad leg. Pompe. de parricid. & in leg. siquis viduam, tert. column. numer. vndecim. cum sequen. ff. de quæstion.

128 ¶Ac indubijs ille intellectus, & opinio tenẽda est, perquam euitatur omne peccatum: teste Panormitano, in. c. fi. de præscrip. 5. col. nu. 16. vbi late eius additio. textus est, in. c. Maiores, de baptismo, ibi, †Absit, vt tot paruuli pereant†. Et in. l. 9. tit. 1. part. 1. Et ne eandem legem Taurinam pro vt iacet intelligendo, demus quod in periculum sit animarum, vt Baldus annotat in præludijs, feudor. tert. col. numer. 5. aut nutritiua sit peccati, vt in casu non absimili deduci clare videtur, ex lege septim. titul. septim. lib. quint. Ordinatio. Regia. ibi. †E con esto, saca la heredad que por ventura vale la mitad mas, o los dos tercios que quando la ouo el comprador, lo qual paresce cosa muy inhumana, è agra, è muy subiecta, à fraude è à peccado†.

129 ¶Lex enim quæ peccatum nõ excludit, aut nutritiua est peccati, nõ valet: vt testatur Barto. in repet. l. omnes populi, 8. col. nu. 22. ff. de iust. & iur. Quem refert & sequitur Panormitan. in. d. c. fin. de præscriptio. 3. col. numer. 10. Imo nullam esse Bernard. Landrianus eiusdẽ additionator asserit, in. c. 1. nu. 9. de constitut. super verbo, foro animæ, circa finem, dicens tunc non esse opus irritatione. Et idem, tenuit Ancharra. in Consilio. 25. incipient. videtur prima facie, secunda col. numer. secund. Nec enim debet Legislator legẽ promulgarẽ perquã approbet aliquod vitiũ, quia hoc esset incitare ad peccãdũ quod lex nõ debet facere

l. con-

l.cõuenire,ff.de pact.dotal.lege iurisgentium §.si paciscar,ff.de pact.tradit Pet.Rebuf.in.d. 1.Tom.constitutio.Regiar. in proæmio, glos. I.num.36.Et manifesta constat ratione, quia dum ex lege sequitur aliquod peccatum, nõ est lex, nec habet suam autoritatem. Quam cum habeat à DEO, DEVS eam non largitur ad peccandum: secundum eundem Bartol.in leg.omnes,C.si contra ius vel vtilit. publi. Et tunc talis Legislator, potius diceretur errare, quam legem condere.c.sunt quidam, 25.quæst.1. Quodq; cum data sibi sit autoritas à lege æterna, talis potestas ordinanda est, ad euitanda ea, quæ sunt contra eandem legem, non ad statuendum ea quæ legi æternæ sunt aduersa.c.quæ contra mores, 8. dist.c.Iuste,&.c.qui resistit.11.q.3. & docent Anton & Panormit.4.notab.in.d. c. fin. de præscriptio. vbi textus generaliter omni constitutioni, ac consuetudini derogat, quæ absq; mortali peccato non potest obseruari.text. est in. c. fin. de consuetud. Et cum de legis essentia sit, vt habeat rationem, ratio q; & peccatum inter se pugnent, ex quo peccatum sit, quodcunq; commissum contra dictamen rationis, consequens, est vt lex sit contra peccatum. Nec obstant fines puniendi negligentiam, cum hi fines ita sint adaptandi, quod ex illarumbus eorum, non inducatur peccatum, id namq; si induceretur, tunc quidem degenerarêt à principijs primis, ex quibus oriuntur tales fines. Et cum à lege æterna, omnis finis iustitiæ habeat deriuationem, non potest recte deduci, nisi eo modo, quo semper æternæ legi conueniat: vt colligitur ex Diuo Thoma, 1.2. quæst. 93.articul.3.

130 ¶ Ex præcedentibus meo iudicio, haud abscure quis percipiet Pragmaticam.127.à potentissimo Hispaniarum, & nouo orbis Rege nostro PHILIPPO huius Nominis secundo Madriti editam, Ann.1563. de redditibus censuum redimibilium, ad rationem vnius pro quatuordecim soluendis, dum taxat loqui, intelligi q; debere in censibus, id est in tributis impositis, quæq; à possidente super rebus suis fuerunt vendita: in quibus præfatio dictæ Pragmaticæ dum taxat loquitur, & super quibus ipse Rex fuit consultus: preces q; supplicationum, eidem fuerunt porrectæ, nõ autem in tributis redimibilibus emphyteoticis, aliàs soluendis, dominis, de possessionibus quas dederunt, ab illis, qui eas ab eis receperunt, & si pro certo precio æstimatas: seu taxatas: quidẽ nulla mentio fiat in præallegata Pragmatica præfatione, nec in ipsius corpore, de huiusmodi emphyteoticis tributis, & in recompensam fructuum annuis præstationibus: Quiq; contractus (vt supra notatum est) longe distant à censualibus: & valde in his dispar sit ratio: vt Chassenens probat (qui huius etiam est sententiæ, & sic in simili decissum fuisse testatur) in Consuetudin.Burgund.rubri.vndecim. §. quarto. glos. penult. & in rubric.quart.§. 23.num.25.versic.quarto limita.

131 ¶ Quodq; cum in dicta Pragmatica, de iure iam quæsito tollendo agatur, intelligenda necessario sit, vt quam minime grauet: & nequis indebite iniuriam seu damnum patiatur, etiam si eiusdem Pragmaticæ verba improprientur, & nihil operentur, lege secunda, C.de noxal. capit. cum dilectus, C.de consuetudin.lege final §.in computatione, C.de iure deliberan.vbi post glosam, in stantis loquendo, Paul Castrens.Alexand.& moderni, id notant, & Philipp.Decius, in Consilio. 445. incipient.in casu adute transmisso, vndecima columna, numero quinquagesimo. facit text. in capit.cum dilectus, & in capit.audientiam, & vtrobiq; notant Anton.& Imola, de cleric. non residen.& notat Compostel.ab omnibus ibi receptus, in capit. causamq;, de rescriptis. quem cum alijs citat, & sequitur idem Decius, in Consilio vndecimo, tertia columna numero quarto. Et in Consilio. 356.incipient. in causa, numero quarto, & Franciscus Serra in sua Allegation. pro Don Ioanne de Lanuça, numero.224. Et diximus Latius in secund. & tertio fundamento, secundæ part. prælect. leg. quintæ titul.tertio, lib.septimo, Ordinatio.Regiar.

132 ¶ Ex quibus etiam infertur, suspectum valde esse, quod paulo ante citatus Dominus Menchacensis respondet, in dicto capite. 28. libr. primo controuersia.illust. numero decimo octauo, in pœna quæ irrogatur à lege, ei, qui damnum alteri dedit, in incendio domus, vel vulnere, aut occisione serui, vel iumenti, & similibus, dolo, aut lata culpa, teneri in foro conscientiæ, ad restitutionem huiusmodi pœnæ legalis: quanuis modum læsionis excedat: cum vtroq; casu verius secundum eum sit, ex suo vero consensu legi quo tẽpore ferebatur præstito, hunc teneri, & sic naturaliter: ac consequenter in foro animæ obligatum esse. Siquidem in eo, quod legalis hæc pœna, interesse, aut damnum passi excedit, (omnisi iudicio quanuis in iure neophytoris)

mere sit pœna ex parte soluentis, quæ cum à lege irrogetur, in foro poli non debetur: vt supra notauimus ex dicta glosa, in d.c. fraternitas, communiter in hoc probata. Et notat Domin. per glos. ibi, in c. commissa, §. fin. de elect. lib. 6. & Roman. in dicto singul. 106. Felin. in d.c. audiuimus, versic. limita quinto, & vltimo, de Simon. & in c. sicut dignum, de homicid. Panormitan. in d.c. quoniam contra, num. 31. de probatio. Aquensis, in l. vt vim, 5. colum. ff. de insti. & iure, Decius, in dict. capit. 1. de constitu. col pen. & ibi Augustin. Bero. nume. 242. & Hieronym. Cagnol. in. d.l. quod à quoquam, num. 6. de regul. iuris. asserentes damnificatem dolose, minime in conscientia teneri ad pœnam legalem, quæ læsionem partis, vel iustum interesse excedat. Vt si damnũ datum fuit in centum, & pœna legis sit bis cẽtum: Quam etiam opinionem Angel. à Clauasio tenet, in dict. summa, §. pœna, versicul. 19. & communem ac receptissimam esse Menchacensis ipse, in dict. lib primo, c. 28. numer. 18. testatur.

133 ¶ Qui tamen immerito eam carpit, addens, huiusmodi damnum dolo, vel lata culpa dantem, in eo quod confert damnum passo, ac eius restitutionem, & satisfactionem respicit: non teneri in conscientia id resarcire, si ab eodem damnum passo, non petatur, aut interpelletur. Quod etiam mihi valde suspectum videtur, ex ipsa met ratione, qua idem Menchacensis suum præcelens dictum ibidem nititur fundare. Nam cum huiusmodi damnum dolose dans, aut ex lata culpa infligens, ad eius satisfactionem naturaliter teneatur, & obligatus maneat ex sola naturali ratione, & regula, quæ dictat nemini vim & iniuriam inferendam: consequens est, ad eam in foro poli teneatur, quamuis non petatur à parte: quæ vel id non resciuit, aut quia probare non possit, non petit, siue quia pars aduersa nimis potens sit, & timeat iniuriam sibi si id exigat, ab eo irrogari æqualem vel maiorem. Præsertim cum forus conscientiæ, ad terminos iuris naturalis, & gentium reducatur: vt quos natura obliget, conscientia liget: vt Bald. Panormit. Felin. Decius, & alij scribunt, in. d.c. 1. de constitutio. & idem Bald. not. in. l. 1. in fin. C. de vectigal. & cõmis. negari q; ab ipso Menchacensi id non posit. Neq; quod tali damnificatori hoc non dimittetur peccatũ, vsq; quo damnum passo, seu læso restituatur ablatum: & satisfactio eidem fiat secundum quantitatem damni: vt in dict. regul. peccatum, de regul. iur. in. sext. post alios hac in specie notat Reuerendiß. Couarru. part. prim. regul. secũd. numer. sext. Quæ cum dolum, seu latam culpam damnum dantis supponat, dolus eiusmodi in nullo ei patrocinari debet (vt supra in. 5. conclusion. glos. 2. notauimus) Nec commodum consequi, vnde puniendus est: vt notat glos. verb. remissio, in leg. si vno, §. 1. ff. locati, & est text. notabil. secundum Bartol. ibi, in leg. siue hæreditaria, ff. de nego. gest. glo. & Bald. in capit. dilectus filius, de rescript. Bart. in leg. prima, ff. de his quib. vt indignis.

134 ¶ In alijs autem pœnis, in quibus ministeriũ desideratur iudicis, quamuis lata sit sententia condemnatoria, vel declaratoria, delinquens ad solutionem pœnæ in conscientiæ foro nõ tenetur: solum enim debet iudici sententiam exequenti obedire & non resistere: Non tamen tenetur ipse contra se sententiam exequutioni mandare, nec fisco bona sua offerre, sed tantum se se patientem, & morigerantẽ accommodare: & pati paratum: vt docent Adrian. in dict. quodlib. 6. art. 1. illatio. 3. Caiet. in. d. 2. 2. quæstion. 62. articu. 3. & præallegatus Menchacen. in dict. c. 28. lib. prim. controuers. illust. num. 13. & Decius, in dict. c. 1. de constitutio. num. 20. aduersus Felinum ibi. numer. 42. pro se citantem Sanctum Thom. in dicto articul. tert. scribentem pœnam in foro conscientiæ non deberi, donec reus condemnatus sit. Si ergo reus condemnatus sit, debeatur pœna. Nam ex ratione quam ibi idẽ Sanc. Thomas assignat, & aliorum qui Thomam sequuntur, illud intelligitur de reo iam condẽnato per sententiam, quæ exequutioni per iudicẽ tradatur. Et ita intelligi debet, quod ante ipsum Felinum, Bald. tradit in dicta lege id quod pauperibus, quarta columna, nona quæstion. ante numer. 23. C. Episcop. & Cleric. & Martinus Nauarrus, in suo Manual. cõfessor. capit. 23. numero. 66. in princip. & Dominic. à Soto, in dict. quæstion. sext. articulo sext. lib. prim. de insti. & iure, conclusi. quint. pagin. 64.

135 ¶ Sed & Paulus de Castro, in leg. prim. § ius gentium, ff. de inst. & iure, tenuit absq; mortali peccato non licere cuiquam mortem pati, si posit se ipsum defendere occidendo aggressorem. Cuius tamen sententia falsa est: Siquidem ex Diui Hieronymi scriptis super Ionam Prophetam, à Gratiano relati, in. c. non est nostrum, 23. quæstion. 5. posit absq; crimine quis pati mortẽ, & percutiẽti colla submittere: nec teneatur se ipsum defendere occidendo

dēdo agressorem. Imo perfectionis opus est, non se defendere. Quod etiam asserit Sāctus Thomas, in libro de Regimine Principum, quæstion. sext. & Syluest. verb. bellum, secūd. quæstion. tert. (& Latius diximus in respon. de blasphemia, fundamen. prim. part. prim. numero. 71.)

136 ¶Demum, quantumcunq; lex ipsa pœnalis, ad incurrendam pœnam, disponat nullam requiri declarationem, aut sententiam, ad huc in conscientiæ foro pœna non debetur: iudicis q; executio necessaria est. Nam & si lata sententia condemnatoria, non debetur pœna in conscientiæ iudicio, nec etiam debebitur in illo casu, in quo nulla sententia necessaria est: vt Reuerendissim. Couarru. docet in dicta secunda parte quarti libr. Decretal. capit. sexto, §. octauo, numer. decimo, aduersus Syluest. verbo, emphyteosis, quæstion. secund. dicentem nullam requiri sententiam, si lex pœnalis prædictis verbis vtatur. Cuius opinio, ex superioribus, (secundum eundem Episcopum) vel est falsa, vel necessario intelligenda in iudicio exteriori: non autem in iudicio interiori. Quod est singulare ad intellectum leg. 40. titul. non. lib. sext. Ordinat. Regiar. prohibentis, ne panis à Bethica per mare extrahatur, & huius qualitatis, pœnam imponentis.

137 ¶Ex quibus infertur valde suspectam redi opinionem doctissimi nostri Menchacensis, in dict. capit. septim libr. prim. quæstion. vsu frequen. numero nono, cum sequentib. tenentis pœnam in casibus legum, tertiæ quartæ & quintæ, titul. sext libr. secund. Ordination. Regiar. transgressoribus impositam, citra vllam iudicis sententiam deberi statim in foro conscientiæ, ac intelligendum esse, eos in foro poli teneri à tempore transgressionis. Et ex cōsequenti huiusmodi transgressores, pro priuatis personis haberi, vt instrumenta ab ipsis de cætero confecta pro infectis habeātur, minus q; solemnia iudicentur. Nec opus esse sententia declaratoria. Quia & si per iudicis sententiam, ad id condemnati, non tenerentur ipsi transgressores executionem contra se facere supra vt diximus, Et ipse aduertit Mēchacensis, in dict. capit. 28. numero decim. ter. consequens est, ante iudicis declarationem, eiusmodi transgressores ad dictam pœnam, in foro Conscientiæ non teneri: instrumenta q; ab eisdem confecta valida esse, tanquā facta, à persona publica, & pro tali communiter habita, & reputata: argument. leg. Barbarius Philippus, & quæ ibi not. glo. & dd. ff. de offi. prætoris, quicquid in dict. cap. 7. Menchacen. Conetur.

138 ¶De quo etiam admiror, salua pace tanti viri, ibidem scribentis, pœnas in. l. fin. tit. tert. & leg. secund. tit. non. & l. vltim. titul. decim. quart. & fin. tit. 15. lib. 2. Ordinatio. Regiar. ex. eo in foro conscientiæ deberi, ante iudicis declarationem, & citra vllam delicti detectionem, et continuo à tempore criminis admissi, quia illæ pœnæ ipso iure imponantur: Et cū pœna ipso iure, vel ipso facto inducatur, ad eam in foro conscientiæ incurrendam, nulla sentētia opus sit, neq; iudicis declaratione: ex cōmuni opinione, quā (vt ipse dicit) resoluit Andre. Tiraquel. in dict. l. si vnquam, C. de reuocā. donatio. verb. reuertatur, nu. 267. cū plurib. præceden. & sequent. Cum ostenderimus ex altera (quæ magis vera, & cōmunior est) opinione, quamq; idem tenet, & probat ipse Menchacensis, in dict. c. 28. nu. 14. lib. 1. controuersia illust. & communiter Theologi sequūtur, pœnas legales impositas ipso iure, vel ipso facto, statim non deberi in foro animæ.

139 ¶Alia q; prorsus ratione præallegatæ leges locum habeant, & in foro poli obligent statim à tempore delicti: Nempe quod earundem legum conditor, statuat pœnas quas ibidem infert, soluendas esse in foro conscientiæ, quamuis delictum, seu transgressio occulta sit: vt existimat ante citatus Couar. in. d. §. 8. nu. 10. dicens huiusmodi pœnas in foro cōscientiæ esse ob id omnimodo soluendas. Et si quibusdam non vulgaribus literatis nimis asperum videatur, quod confestim obligent. & debeant solui. Inter quos meo iudicio, ea potest dari concordia, quæ ex eodē Mēchacensi (aliud tamē agēte) in vno verbo, si recte attēdatur, colligitur, in. d. c. 29. nu. 12. lib. 1. cōtro. illust. dicēte hāc expressionem, quod in foro cōsciētiæ ad pœnarū solutionē trāsgressor teneatur, nullius fore momēti, quādo materia leuis esset, secus autē vbi grauitas, & magnitudo materiæ, id suaderet: quod patet in illarū legum casibus, quæ pœnas imposuerunt pro maleficijs reuera reprehensibilibus, Circa sua munera vel officia commissis per iudices & officiales: vt q; quorundā auaritia, inuerecunda q; inhibeatur corruptio. Quos cum serenissimi, & inuictissimi Principes sua libera volūtate, & tāquā suos ministros eligāt, ac de suo ærario stipēdia illis decernāt, suo q; mādato illis iura soluātur, possunt tali cōditiōe eos eligere, vt statim in cōsciētia, delictorū suorū

pœnas

pœnas pendant, quam ex quo accipiunt, & acceptant, implere renentur. argumen. l. vn. §. his ita, C. de cadu. tollen.

140 ¶ Maxime cum inreiurando, hanc ob causam ad id stringantur, vnde licet aliás lex illos non posset cogere ad pœnam ante condemnationem, iurámentum illos cogit, & obligat: argumen. eius quod notabil. Speculat. tradit, in titul. de aduocato, §. 1. col. 6. num. 25. versic. sed nunquid is, quod siquis promittit tãquam aduocatus Ecclesiam defendere, nõ tenetur nisi fuerit requisitus: seu interpellatus: vt nota. in. c. breui, de iure iurand. Si tamẽ iurauit Ecclesiam defendere, quamuis non requisitus vel interpellatus, tenetur eam defendere: & per iuramentum videtur renunciare interpellationi, seu requisitioni. Quod dictũ sequitur & nimium commendat Anton. in. d. c. breui, & Barba. in dict. c. fin. versicu. quinto, de emptio. & vend. & in rubri. de iure iurãd. & ibi Anton. Corsetus, in. 9. col. versic. quartũ priuilegium, & Ioannes Lup. à Pala. Rube. dicens mirabile, in repet. cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. §. fin. numero. 31. Et ita procedit Bald. in capit. olim, colum. penulti. numero. 18. de rescript. quod Imperator licet non requiratur, tenetur iuuare statum Ecclesiæ. Nempe ratione iuramenti, quod præstat in sua Coronatione, de quo, in Clemen. Romani, de iureiurand. Et facit, quod notanter volunt Barto. in lege siquis pro eo, fin. colum. ff. de fideiussor. Quod & si fideiussor non teneatur quando fideiussit, in duriorem causam, quam principalis, vel quando promisit aliud, vel quando principalis non tenetur, iuxta leg. grece, §. illud, cum simili. ff. de fideiussor. tamen in istis casibus iurando tenetur non tanquam fideiussor, quia deficit forma fideiussionis, sed vt principalis promissor. Quoniam iure iurando videtur velle teneri omni quo potest modo: secundum Bartol. vbi supra, quem refert, & sequitur Angel. Aretin. in. §. fideiussores, in fine, institut. de fideiussor. Iason, in. §. item siquis postulante, secund. column. institut. de actio. Rapha. Cuman. in Consilio. 189. incipient. testator, post princip. & Anton. Corset. in dict. rubri. de iure iurand. 16 column. in fine, versicul. trigesimum quintum, vbicunq; enim interuenit iuramentum, cum de salute animæ agatur, in eius obseruantia, & iuramento, non est de apicibus iuris disputandum: vt egregie concludit Bald. in capit. ex rescripto, column. secund. de iure iurand. à Ioann. Lup. de Palaci. Rub. pro notabil. citatus, & sequutus, in dict. repet. capit. per vestras, §. 34. numero. 6. Et quod iuramenti magna sit vis, vltra Marcum Anton. Bab. in tracta. de virtute, & virib. iuramen. in prim. volum. tractat. diuerso. Doctor. nouissime per Franciscum Serram Barcinonensem, in suo Consilio pro Ioanne de Lanuça, in prim. dubio, numero. 69. cum plurib. sequen. & in secund. dubio, numero, 106. cum sequent. Sequitur ergo in casibus dictarum legum Regiarum, iuramentum cogere eosdem iudices, & officiales illarũ transgressores ad pœnas ibidem contentas in foro conscientiæ soluendas. Et specialius contra iudices ipsos, & visitatores, munera extorquentes, cautum iure extat, illos, spontaneã partis remissionem, à restitutione accepti, non liberare: capit. statutum, §. siquid autem de rescript. libr. sext. capit. exigit, de censib. eodem libr. & in Clement. nolentes, de hæreti. vbi in Inquisitoribus, idem Cauetur.

141 ¶ Sic vel eadem ratione fit, vt qui Collegiũ suis bonis instituit, statuta facere posit, vt si Collegarum quisq; foris pernoctaret, matrimonium ve duceret, aut aliud quiduis faceret, iura collegij in conscientiæ foro, ipso facto ammittat. Quæ vim ideo in conscientia obtinent, quia institutor dum sic voluit, sub illa potuit condicione bona sua largiri, tamet si huiusmodi leges cum conscientiarum illaqueatrices sint, non ita passim statui debeãt: Et Caute à legibus hoc sit statuendum: Et quando grauissima sic condendi necessitas immineat. Consulendum q; est contrauenientibus, vt tutiorem amplexentur sententiam: & opiniones effugientes, impetrent beneficij, vel officij reualidationem, quo sic priuari sunt: quamuis eorum delictum, aut factum, compertum non sit: Nec per aliquem in Iudicium deductum. Et ita in facti contingentia, quæstione sibi proposita Didacus Perezius consuluisse fatetur, in glosa dictæ leg. secundæ titulo nono, libr. secundo Ordinatio. Regiarum, columna. 502. versiculo, his visis.

142 ¶ Constat deniq; ex præcedentibus, præsentis Pragmaticæ, animo, & cupiditate amplius lucrandi, & interessandi transgressorem, cuiuscunq; status & condicionis ille sit, teneri restituere in foro cõscientiæ super excessum venditionis, & ablatum ratione acceptionis iniustæ. Nedum quando id à proximo, ex proprijs eius bonis aufertur: vt tradit Sanc. Thomas, & post eum Caietan. in dict. 2. 2. quæstio. 62. artí.

62. articulo primo secundo & sexto. Sed & damni illationem in eo, quod proximus habet, vel habere sperat, aut sibi debetur lege iustitiæ, tametsi damnum inferens, nihil ex hoc vtilitatis, aut commodi accipiat: Nã qui alteri damnum hac in specie dat, proculdubio auferre censetur ab altero, id in quo eum lædit: vt docent, ijdem Thom. in dict. quæsti. 62. articul. quarto, & Caietan. articul. sext. & reuerendissim. Couarruu. in relect. dict. regul. peccatum, de regul. iur. in sext. part. pri. regul. secund. numero sext. textus est in leg. tert. ff. damno infect. sub his verbis. † Damnũ & damnatio ab ademptione, & quasi diminutione patrimonij dicta sunt. †

143 ¶Non tamẽ ad pœnam in dicta nostra Pragmatica contentam, transgressor quantumcunq; iniustus tenetur, ante quam condẽnetur, ac exequutum sit: vt ex eodem Thoma (ita intelligendo) in dict. quæstion. 62. supra notauimus. Ex quibus idem Dominicus à Soto (dum eundem Thomam in hoc citat casu) sic accipiendus est in dict. quæstion. sext. libr. prim. de iustit. & iure, articul. sext. responsio. ad quintum, pagin. (mihi). 66. Et Martinus ab Azpilcueta Nauarrus, in dict. Manual. confessorum, capit. 23. numero. 66. pagina, (mihi) 504. vbi post Aretinum, in leg. quart. §. Cato, numero, vigessimo primo, ff. de verborum obligationibus, tenet non solum in foro pœnitentiali, sed etiam quo ad pœnam spiritualẽ, quæ imponitur, non satisfacienti, non attendi pænam quæ non continet interesse. Textus est in Clementina, secunda, de hæreticis, & ibi glosa, in verbo officij, notat. Quam dicit singularem Nauarrus ipse, ibidem. Et textũ, in dict. Clementina secunda, ad id singularem Aretinus.

¶EX

Ex septima Conclusione sequent.

Septenarius numerus secundũ Naturam, & numerorũ artẽ perfectus. numero.1.

¶ Res omnes primum super quo sunt fundatæ, est trinitas, & mediantur per quinarium, sed perficiuntur per Septenarium. nu.2.

¶ Septimus quisq; annus, ætati signum imprimit. Et de laude numeri Septenarij. nu.3.

¶ Rex respicere debet ad vtilitatem, & sustentationem prouinciarum. nu.4.

¶ Lex final, tit, 10. & l.1. tit.11. part. 2. citantur. ibidem.

¶ Princeps est in republica, & Respublica in Principe, numer.5.

¶ Princeps dicitur Deus terrenus. nu.6.

¶ Lex non exequitur aliquod iniustum, vel iniquũ, quia oculus legis, sicut oculus Dei, omnia videt: & omnia intuetur. nu.7.

¶ Pragmat. 180. verb. trigo, in volumine Pragmaticæ, fol. 164. citatur, cum duabus Pragma. sequẽt. numero.8.

¶ Pragmaticæ præsentis, & aliarum Pragmaticarum, & Constitutionum Regiarum dispositio, à quo tempore, & intra quod tempus liget. Et quo modo id intelligendum sit. numer.9.

¶ Legis facta noticiam habens ante duos menses postquam lex est lata, ligatur in foro conscientiæ. numero 10.

¶ Frumenti species si debeatur, an creditore inuito, solui ei possit eius æstimatio iuxta taxam Pragmaticæ præsentis. nu.11.

¶ Frumentum si non reperiatur, satisfacit creditori debitor, æstimationem eius soluendo per præsentem Pragmaticam taxatam. nu.12.

¶ Debitor frumenti, non tenetur præcise illud creditori tradere, quando illud non habet, aut habere nequit nisi precio immoderato. nu.13.

¶ Debitor Reipublicæ ex causa frumentaria, non tenetur præcise soluere frumentum, quando id non habet, nec habere valet nisi pro excessiuo precio, numero.14.

¶ Legatarius cui relicta sunt ducenta, vt seruum alienum manumittat, quod si seruus valeat centum secundum iustam & communem æstimationem, & Dominus velit habere illa ducenta, an teneatur Legatarius dare illa ducenta sibi legata. Et quo modo id accipiendum sit. nu.15.

¶ Intellectus leg. generaliter, § siquis alienum, ff. de fidei com. libertat. ibidem.

¶ Pragmaticam præsentem, non fuisse toti Regno traditam, eam non viciat, nec iniustam facit. numero 16.

¶ Leges omnibus ciuitatibus non sunt accommodatæ, sed variantur pro rerum publicarum commoditate, & vtilitate. ibidem.

¶ Pragmatica taxæ panis, summo studio conseruãda, vt quæ diligentissime sancta sit, & ad virtutes nos inuitat, & cogit. nu.17.

¶ Pragmatica taxæ panis, pœnam adiungit, quæ propriè vetitorum est, vt hominum cupiditatibus obuiam eat: & futuris malis quantum potest medeatur, & occurrat. nu.18.

¶ Pragmatica taxæ panis nouum ius non constituit sed in id regreditur, quod de iure Diuino, & Naturali antea erat, idq; renouat, & quasi interpretatur. ibidem.

¶ Pragmatica taxæ panis, damnum non affert, sed lucrum diminuit: in quo, optima est legis huius decisio, ac magna æquitate fundata: Et quæ omnium hominum commune bonum respicit & eorum vtilitati, vim omnem sui instituti dirigit, tanquam ad suum finem. nu.19.

¶ Cupiditas, belluæ similis est, & quæ optimum quemq; à virtute detorquet. ibidem.

¶ Iuris ciuilis scientia, opus non esset si velemus seruare decem Dei mandata. ibidem.

¶ Iuri Naturali, gentium ve, tribuendum est, quicquid eius est generis, vt cognitum omnes approbẽt, & amplexentur, tanquam sibi fructuosum, & vtile. numero.20.

¶ Ius ciuile, in quo distat à iure Naturali. ibidem.

¶ Pragmatica taxæ panis, in qua eius parte, sit ius ciuile. num.21.

¶ Vsucapio, & præscriptio, ob publicum bonum inducta sunt à iure ciuili, & qua ratione procedant. numero.22.

¶ *Pragmaticæ taxæ panis dispositio, iusta quidem est: & conuenienter pro rerum humanarum necessitate decernit. ibidem.*

¶ *Naturæ vox, iustissima est, & grauissima: salus populi, suprema lex esto. nu. 23.*

¶ *Pragmaticæ taxæ panis omnes parere debent, & qua ratione. nu. 24.*

¶ *Lex à lege non differt, qua ex parte, lex est, non magis quam aurum ab auro, aut lapis à lapide. Et quomodo leges contrariæ iustæ sint, & eandem autoritatem habeant. nu. 25.*

¶ *Martini ab Azpilcueta Nauarri opinio, circa intellectum Pragmaticæ taxæ panis, refellitur: Et quod eius dispositio secundum rationem proœmialē (quæ & finalis eiusdem legis est) obliget transgressores ad peccatum mortale, & super accepti restitutionem, aduersus eundem & alios suæ factionis defenditur. nu. 26.*

¶ *Pragmaticæ taxæ panis pœna, non minuit culpā cōmissam in altera utris Diuini, & Naturalis quæ etiam violatur lege, sed potius eam auget. num. 27.*

¶ *Ius Diuinum, aut Naturale si describatur, non est putandum ciuile, quia scriptura non facit ius ciuile: sed rei natura, & conditio quæ prohibetur. numero. 28.*

¶ *Pragmaticæ taxæ panis sanctio, sancta, & eius nomen sanctum, sanctum quoq; & Regis eiusdem latoris: Et neutrum quo ad fieri potest violandum. numero. 29.*

¶ *Persarum circa suum Regem, institutum præclarissimum. ibidem.*

¶ *Pausaniæ dictum laudandum. ibidem.*

¶ *Leges oportet hominum dominas esse, non homines legum. ibidem.*

¶ *Pragmaticæ taxæ panis expositio, hoc in opusculo contenta, solum versatur in his quæ ad forum, hominemq; interiorem attinent: non autem in foro exteriori loquitur: Neq; in eo locum habet. nu. 30.*

¶ *Pragmaticæ taxæ panis, in vniuersum vtilissima & consultissima, & ab omnibus in foro exteriori minime dempto, pro vt iacet, & ad literam obseruanda numero. 31.*

¶ *Pragmaticæ taxæ panis dubia, ad Principē referenda sunt. ibidem.*

¶ *Princeps cum sui sacri, & supremi Senatus proceribus, semper solet prospicere vt nemini iniuria fiat. ibidem.*

Pragmaticarum taxæ panis, & suarū declarationum, & aliarum Regni huius Pragmaticarum, circa id disponentium, & Pragmaticæ contra frumenti promercatores series, & contextura. numero. 32.

¶ *SEP-*

Septima, & vltima Conclusio.

LA septima y y vltima cõclusion, y que de la dicha Pragmatica, se collige, es que la tassa della, no se entiende en el Reyno de Galizia, ni en las Asturias de Ouiedo, y de Sãctillana, e las quatro Sacadas, con las villas de Cangas, e Tinco. E los Arguellos, e merindades de Valde Buron, e Bauia de yuso, ni al Condado de Vizcaya, encartaciones, e prouincias de Guipuzcoa, ni en la Merindad de Trasmiera, e cinco villas, ni à las otras villas e lugares: e Merindades, e valles, e tierras, que estan cerca dellos hasta diez leguas de la mar, porque

y
1 SEPTIMA. Septem ideo cõclusiõibus terminatum fuit hoc opusculum, quod septenarius numerus secundum naturã, & numerorum artẽ, perfectus, ac consentaneus sit, leg. secunda, §. sed cum omnia, C. de iure vet. enuclean.

2 ¶ Sed, & Aristotel. in lib. de secret. dicit quod primum, sit, p quo, sunt omnes res, fundatæ, est TRINITAS, & mediantur per quinarium. sed perficiuntur per Septenariũ. Quod excellentius est, & multis similibus; in quantitate eiusdem numeri ornatum: secundum glo. final, verb. septenarium, in cap. primo, de celebratio. Missa. & in proœm. legum Partit. §. septenario, vbi p Mõtal. & Gregor. Lup.

3 ¶ Et de eo, scribit Cœlius, lib. duodecimo, antiquar. lectionum, cap. vndecimo, cum sequent. & cap. 36. post Senecam, quod septimus quisq; annus, ætati signum imprimit: & in lib. 2. cap. 56. & Beroal, in libro, de septem sapiẽtum sententijs, in initio. Et ample Nicolaus Paruus Bellosanensis, in suo septenario, de eius laude, & excellentia scribens. Numerus q; hic sacratus dicitur, in c. presbyter, 91. distinct. Et in religione potentissima, suæ venerationis habet inditia. Nã septimo die, summus ille rerum omniũ opifex ab opere quieuit. Diemq; ideo septimum in Genes. 2. capit. legimus diem quietis domini. Et cap. 4. septimum ab Adam, Enoch, virum sanctum, & pium. Et alium etiam ab Adam septimum, virum nequam, & digamũ, nomine Lamech. Et septuplum vltio dabitur de Cain. in Exod. capit. 16. etiam septimo die præcipitur sabatum, sabatorum requies sancta domino. Ac in cap. 23. & Leuitl. 25. septimo anno dimittetur quiescere, terra Seminata sex annis. In Leuitico quoq;, septimus dies erit celebrior, & sanctior. Et septim. mensis primus dies, erit sabatũ memorabile. Septem diebus offerẽtur holocausta domino, septem diebus celebrabũtur feriæ Domini, septimo mense festa celebrabitis, & habitabitis in tabernaculis septẽ diebus. Et cap. 14. leprosus mũdandus, septies aspergebatur passeris sanguine. Et in numeris, 28. & 29. c. septimi mensis, dies erat venerabilis, & sanctus. Et septimus mensis scenopegiæ. Et septem vitulos offerebãt die septimo. Et septem vicibus fiebat aspersio, cum sanguine vacæ rufæ. Et in Deuter. cap. 15. septimo anno remissio fiebat, & septimo anno seruus Hebreus libertatem sibi vendicabat, ideoq; numerus hic libertatis nuncupatur. Et Iosue, 6. capit. circuitus Hiericho, per septem dies, & de septem buccinis, & ciuitate septies circumeunda. Et Heliseus Propheta, dixit Naaman Leproso, vade & laua te septies in Iordane, & recipiet caro tua sanita-

 tem,

tem, & mundaberis, & ſequitur Paulo poſt, Et lauit ſe ſepties in Iordane, iuxta ſermoné Prophetæ, & mundatus eſt: Et in Paralipomenis legitur, quod ſeptimo menſe completus eſt aceruus fundamentorum. Et Eſdræ, 5. 6.7.9.&.13.c. de ſeptem diebus, fit mentio. Et Dauid Propheta, ſepties in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Et ſepties in die cadit iuſtus. Et ſeptem nequitiæ apud Salomonem. Et vt legitur apud Tobiam, ſeptem ſunt Angeli ſpiritus adſtâtes ante faciê DEI, Et in nouo Teſtamento, ſeptem legũtur beatitudines, ſeptem virtutes, quibus ſeptem vitia opponuntur: ſeptem petitiones orationis Dominicæ, ſeptem hydriæ in Cana Galileæ, ſeptem verba CHRISTI in cruce, ſepté iræ quas Dominus Hypocritis comminatur. Septem demonia eiecta de muliere peccatrice. Et ſeptem demones nequiores aſſumpti ab expulſo. Septemq; annis CHRISTVS fuit profugus in Aegypto. Et ſeptima hora reliquit febris filium Reguli. Et in Canonicis etiã Epiſtolis, & Apocalypſi, multa ſunt huius numeri muſteria. Septem Eccleſiæ in Aſia, ſepté ſpiritus qui in conſpectu throni ſunt. Septéq; lampades ardebant ante thronum DEI. Et ſeptem candelabra aurea ſimilia filio hominis: & habebat in dextra ſua, ſtellas ſeptem, ſeptemq; tubæ datæ ſunt ſpiritibus ſeptem ſtantibus in conſpectu throni DEI. Viditq; agnũ habentem ſeptem cornua, & ſeptem oculos. Et vidit librum obſignatum ſeptem ſigillis: Et cum apertum fuiſſet ſeptimũ ſigillum, factũ eſt ſilentium in cælo. Et ſeptem etiam ſunt ſacramenta in Eccleſia. Sic etiam in Naturalibus, & in alijs referuntur etiã ſepté Planetæ, (Secundum illos, dies etiam conſtituentes hebdomadæ) ſeptem Pleiades, ſeptem dies, ſeptem ætates, ſeptemq; mirabilia Mundi, ſeptem mutationes hominis, ſeptem Artes liberales. Totidemq; Mechanicæ, & totidem prohibitæ. Septem colores, ſeptem Metalla. Septem foramina in capite hominis. Septem paria neruorum, ſeptem Mõtes in vrbe Romæ. ſeptem Reges Romani. Septem bella ciuilia. Septem ſapiẽtes tempore Hieremiæ Prophetæ. Et ſeptem ſapientes Græciæ. Item ſeptem diebus ardebat Roma ſub Nerone. Per ſepté Reges occiſa ſunt decem millia Martirum. Septem fuerũt fratres Machabei, qui paſsi ſunt Martirium. Septem fuerunt dormientes. Septem conſtituti ſunt Electores Imperij. Et ſeptem ſunt actus ſolennes in Imperatore Coronando. Septem teſtes requirunt leges in teſtamento in ſcriptis. Et in teſtamento cæci. Septem annorum puer, poteſt ordinari ordine minori. Septem ſunt Pſalmi pœnitentiales. Et ſeptem mandata ſecũdæ Tabulæ. Septem dona Spiritus Sancti. Septem quoq; horæ canonicæ. Et ſeptem horis Adam, & Eua fuerunt in Paradiſo. Et ſeptem ſunt viri per Angelum pronunciati ante quam naſcerentur, ſcilicet, Iſmael, Iſaac, Sanſon, Hieremias, Ioannes Baptiſta, Iacobus frater Domini: Et ſeruator noſter IESVS CHRISTVS. Et in ſeptem partes diuiſit leges digeſtorum, Imperator Iuſtinianus. l.2.C. de iure vet. enucle. Septimoq; mẽſe naſci receptum eſt. l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat homin. in cuius commento, doctiſsimus Maturinus Montanus Petragoricus iuriſconſultus, mirum quoq; de ſeptenario experimẽtum refert, quod maſculus omnis ſeptimus abſq; fœmella intermedia natus, vim habet curandi ſcrophulas, ſolo tactu, vel verbo. Similiter quoq; filia ſeptima nata, miromodo partum adiuuare traditur. Deniq; hic numerus, & in bono, & in malo, eſt omnium potentiſsimus. Et de eo Linus vetuſtiſsimus Poëta canit.

Septima cũ venerit lux, cũcta abſoluere cæpit
Omnipotens pater, atq; bonis eſt ſeptima & ipſa.
Eſt etiam rerum cunctarum ſeptima origo.
Septima prima eadem perfecta, & ſeptima ſeptem.
Vnde etiam Cœlum ſtellis errantibus altum
Voluitur, & circlis totidẽ circũvndiq; fertur.

Et Pythagorici, numerum ſeptenarium virginitatis appellant, quia primus eſt, qui neq; generatur, neq; generat. Neq; poteſt, diuidi in duas partes æquales, itaq; vt giuatur ex aliquo numero repetito. Nec vllum ex ſe numerum parit duplicatus qui intra denarij limites coarctetur, quem primum limitem eſſe conſtat numerorum. Et idcirco, ſeptenarium Palladi Sacrum fecerunt. Et ſummus & humani corporis creſcendi modus eſt ſeptem pedum ſeptemq; ſunt gradus in corpore, qui dimenſionem altitudinis ab imo complent in ſuperficiem, videlicet medulla, os, neruus, vena, arteria, caro, cutis. ſeptemq; ſunt quæ à Græcis nigra membra vocantur, lingua, cor, pulmo, iecur, lien, & duo Renes. Septem ſunt corporis principales partes, caput, pectus, manus, pedeſq;, & pudendum. De ſpiritu quoq; & cibo conſtat, quod ſine hauſtu, ſpiritus vltra horas ſeptem, vita non durat. Item quibus inedia mori conſtitutum eſt, poſt ſeptimum diẽ

non

non viuunt, venæ, quoq; & arteriæ(vt medici scribunt) numero mouentur septenario. Iudicia quoq; in morbis maiori apparentia sunt diebus septimis (quos ipsi medici criticos, hoc est, iudiciarios vocant. Item ex septenis portionibus DEVM animam creare Plato ille Diuinus in Timæo scribit. Ad septimum vsq; gradum omnis vocum progreditur discrepantia postquem fit eadem reuolutio. Est etiam demum in cœlestibus, potentia septenarij maxima. Nam cum sint cœli quatuor cardines diametraliter se continentes, qui quidem aspectus plenissimus, & potentissimus habetur: Septenario numero constat, fit quidem à septimo signo, crucem q; constituit figuram omnium excellentissimam. Enimnero septenarius numerus, variæ & multiplicis potentiæ est, quia constat ex vno, & sex, vel ex duobus, & quinq;, vel ex tribus, & quatuor, habet q; vnitatem tanquam copulam geminæ Trinitatis, vnde si singula eius membra eorumq; compagines consideremus, procul dubio fatendum erit, enim tam ex suarũ partium colligantia, quam seorsum sua plenitudine, omni maiestate esse plenissimũ, ideoq; antedicti Pythagorici ipsum vocant Humanæ vitæ vehiculum, quod non tam ex partibus suis mutatur, quam soliditatis suæ, &(vt sic dicam) totalitatis, proprio iure perficit cõplectitur enim corpus, & animam. cum corpus constet ex quatuor Elementis, & quatuor qualitatibus efficiatur. Et ternarius ad animam spectet, propter triplicem vim eius, scilicet rationalem, irascibilem, & concupiscibilem. Septenarius ergo, quia ex tribus constat & quatuor, animam corpori iungit, & ad genituram quoq; hominum, & eorũ crescentiam, augmentum, & metam, vis huius numeri pertinet: vt eleganter & pulchre ostendit præallegatus Maturinus Montanus, in.d.l. septimo mense, pagin. (mihi). 39.&.4. Quibus alludit illud Vergilij Poætæ celebratissimi. 1. Eneidos, (ita accipiendum) òter q; quaterq; beati, quod ad numerũ hunc qui ex ter, quaterq; cõponitur refertur: vt ibidem eius Iuniores annotãt interpretes.

estas dichas prouincias, [z] e tierras, se proueen de acarreo de otras partes. [a]

z PROVINCIAS. Ad quarum etiã vtilitatem Rex respicere debet, in in Authen. vt indices sine quoquo
4 sufragio, coll.2.& in. l. siquis filiũ, C. de inofi. testamen. Et ad earum sustentationem. §. ideoq;, in prin. in. 1. constitutio. Codicis, & in. l. fin. tit. 10. &. l. 1. tit. 11. part. 2. Quarũ commisionem, à DEO habet, in Authen. vt differ. iudi. in princi. colla. 2. Et not. Chassen. in consuetud. Burgun. conclusion. in prin. num. 1. fol. 380.

5 ¶Est enim Princeps in republica, & Respublica in Principe: vt scribit Lucas de Pena, in l. quicunq;, 3. col. C. de omni agro desert. libr. 11. quem citat, & sequitur Mathe. de Afflict. in rubri. 3. num. 62. lib. 2. Constit. Neapolit.

6 ¶Et Rex dicitur, DEVS, glosa, verb. DEO, in. l. 1. §. ad municipum, ff. ad legem falcid. & not. Bald. in leg. Imperialem, in fin. de probib. fend. alienatio. per Federi. dicens, quod Rex quo ad suos subditos in Regno suo, est tanquam quidam corporalis DEVS. Et Vicarius DEI, in temporalibus: glos. singul. in rubri. de hæredi. & falcid. coll. 1. quam notat Nicola. Boher. in addittio. ad Ioan. Montaigne, in tract. de autoritate Cõsilij. & Iacob. Bonaud. in panegyrico, in addittio. ad Ioannem de terra Rubea, in tract. contra rebelles Regum, in fine. Et Pet. Rebuf. in. 1. Tom. constit. Regia. in proæm. glo. 1. nu. 6.

7 ¶Et idem Bald. in Consil. 126. incip. præmissis, vol. 1. scribit, quod lex non exequitur aliquod iniustum, vel iniquum: quia oculus legis, sicut oculus DEI, omnia videt, & omnia intuetur. l. si pecuniam, §. si seruum, ff. de con dict. ob caus. sic Rex in Regno dicitur lex animata, vt in Authen. de consulib. col. 4. prope finem. Et ibi notat glo. verb. legem, alia iura allegans. l. Princeps, ff. de legib. Et ideo antiquitus dicebatur. Quod Corona Imperialis inuisibilis imponebatur á DEO ipsi Principi, materialis vero & visibilis, de qua loquitur lez, bene à Zenone, C. de quadrin. præscriptio. est ipsa infula: secundum Baldum, in Consilio. 349. incipient. super eo, in tertio volumin.

a
8 PARTES. Idem ad literã disposi tum est in Pragmat. Catholicorũ Regum Fernãdi, & Elisabes, in volum. Pragmati. 180. in verbo. +Trigo+. Fol. (mihi). 164. Cum duabus Pragmaticis sequentibus, quibus taxa fuit imposita per illos serenissimus Reges, tritico, ordeo, & farinæ, anno, 1502.

9 ¶Quarum legum ignorantia, quando excu

 set, &

set, & à quo tempore, ac intra quod tempus, præsens Pragmatica, & aliæ leges ligent, non satis percipitur à Doctoribus. Qui tamen frequentiori (vt mihi videtur) calculo, notant ignorantiam iuris, etiam generalis, & communis, excusare quemlibet intra duos mẽses publicationis illius iuris, postea vero neminem excusare: Quoniam ante duos menses præsumitur ignorantia promulgationis. Et ita procedit, & accipiendus est tex. in Authẽ. vt fact. nouæ constit. colla. 5. vnde si ante illos duos menses adesset alicui, legis scientia, ligaretur certe illius legis constitutione: vt voluit glosa, verb. hactenus, in cap. 2. de rebus Eccles. non alienan. lib. 6. & glosa, verb. peruenerit, in c. cum singula, de præbend. in. 6. quam idem tenentes, notant ibi Geminian. num. 10. & Francus, nu. 6. & voluit Bartol. in. l. omnes populi, nu. 37. ff. de inst. & iure. Et Didacus à Castello (qui optime loquitur) in. l. 1. Tauri, super verb. + Desde la data +. Et in verb. + Eu los dichos lugares +. Versicul. sed quæro, à quo tẽpore leges. Panormit. in. c. 1. nu. 11. de postulatio. prælator. vbi expendit illum textum pro hac opinione, idem Panormit. in. c. 2. de constitutio. nu. 7. & ibi Ioan. de Imol. nu. 5. versic. & aduerte, testatur hanc esse communem opinionem. Et eam tenet Felinus, ibi, nu. 7. tamet si Paulus de Eleazar, in proœmio Clemẽtinarũ, in verbo. + De cœtero. + Teneat, neq; scientes ligari ante duos menses: cuius opinionem sequutus est Antonius de Butrio, in dict. c. 2. vbi Decius, in. 1. lectio. nu. 16. dicit videri sibi eam opinionem sustentabilem. Et licet hanc videatur sequi Philip. Francus (sibi parum constans) in data sexti libri, nu. 11. Pro communi tamen opinione, (quæ magis mihi placet) tex. est in. c. 1. versic. nec obstaret, de conces. præben. lib. 6. ibi, + Nisi postquam ad noticiam peruenerint eorũdem, + vbi alternatiue Papa loquitur, de duobus mensibus elapsis, aut de scientia legis, habita ante ipsos. Neq; si obijciatur, verba hæc narratiua esse, á quibus non recte argumentum sumi solet Clemen. 1. de probatio. nisi cum ex illis fundatur intentio Legislatoris, nostræ inductioni aduersatur, siquidem verba disponentis, in illo texta, aperta sint, quæ id clare docent. Quodq; manifesta constat ratione, quia hic terminus duorum mensium, pro habẽda sciẽtia legis datur, quare si ante illos, eiusdẽ scientiam quis habeat, nihil est aur illum terminũ expectemus: leg. siquis ita hæres scriptus, ff. de acqui. hæredit. Et cum iam certus sit, nihil est, quod amplius certioretur. l. 1. ff. de actio. empt. regul. eum qui certus, de regul. iur. in. 6. optimus est tex. in Pragmat. 85. ad finem, in volum. Pragmat. ita intelligendus.

10 ¶Et inde, Quo ad forum conscientiæ attinet, ligaretur quis lege lata ante duos menses, si iam legis factæ noticiã haberet. Quod Dominicus á Soto probat, in lib. 1. de iust. & iure, quæst. 1. articul. 4. col. 3. Quibus non obstat tex. in dicto Authen. vt fact. no. constitutio. qui duos menses videtur requirere: Nã debet intelligi per prædicta, nisi ante illos duos menses aliunde noticia haberetur. Quod censeo notandum ad præsentis Pragmaticæ intellectum.

11 ¶In cuius materia, menti tenendũ est, quod licet regulariter aliud pro alio inuito creditore solui non posit. l. 2. §. mutui dario, ff. si cert. peta. l. fise, §. ait prætor, ff. de re iudica. l. promissor, §. fin. ff. de consti. pec. l. item liberatur, §. qui paratus, ff quib. modis pig. vel hypp. soluit. Et debitor frumenti, seu ordei, aut alterius speciei, non satisfaciat soluendo eius æstimationem: vt in. d. §. mutui datio, vbi not. omnes scribentes, hoc tamen debet intelligi, quando frumentum, seu ordeum vel illa species potest reperiri, & debitor potest eam soluere. Secus autem si illam non habeat speciem, nec reperiri posit, quia tunc potest solui pro ea æstimatio: vt post glosam verb. non potest, in. d. §. mutui datio, omnes tradunt doctores, & in. l. vinum, eod. titul. & lib.

12 ¶Et nuncupatim in nostro themate, id not. Paul. de Castro, in dict. §. mutui datio, 2. colu. nu. 6. singulariter dicens, quod si debitor recepisset frumentum, & tempore solutionis nõ reperitur frumentum, vel nõ posset illud reddere, cogitur creditor recipere eius æstimationem: bonus est tex. in. l. in re furtiua, ff. de condictio. furtiua.

13 ¶Etiam si frumentum solui posit, sed tamẽ haberi nequeat, nisi precio immoderato; vt egregie notat Francis. Purpuratus, in. d. §. mutui datio, 12. col. nu. 97. per tex. l. non dubium est in fine, ff. de lega. 3. ibi, + Quod dominus nõ vendat vel immodico precio vendat, iustam æstimationem inferat +. Et ibi glosa communiter recepta notat de re aliena præstãda gratuatum, si eam habere non posit, vel difficulter haberi posit, teneri ad æstimationem: citat. §. non solum, (*vbi bona glosa*) instit. de legat. & tex. l. qui *concubinam*, §. *fin. ff. de lega.* 3. l. Titia, §. 1. ff. de auro & argent. lega. leg. 3. ff. depositi, l. alienus, ff. ad leg. falcid. l. alieno, §. siquis,

siquis, ff. de fideicommiss. libertat. & in leg. mortuo, §. prim. & secund. ff. de legat secun. & in leg. nondum, §. fin. ff de lega. 3. optimus est tex. in leg. si domus, §. qui confitetur, ff. de lega. prim. ibi, † Neget q; Dominum eam vendere, vel immensum precium eius rei, petere affirmet †. Quod iam non semel habui in praxi, in specie præsentis Pragmaticæ, & secundum eius taxam, creditoribus fuit satisfactum: & signanter in facto mutui, ita fuit determinatum, Ann. 1568. in fauorem cuiusdam Gabrielis Fernandez, ciuis Hispalensis facientis coptam: & panem nauticum: per illustrem, & eruditissimum Doctorem Dominum Lupum, de Armendariz Prætoré tūc dignissimum Hispalensem.

14 ¶ Et inde, licet debitores Reipublicæ ex causa frumentaria, teneantur præcise soluere: nec possint exceptionem compensationis opponere, leg. tertia, & leg. si ex venditione, C. de compensation. hac ratione quod pecunia frumentaria, non debeat in alios vsus conuerti, vt semper ciuitas vbertatem seruare valeat: vt scribit Franciscus á Ripa, in tracta. de præseruat. remed. contra pestem, numero. 33. Et hac occasione datiarij (vt ipse loquitur) non possint opponere exceptionem compensationis contra Rempublicam Anconensem, pro summa Salariorum, quia in alios vsus ea pecunia conuerti non potest: secundum Alber. per illum text. in dict. leg. terti. de compensation. Et est bonus text. in leg. secund. §. ad frumenti, ff. de administra. rerum ad ciuita pertinen. & in leg. aufertur, §. vt debitoribus, ff. de iure fisci. Nec debitores ex hac causa frumentaria, habeant dilationem quatuor mensium, quæ iudicatis à iure conceditur, sed illico cogi possint præcisse soluere, quia pecunia frumentaria, moram solutionis non accipit. dict. leg. secund. §. frumentaria, ff. de administrat. rer. ad ciuit. pertinen. Et contra debitores debitorum, fauore vbertatis cōseruandæ, exactio fieri possit: vt in dict. §. frumentaria, secundum vnum intellectum: facit lex, in fraudem. §. multa, ff. de iure fisci. Quodq; licet regulariter ciuitas non habeat tacitam hyppotecam, in bonis debitorum suorum, leg. simile, ff. ad municipal. traditur per glos. & Bald. in leg. secund. C. in quibus caus. pig. vel hypp. tacit. contrah. tamen bona debitoris ex causa frumentaria, sint tacite hyppotecata Reipublicæ, leg. Imperatores, §. item rescripserunt, ff. de administrat. rer. ad ciuit. pertin. & tradit Ripa, quo nuper citauimus loco, numero. 37. cum sequent. Intelligenda tamen est prædicta quam ipse ibidem scribit conclusio: Quando talis debitor ex causa frumentaria, frumentum haberet, aut de facili posset habere, vnde posset soluere Reipub. secus si id nō haberet, aut habere nequiret nisi pro immodico, & immoderato precio, quia tūc satisfaceret eius æstimationem (vt dictum est) soluendo: & Respublica cogeretur hoc in casu, æstimationem recipere per antedicta. Et ita ex eadem radice, loquendo, in frumento communi, quod reponitur in vna domo, vt tempore necessitatis distribuatur in pane cocto, per homines ciuitatis, & vulgo dicitur. † Pan del posito †. Quod in alios vsus conuerti nō debet, (Neq; quod sic soluendum est in pane, solui debeat nec dari in frumentum, vt not. Bar. per illum text. in leg. prim. C. de frument. vrb. Constantinopol. libr. decim. ne conuertendo ad alium vsum quam ad panem coctum, efficiatur caristia & dispergatur. vti enim refert, & sequitur Anton. Corsetus, in sing. 123. in part. frumentum, & Francisc. Marcus, in decis. 540 colum. prima, part. prima,) tamen hoc in casu, quando panis coctus non reperitur, neq; id præstari possit, aut inueniri, nisi pro immodico precio, sufficit, quod eiusdem panis cocti (vt venditur † lo del Posito †) præstetur æstimatio, de quo iam vidi Vtrariæ dubitari, & ita fuit pronunciatum: & ex mea hac sententia, determinatum. (licet tales, qui non dant in pane cocto prout sunt obligati frumentū, malefaciant, & contra conscientiam: vti not. Iacob. Rebuff. in dict. leg. prima, vbi not. contra illos, qui in die Ascensionis sunt deputati dare panem Caritatis pauperibus, & postea magnam partem retinent sibi, & dant officiarijs Regis, & Consulatus, qui non indigēt. Et quandoq; conuertunt illam eleemosinam vt loco panis detur pecūia. Et istud etiā facit, secundum Franciscum Marcū, vbi supra contra executores testamentorum, quibus est data potestas, dari pauperibus, certa quantitas panis, quod non debent illam erogationem conuertere in pecunia: leg. illam, ff. de administrat. rerum ad ciuit. pert. leg. legatum Cum ibi nota. ff. de vsufruct. lega. & Clem. quia contingit, de Religio. domib. Et ita etiā meo iudicio, secundum hanc sententiam, saluari possint Doctores, quos citat & carpit Paulus Castrensis, in dict. §. mutui da-

tio, numero sexto, tenentes creditorem frumenti cogendum esse recipere in pecunia eius æstimationem, etiam si frumentum reperiatur, quia obligatio non fuit contracta ad pecuniam, sed ad frumentum, & sic solueretur aliud pro alio, quod creditor inuitus non cogitur recipere: nisi ex causa necessitatis. Nam satis dicitur necessitatem, tunc adesse, & nimium vrgere, quando debitor non haberet frumentum, & quamuis reperiretur id habere non posset, nisi pro immoderato, & excessiuo precio, per dictam leg. non dubium, in fine, de lega. tertio.

15 ¶ Qua probatur, quando difficulter id posset haberi, sufficere æstimationem eius præstari. Quam tamen Raphael. Cuman. in leg. si Titio, ff. de lega. prim. intelligit, in relicto pecuniario, vbi æstimatio dari potest: secus, in libertate, vbi æstimatio dari non potest. & quod tunc Legatarius teneatur redimere vsque ad vires sui Legati, dicens quod si testator legauit Titio centum, vt manumittat seruum alienum valentem quinquaginta, & dominus nolit eum vendere, nisi pro centum, quod Legatarius tenebitur, tota centum erogare pro emendo talem seruum manumittendum, licet non valeat, nisi quinquaginta. Et facit, quod aliorum allegatione, Doctor Petrus à Peralta tradit, in leg. quidam, in testamento, numero primo, & secundo, de lega. secundo, post Baldum, ibi dicentem quod si legetur in ædificationem Ecclesiæ, etiam non expressa quantitate certa, nec facta, per testatorem remissione, in alterius arbitrium, nihilominus hæres tenetur struere Ecclesiam, in solidum, si facultates suppetant ad sumptus structuræ, vt in prima dictæ legis parte, si tamen sumptus ædificij excedant facultates testantis, hæres tenetur pro viribus dumtaxat facultatum, & non vltra, vt in secunda parte, dictæ illius legis. Sed & Raphaelem sequitur Iason, in dict. leg. Si Titio, prima columna, numero septimo, per textum, in leg. generaliter, §. si quis alienum, ff. de fideicomiss. liber. Contra Petrum de Bexutio, & Domin. Iacobum Puteum, in dict. leg. si Titio, oppositum tenentes: & Raphaelem reprobantes hac ratione, quia testator fideicommittendo Legatario, vt manumittat seruum alienum, videtur illum grauare, vt illum seruum emat iusto precio, leg. si fideiussor, §. final, ff. de lega. prim. vnde, si Legatarius offerat iustum precium, domino serui, qui tamen non admittat, & immensum petat, & velit, excusatur per dict. leg. non dubium, & leg. qui concubinam, §. final, de lega. tertio. Quorum opinio, (vt concordentur) posset meo iudicio procedere, quando huiusmodi precium, quod dominus peteret, & vellet, ita excessiuum esset, & valde immoderatum, quod aperte constaret, dominum serui, in fraudem Legatarij id petere, & Legatarius eidem multo magis quam communi æstimatione seruus valeret, obtulisset: cum hoc in casu paria sint, vel dominum, seruum vendere negare, vel immensum serui precium petere: vt probatur, in dict. §. qui confitetur, leg. si domus, de lega. prim. Cui concordiæ minime refragatur textus, in dict. §. si quis alienum, cum ibi non aperiat, an esset vltra iustum precium, vel ne, quod dominus ibidem petebat, & legatarius tenebatur dare: vt aduertit Iason, in dict. leg. si Titio, numero. 7.

16 ¶ Demum ad propositum præsentis Pragmaticæ redeundo, eam non vitiat, nec iniustam facit, quod toti Regno non fuerit tradita (vt à nonnullis minus pie & non vere obijcitur) siquidem necessarium sit, per huiusmodi leges, quibusdam partibus Regni succurrere, in quibus necessitas postulauerit, non ita in alijs: Cum in aliquibus locis aliqua statuantur, quæ alibi non reciperentur, capit. aliter, trigessima prima, distinct. Sicut nec vitiat Legem quod triticum, incertis partibus Regni, pro modo prouinciarum, & qualitate expensarum, & ministeriorum famulorum taxetur, & determinetur vendi, pro quinq; in alijs autem pro nouem, aut pluris. Quod si præsenti caueretur Pragmatica, nedum prout est iusta, sed & meo iudicio iustior appareret: Nauarro q; aliis, qui eam minus bene, de iniusticia arguunt, quod omnibus Regionibus, & Prouincijs, æquale precium statuat, viam præcluderet: ex quo varia est harum, & illarum prouinciarum indigentia: vt ex ipsa met Pragmatica, & eius declaratorijs manifeste colligitur. Nec enim omnes leges omnibus ciuitatibus sunt accommodatæ, sed variantur pro rerum publicarum commodis, & vtilita-

tilitate: cum q; alijs prosint, alijs obesse videantur, & tamen legum vim, autoritatem q; conseruant: neq; propterea non habentur leges, quia non omnibus eædem conferuntur: vt Andre. Tiraquel. notat, in libro de Nobilitate. cap. decimo, numero quarto. Nam vt apud Gellium, Sex. Cæcilius disserit, legum oportunitates, & medelæ pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, ac pro vtilitatum præsentium rationibus, pro q; vitiorum quibus medendum est feruoribus, flectuntur, & feruntur: Ne q; vno statu consistunt: quin vt facies Cœli, & maris, ita rerum, & fortunæ tempestatibus variantur. Et patet, ex leg. sexta, titul. decimo sexto, libr. tertio, ordinatio. Regia. vbi quantitas condemnationis, in appellatione ad Concilium interponenda ter mille dipondiorum, & infra, tan tum esse debet, & non vltra. Quæ tamen postea ad sex mille dipondiorum quantitatem, aucta est, ex lege nonagesima quinta, comitiorum Vallis Oleti, Ann. 1523. & nouissime ad decem mille dipondiorum quātitatem prorogata, per leg. decimam nonā, Comitiorum, ibidem cœlebratorum, Ann. 1558. Quæ quantitas non ab actione, libello, seu *Actoris* petitione, (vt quam plures parum bene autumant literati,) sed ab ipsa Iudicis condemnatione regulanda, & computanda est, in huiusmodi appellatione, ad Concilium, & non alibi interponenda: vt expresim colligitur ex principio *dictæ* legis *sextæ*, ibi, † Ordenamos que la sentencia difinitiua, que fuere dada, è pronunciada, por los nuestros Alcaldes, ò Iuezes, de las ciudades, è villas, è lugares, de nuestros Reynos, que fuere de contia de tres mil marauedis, è dende à yuso, la condenacion della, sin las costas, que en tal caso, &c. (Quæ, ita hodie habetur, in leg. septima, titul. decimo octauo, libr. quarto Recopilatio. legum Regia. Ex quo, vnum subinfertur ualde notandum (quod iam habui in praxi, & coram quibusdam non vulgaris peritiæ, & famæ, qui contrarium voce, & scriptis censuerant, dedit mihi honorem) quod Iudices Consistorij licet etiam de partium ipsarum consensu, in maiorem summam, non posint cognoscere (vt plene aduersus Franciscum de Auiles, doctissimum, in capit. Prætorum, in forma secretæ syndicationis, interrogat. quadragesima nona, super verbo, † Condemnar, † septima columna, numero decimo tertio, ostendimus, in decimo, part. primæ, fundament præelectio. leg. quintæ, titul. tertio, libr. septimo, ordinatio. Regiar. numero trigesimo nono, cum sequent.) *Si* in libello centum mille dipondiorum, ab actore sint petita, & reus in decem mille dum taxat, sit per Iudicis sententiam condemnatus, ob id q; ab eadem ad concilium (vt prænotatum est) fuerit appellatum, possunt in huiusmodi appellationis gradu, illam reuocare sententiam, & reum condemnare, in totam quantitatem centum mille dipondiorum, ab actore, in dicto libello petitam. Quod etiam ex eadem lege sexta, satis deducitur eius verba ponderando, quæ his Consistorij Iudicibus, facultatem dat approbandi, reuocandi, addendi, & minuendi primam sententiam, ibi, † Den, è pronuncien sentencia, en el dicho pleyto, pro bando, ò reuocando, añadiendo lo, ò men guando la primera sentencia, como fallaren que se deue hazer, è lo que estos assi determinaren, sea firme, executado, è no aya, ni resciba otra appelacion: ni suplicacion, para ante nos: ni para nuestra Audiencia, ni para ante otro Iuez alguno. † Et si cui conceditur aliquid, intelligantur concessa omnia, sine quibus illud explicari non potest, leg. prima, in fine. ff. de offic. eius cui man. est iurisdict. leg. tertia, in fine. digest. de penu lega. leg. veteres, cum ibi notat. per glos. Bartolum, & Doctores, digest. de itin. actu q; prin. lege secunda, ff. de iurisdict. omnium iudic. Quod q; cui conceditur antecedens, concedatur, & consequens: leg. prima. §. primo, digest. si vsufruct. petat, leg. tertia, §. qui habet, & ibi Paulus de Castro, ff. de seruitut. rustic. prædio. leg. refectionis gratia, & ibi glos. digest. communia prædio, cap. præterea, de offic. delega. leg. qui procuratorem dat, digest. de procurator. Et inde Commissarius cui principaliter, aliquid est commissum, potest cognoscere, non solum de eo quod venit accessorie, ad causam sibi principaliter commissam, sed etiam potest cognoscere de eo quod venit accessorie ad accessorium causæ, sibi commissæ: textus est notabil. in cap. prudentiam, §. si vero,

Q 5 &ibi

& ibi notat Panormitan.de offic.de lega.Cui enim conceditur consequens, conceditur omne illud,per quod peruenitur ad illud leg. ad rem mobilem,& ibi not.glo.ff. de procurat.leg.ad legatum,eodem titul. §. idem iuris,instit.quib.ex caus.man.non poss.cap.quoniam,de sentent.excommun.lib.sexto.Et ita Bartol in leg.ambitiosa,in secunda , & tertia column.ff.de decretis ab ordin.facien. scribit quod quando conceditur aliquibus officialibus potestas prouidendi super statu ciuitatis , seu super politia eiusdem ,omnia extrinseca videntur concessa , per quæ peruenitur ad expresse commissum . Et ex his, subinde deducitur ,quod quamnis dictæ leges Regiæ , in sententijs difinitiuis loquantur,in interloquutorijs etiam obtineat, de quarum appellationibus,in causis illis minoris quantitatis, iudices etiam Consistorij, cognoscent breuiter, & summarie , in ipsaq; eadem fere die,qua partes ab huiusmodi sententijs interloquutorijs,ad Consistorium appellant,confirmari , aut reuocari hæ sententiæ poterunt per dictos deputatos iudices. Nec illarum legum vlterior terminus,his in causis expectandus erit,vt malitijs, & partiū obuietur calumnijs,argument. cap. prim.de offic.ordinar.cap calumniam, de pœnis, clement. prim. de sequæst. poss. & fruct.& clement.prim.de re iudica.(quo inreuimur:)& appellationes quæ aliás ab his interloquutorijs,ad supremum Tribunal Hispalense Graduum interponuntur,remitti solent,per eisdem admodum Illustres,& Doctissimos Regios Auditores,ad Concilium dictæ ciuitatis. Nisi in sententijs,tam difinitiuis, quam interloquutorijs,latis quantum vis in minima quātitate , perlaudandos Pratores illius Regiæ Audientiæ,quarum appellationes, solum ad dictum Tribunal Graduum interponuntur : ex capit .tertio,leg.43.titul.secundo,lib. tertio,recopilatio leg.Reg. (& diximus Latius, in fundament. vndecimo , part. primæ,præfect.leg.quintæ,titul.tertio,lib.septimo,ordi. Regi.(vbi differuimus+ De las appellaciones de los Alcaldes de mesta,y Alarifes.)+Et vid. leg.quintā,dict.titul secun. & lib. tertio,)de cuius intellectu ibidem tractauimus.(Cum ergo dictis Consistorij Iudicibus in cœteris appellationibus,de quibus(vt diximus)possunt cognoscere concedatur potestas primi Iudicis condemnationem addendi, ex consequenti conceditur , in maiorem summam , quam decem mille dipondiorum, vsq; ad quā tn atem in libello actoris petitam,condemnare posse reum conuentum. Ex quibus etiam (neq; id ommittendum censui,tanquam coti die practicabile)singulariter infertur, ad intellectum,& explicationem Pragmatic. Vallis Oleti, Ann. 1 5 3 7.& Pragmatic.latæ Tanri,Ann. 1 5 5 1. & Pragmatic. Madritiæ , Ann. 1 5 6 3.quod Sartores , & Sarcinatores possint impune facere, & sarcire vestes deauratas,auroq; vel argento,intertextas, aut vermiculatas,cum ornatu ve auri,& serici , quæ militibus,dum actualiter sunt in bello, per dictas Pragmaticas permittuntur . Nam cum ex harum legum dispositione,easdem vestes milites ipsi in ipsa militia possint inducre , ex consequenti antecedentis huius,easdem possunt dicti sarctores conficere.Et ex quo perdictas leges Regias,dictum concedatur ante cedens,per easdem etiam concessum intelligatur huiusmodi consequens:ac omne illud per quod peruenitur ad concessum : quod q; venit accessorie ad consequendum principale, dictis militibus concessum.Etiam si in ipsis castris, eiusmodi vestes per dictos Sarcinatores non fiant,ac eas faciant in ciuitatibus, vil lis,aut oppidis demandato tamen dictorum militum,qui in belli sunt procinctu,vel ad ipsum bellum tales faciunt apparatus,& ornatus,ex quo de proximo accingendi, pro iam accinctis de iure habeantur:leg.penult. ff. de milit.test. cum alijs , in proposito congestis, per Ioann.Lup.à Palac.Rub.in repeti.rubric. de donat.inter vir. & vxor. §.38. Et per Hippolit.in leg.vnic.de rap.virgin. numero , 70. & in rubric.de fideiussorib.numero, 217. & in singul. 1 0 6. incip. de proximo, ac per Tiraquel.in decima quinta leg. connub. fol.1 2 7. optimus est textus,in leg.Fulcinius,ff.qui ad lib proclam.non lic.quem sic summat Barto. parua sunt aliquid in esse consistere, vel in eo statu , qui de proximo rē producit in esse,& legi,non tantum,in princip.ff.de excusat.tuto.Alberic.hanc adscribit epitomem, aliquid esse factum,vel de proximo faciendum, paria sunt,Bonus est textus,in leg. vestimentū, ff.de auro,& argent.leg.quod ea quæ sunt in fieri,censentur esse in facto: & ad id eum dicit sing.& vnicum Barba.in tracta.de præstā. Cardinal.quinta quæst.primæ, par.col.tertia versicul.& si dicatur,& in Consi.quinquagessimo septimo,incip. præclare scribitur. 5. col. vol.1. & aureis literis scribendum, in Consil.

81.incip.præclare,2.col.in.volum. 4. Et super dict.lege(quod nostro admodũm conducit proposito)Nicolaus de Neapoli,referens Iacob.de Aren.dicit eam esse notandam,ad statutum loquens de vestiméto,vt habeat locũ in eo,quod in tela est. Quod certe admodũ est notãdũ eã legé,in materia stricta,pcedere.Et ita ad hoc istud dictum ipse Barba.notauit,in Consil.21.incip.præclare,2.col. vol. 2. Quibus adstipulatur Bart. sententia,in.l. ex facto. §. rerum,ff.de heredib. instituen. quod si testator legauit vxori,vestes quas in domo habebat,venit in huiusmodi legatum,pãnus apud Sartorem infectus,vt ex eo vestes cõficeret, tametsi nondum sint factæ,nondumq; domũ delatæ:quam sequitur, & Commen. Francis. Cremen.in singul. 63. incip.testator legauit, Quodq; quod dicit Dominic.in cap. põderet in fine, 50. dist.& in cap.cum in illis,§. prim. de præben lib.6.quod is qui dicit,in supplicatione quod scribebat in registro Papæ,non dicatur mentitus,licet nondum cœpisset scribere,ex quo erat ad id deputatus, & de proximo debebat incipere: quod dictum Mariã.Socin.sequitur,in rep c.de multa,col. 52. de præbẽ.Iason,in auth.si qua mulier,6.col.C.de sacro.Eccle.Felin.in.c.eamte,de rescrip.Sic etiã (vt ex sacris testimonium adducamus) Nicolaus Lyr.exponẽs illud Mathe.prim.cap. + Iosias autem Hicconiam,& fratres eius, in trãsmigratione Babilonis,ita exponit, non quod tunc esset trãsmigratio,sed quia proxime imminebat.Et alibi,+ Ioan. 3. cap.in illis verbis, qui non credit,iam iudicatus est,idest (vt ipse exponit) habet in se manifestam causam condemnationis, sicut ille dicitur mortuus, qui iam habet in se manifestam causam proximæ mortis, quasi diceret nihil referre, an aliquid iam euenerit, siue factũ fuerit, an vero proxime sit facturum. Quod iam habui in facto illustrissimi Comitis de Gelues. Ad rem deniq; vnde digressi sumus redeundo, velut enim medicus imperite faciat, si partem aliquam corporis tueatur,reliquas deserat, ita Legislator totam Rempublicam curare, & cuiq; parti prouidere debet, vt in præsentanea cauetur Pragmatica,ab Inuictissimo Humanissimo,ac Pientissimo huius Nominis secundo PHILIPPO Hispaniarum, & Noui orbis Rege lata,qui prospere, diu multos q; ad annos Regnet,& nobis imperitet,edita.

17 ❡ Quæ adeo iusta est, vt facilime vt talis, vel à Nomothetis probetur:Quibus olim ius erat probandi,vel improbandi legẽ. (de quibus doctissimus meminit Franciscus Connanus,lib.1.commentariorum iuris ciuilis, c. 13. nu.14.)Quapropter ab omnibus adhterã est obseruanda:vt quæ diligentissime sancta sit: & quæ summo studio nos inuitat,& cogit ad virtutes,recte q;, & quiete viuendum: Ac ab omni maleficio nos temperat,& mentem nostram,agitationem q; animi bonam, puram, sanctam q; desiderat:quod q; cupiditaté(quæ radix est omnium malorum)effugientes,pietatem colamus,& nedum declinemus mala, sed vt virtutem, ac iustitiam amplectamur, & nos puros,& integros à cupidinis vitio seruemus.

18 ❡Nec enim solum hoc habet negotij,vt bene agamus,sed ne male,& iniustas res nõ faciamus.Ideo q; pœnam adiungit, quæ proprie vetitorum est:vt hominum omnium cupiditatibus obuiam eat, & futuris malis quantũ potest medeatur: & occurrat.l.leges,C. de legibus.Quæ cum de per se scelerata sint,& nefaria, vt etiam si lex non esset,magno opere vitanda fuerint:Nouum ius Pragmatica præsens non cõstituit:sed in id regreditur, quod de iure Diuino,& Naturali antea erat: id q; renouat,& quasi interpretatur.

19 ❡Nec enim damnum Reipublicæ affert, sed lucrum diminuit,& ad iustam,& debitã formam reducit.In quo, optima est legis huius decisio:ac magna æquitate fundata. Et quæ omnium commune bonum fouet,ac respicit: & eorum vtilitati,vim omnem sui instituti dirigit,tanquam ad suum finem: & á belluis omnem hominem defendit.Nam bellnæ similis cupiditas est:quæ optimum quemq;, à virtute detorquet.Et licet à iure Naturali,& Diuino(vt supra,in prima principali huius opis cõclusione ostédimus)ea non sit ita occulta, & inuoluta,vt oporteat eam exquisitis rationibus demostrare: non vsq; adeo in nostro themate prompta erat,& aperta, vt non aliquam admonitionem,& præceptum desideraret,quo non doceri,quam indicari potius, & improbari præsens species videatur. Quasia,& illa sint decem Mandata DEI, quæ & si tenere,& seruare vellemus,nihil esset opus iuris ciuilis scientia:Aut quidem non multũ: Sed prauis cupiditatibus debilitati, plerumq; non stamus in eo quod indicamus faciendũ esse,aut fugiendum:vnde necesse est legum pœnis constringamur,non tã per eas docẽdi quã coercẽdi. Mali enim nostri mores,causã sæpe dederũt optimis ferendis legibus: quia vbi perperã viuitur,multiplicibus edẽdis legi.

magna

magna datur occasio. vnde apud Æginetas cautũ est, vt qui nouæ legis condẽdæ causam daret, inuisus omnibus, & execrabilis fieret. Et ita accipiendum est illud Pauli. primo ad Timothe. primo, lex iusto imposita non est, sed iniustis, & non subditis impijs.

20 ¶Nam quicquid eius est generis, vt cognitũ omnes approbent, & amplexentur tanquam sibi fructuosum, & vtile: Quale sanctissimum præsentis Pragmaticæ est institutum, iuri Naturæ, vel gentium, (id est vt interpretor iuri Naturali, quod communi Consilio iubetur) tribuendum est. Quod à ciuili ob id distat, quia ius ciuile id constituat, quod lege Naturæ, non interest, sic, aut secus fiat. Vnde Marcus Tullius, in officijs, tanquam genus, & species se habeant, vtrumq; definit: dicens quod ciuile, non idem continuo, & gẽtium, quod autem gentium, idem ciuile esse debet. Et ita accipiendus est locus ille Vlpiani, in leg. ius ciuile, ff. de iusti. & iure, inquientis, +Ius ciuile est, quod neq, in totum à iure Naturali, vel gẽtium recedit, neq; per omnia ei seruit.+Itaq; cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est ciuile efficimus.

21 ¶Et inde quatenus Regia hæc Pragmatica, videtur detrahere iuri vendentium frumentum, quæq; non sinit eo vti, ad eum modum quod talibus à lege naturæ concessum est: & de eius liberalitate, ac indulgentia præcidit, ac iuri vendentium addit præscribendo illis nouas leges, quibus parere necesse habent, ius est ciuile. Per quod (vt recte intuenti constat) ius naturæ non tam violatur, quam negligitur: ac ei additur in foro contentioso: & cuiusq; honestati, & pudori, in conscientia relinqui videtur.

22 ¶Et patet, in vsucapione, & præscriptione, quæ rem à iustis dominibus transferunt ad alienos, quod per iniquum est, si naturæ vocem exaudias: Quæ cum iubet, vt suum cuiq; tribuatur, tum hoc maxime, nequem lædamus: Et tamen bono publico inductum est, vt non plus biennio, trennio ve, aut decennio liceret res suas negligere, & deserere: qui secus fecisset, rei neglectæ damno vt mulctaretur, lex dura quidem, sed non iniqua: Sed potius sanctissima. Nec enim potuit, vt dominorum in rebus suis excitaret diligentiam, aut melius quicquam, aut aptius facere, quã si earum amittendarum metum ipsis iniecisset: quod & fecit. In eo q; ius Naturæ non violauit, sed auxit. Nam cum in illo iure, cuiq; liceat esse in rebus suis negligens, hoc nõ pertulit lex ciuilis, quod hanc singulorum negligentiam videret damnosam fore vniuersis, & iuste quidem aufert. Sic etiam nostræ Pragmaticæ dispositio iusta quidem est: & conuenienter pro rerum humanarum necessitate decernit frumentum, ordeum, auenam, typham, & panicum, certo precio vendenda: vt hominum cupiditati, fraudibus, & malicijs occurratur.

23 ¶At enim, & hæc etiam est vox naturæ iustissima, & grauissima, + Salus populi suprema lex esto.+ Qua voce audentiores facti Legislatores, multa contra singulorum vtilitatem pro publica salute adinuenerunt: Quibus tantum abest, vt reclamet, aut dissentiat natura, vt pœna legitima dignos existimet eos, qui non obtemperauerint Patrijs legibus, quodq; qui eas contempserint, omnis supplicij debitores sint,

24 ¶Et ita fit, vt præsenti Pragmaticæ, quæ nobis maximum contulit beneficium, ac circa publicum bonum versatur omnes homines, sine vllo discrimine parere debeant iuxta Demosthenis, & Chrysippi institutum, de quo, in leg. secunda, ff. de legibus. Tum præcipue, quod istec Regia sanctio, inuentum, & munus fuerit DEI optimi, & Maximi, decretum q; doctissimorum, Piorum, & prudentũ hominũ, & flagitiorum consultorum, ac incõsultorum emendatio: & coerctio, ac honesta constitutio, quæ dum statum honoris cuiuslibet seruat, egregia virtus est, teste Tulio, de officijs, præsertim contraria cum sit turpitudini, omnemq; expellat turpitudinem: vt aduertit Rebuff. in dict. proœm. prim. Tom. cõstitu. Reg. numer. decimo septimo. Et ex quo modo rite lata sit, ac de ijs rebus, de quibus lex fieri potest ab hominibus, ac præuia consultatione, & deliberatione, iusta penitus est: Præsertim cum nihil cogat, aut vetet, quod æquitati repugnet naturæ: Sed eorum sit tantum, quæ quo modo fiant, non refert antea quam instituantur. Atq; ita intelligendum est quod apud Platonem dicit Socrates legẽ esse quid Diuinum iustum æternum.

25 ¶ Neq; legem, qua lex est, á lege differre: non magis quam aurum ab auro, lapis, à lapide. Qua ratione fit plerumq;, vt eiusdem rei, diuersæ leges sint, & contrariæ, iuste tamen, nec alia, ab altera differt potestate, autoritate, æquitate, & natura, veluti in propria specie, frumentum licite taxatur, in quibusdam Regni partibus, in qui-

quibusdam non, tale frumentum, & tale non: apud nos taxa imponitur, apud Gallos autem, vel Lusitanos non taxatur: neq; id fieri permittitur. Vtraq; lex iusta est: Quoniam ita visum est ijs, qui vtriusq; Regni, bonum publicum, ex officio, sibi iniuncto respiciunt, & habuere legis condendæ potestatem, quibus qui subsunt populi parere debent: Siquidem Legislatorum omnium, ea sit voluntas, vt nihil, nisi quod æquum sit statuant: Qualecunq; est ergo quod constituunt pro iusto habendum est. idq;, & ideo ius putatur esse, & appellatur. Iudicant enim de vniuersalibus, & de futuris, neq; affectionem potius habent ad sinistram, quam ad dexteram partem.

26 ¶ Vnde maxime admiror, quosdam valde eruditos, ac literatos homines, & quidem nõ vulgares, docere huius Pragmaticæ transgressores minime obligari ad mortale: & super excessus restitutionem. Inter quos (quem nolem) doctissimum Præceptorem meum, Martinum ab Azpilcueta, Nauarrum, Cathedrarium primariæ in Decretis lectionis Salmanticensis, & Coimbricensis, iam olim iubilatum, reperio hanc factionem citra delectum, & indistincte tutantem, in suo confessorum Manuali, cap. 23. numero, 55. cum sequen. & numero, 85. Qui (ni fallor) falluntur, dum hanc legem Regiam mere ciuilem, & solum positiuam existimant: Non attendentes ius Diuinum, & Naturale, cui Pragmatica hæc innititur: (vt supra late ostendimus) diũ cupidini (quæ omnium peccaminum principium, & fundamentum est) obuiam it: Ac publicæ omnium saluti consulit. Quodquidem præsentis legis iniustus transgressor aperte violat: & cuius culpa hoc in casu gemina est: Cum non solum legis positiuæ, transgresio fiat, sed etiam legis Diuinæ, & Naturalis: argument. leg. sicuti dies, & leg. Celsus, ff. de arbit. & not. Bald. in leg. cum quis, septima columna, numero decimo quarto, C. de iuris & fact. ignor.

27 ¶ Et culpa vnius violatæ legis, non minuit culpam commissam in altera quæ etiam violatur lege: sed potius eam auget: leg. secund. ff. de priua. delict. §. fin. instit. si quadrup. pauper. fecis. dica.

28 ¶ Neq; ius diuinum, aut Naturale si describatur, ciuile putandum est: Quia scriptura non facit ius ciuile, sed rei natura, & condicio, quæ prohibetur, aut iubetur: quare si lex vetet furari, & pœnam addat prohibitio furti, non est iuris ciuilis, cum non ea propria sit eius ciuitatis, seu prouinciæ, sed communis omnium gentium, pœna vero quæ additur ciuilis erit. Quæ tamen culpam á iure Diuino, Naturali, & gentium incursam, non minuit: neq; tollit. Nec si eandem vbiq; pœnam constituant omnes ciuitates, erit tamen hoc supplicij genus, iuri Naturali, aut gentium adscribendum: quod id, non communi omnium, naturaliq; iudicio faciant: Sed potius exemplo. Et in eo dicentur omnes ciuitates eodem iure ciuili vti, non autem id quod sic ab omnibus est institutum, Naturale ius, aut gentium appellabitur: neq; in aliquo, iuris Naturalis, seu gentium dispositionem alterat.

29 ¶ Nec velim, quæ supra, hoc in opere super hac specie scripsi, sic a me accepta intelligantur, aut ab aliquo sint accipienda, vt præsentis Pragmaticæ autoritati aliquid detraham, quantum vis minimum, quod ad eius obseruationem, in foro exteriori pertinet. Qui ea scripserim, & laboriosam valde hanc eam defendendi tuendi q; nactus fuerim prouinciã, nedum ne sperneretur, sed vt ab omnibus potius obseruetur: iusta cum sit, & eius nomen sanctum, sanctum quoq;, & Regis eiusdem latoris. Et neutrum quo ad fieri potest violandum. Quibus si obedientiam abstraxeris, & præsenti non pareas Pragmaticæ, manus quodammodo videris afferre patriæ. Præclara enim multa referuntur Persarum instituta, sed illud præclarissimum, quod Regi suo facti obuij, manus contrahunt in tunicæ manicas, quod signum est, nihil eos in illum, aut velle, aut posse facere. Si hoc in Regibus (qui cum homines sint, multa pro hominum imbecillitate secus committunt) quid in legibus, quæ vere sunt Reginæ, & Dominæ? Et inde laudatum est Pausaniæ dictum, qui interrogatus, cur apud Spartanos, nullã legem mutare liceret, respondit, quia leges oportet hominum dominas esse, non homines legũ. Cum enim leges institutæ fuerint, non est liberum iudicare de ipsis, sed secundum ipsas iudicare oportet. c. in istis, quarta distinct. Tandem huius operis non exiguus ille fructus esse potest, quem omnes ex eo percepturos confido, dum ostendo præsentem Pragmaticam, in foro conscientiæ circa eius proœmialẽ rationẽ (quæ, & ipsam declarat) cõtrauenientes obligare ad peccatũ mortale: & sup excessus restitutionẽ: aduersus doctoris Nauarri, & aliorũ multorũ sentẽtiam: quorum

quorum occasione hanc libuit ita defendere legem. Quos vereor aliquando nō pigeat autores extitisse complurium, qui hisce nostris temporibus, eam generaliter, ac passim transgrediuntur: & prohdolor circumueniūt. Iuxta illud Esaiæ. 34. capit. †quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt, fœdus sempiternum, propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius, ideoq; insanient cultores eius, & relinquētur homines pauci. † Et eos meminisse oportet IESV Saluatoris sententiæ, Mathe. 5. †Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in Regno cœlorum†.

30 ¶Præcaueo tamen iterum, atq; iterū, quod & semper admonui, & in huius operis introductione, & alibi non semel protestatus sum, me quo ad forum interius attinet, solum supra disputasse, & de præsentis Pragmaticæ ratione disseruisse: Non autem quo ad forum expectat exterioris hominis.

31 ¶In quo, hanc Pragmaticam vt pote in vniuersum vtilissimam, & consultissimā ab omnibus cuiuscunq; status condicionis & dignitatis sint, omnino pro vt iacet seruandam censeo hortor, & consulo. leg. 2. §. hæc igitur omnia, C de iure vet. enu cl. l. leges. C. de legibus. Quodq; si ex ea, aliquod dubium, aut austerum resulter, ad ipsum referatur Pientissimum nostrum Principem, cui vt legum ferēdarum autor esse possit, data potestas à Republica est, ita quoq; earundem interpretandarum, & adhibendarum ad singulos vitæ actus rationem definiat: leg. 1. & fin. C. de legib. Qui cum sui sacri & supremi Senatus prudentissimis & literatissimis clarissimis q; Proceribus id (vt solet) prospiciet ne nemini iniuria fiat. l. 2. §. siquis á Principe, &. §. merito, ff. nequid in loco public. l. 2. & pen. C. de precibus Imper. offerend. Et patet clarissime ex Pragmatic. data. †En Aranjuez †, 15. Madij, ann. 1560. circa taxationem auium, quæ emuntur in Annonam Regiam. Et in declaratione taxæ ordei, ann. 1566. Segouiæ edita. 29. die mensis Augusti.

32 ¶Quam cum præsentis Pragmaticæ, & eius declaratoriarū serie. Cum quibusdam Scholijs, & aliarum super hoc Pragmaticarum Catholicorum & gloriosæ Memoriæ Regū (de quibus supra meminimus,) & Pragmaticæ cōtra promercarorēs panis latæ, tenore, hic ad literam inserere libuit: vt à pertius intelligatur, quam is meus sensus eisdem sit consonus. Et earum plenius cum meminerint, qui hæc nostra legerint, prædictas Pragmaticas inuiolabiliter seruent, ac obseruari faciant. Præ oculis q; vt habeant, quantum eos oporteat ab earū trāsgressione cauere. Nec enim nostro instituto inutile, aut alienum, vel incōmodum omnibus vtriusq; iuris, pietatis q; ac salutaris doctrinæ studiosis putaui, si vniuersas has Pragmaticas, in vnum schema ad literam coniectas, eorum vni aspectui intuendas, & contemplandas præberem: sperans hac ratione futurum, vt in materia quotidiana quidem, sed & multiplici materiarum varietate circumsepta, in quam tot viri Theologiæ, & iuris vtriusq; lumina, suas operas contulissent, tam excellentum, & necessariarum legum, contextura perspecta, omnes, ad eas obseruandas & memoriæ mādandas innitentur: in quo, quantum præstiterimus, eruditorum & piorum virorum sit iudicium. Nam sedulo in eam incubui curam, ne quid prætermitteretur, quod ad eas scitu necessariū, aut cognitu in vtroq; foro, magno opere dignum extaret: nisi nostra nos fallit opinio. Nec enim hoc in opere, declamatoris, aut Rhetoris partes assumpsi, vt in mouēdis affectibus immorarer, quando quidem id oratori potissimum vetitum fuerit, atq; ea ratione, Diuinus ille Plato Oratores à republica frequenter ablegauerit, & eijciendos decreuerit: cum execrabilis sit vitij, suo conatu, animos altero euertere. Sed meam sententiam ac mentem, iuris vtriusq; textibus, & rationibus vrgentibus, ac Doctorum in sacra Theologia, & vtroq; iure celebratorum autoritatibus, verborū prolixitate, aut pompa omissis, sterili phrasi subiunxi: ornari enim res ipsa negat, contenta doceri. Cuius laboris mercedem abunde magnam me satis accepisse arbitrabor, si omnibus gratum fuisse, & afflictæ (vt ita loquar) à multis q; neglectæ præsenti Pragmaticæ, aliquam opem attulisse intellexero. Quod nedum apud pios Lectores, sed etiam aduersus obtrectatorum, insitam libidinem, & caninam reprehendendi labores alienos, & studia indefessa, detractionem, patrocinij plurimum, commendationis q;, & autoritatis, per multum, huic nostræ Lucubratiunculæ, tumultuario & si labore, ac inter in assiduos forensium causarum anfractus, & fluctus, impolite, atq; raptim scriptæ, Conciliatum, iri minime dubito: Non quidem si verba numerentur, & pensitentur,

sed si

sed si præsentium temporum, condicio spectetur, in quibus, heu dolor, illud Iuuenalis Satyr. secunda, recte valet dici, vbi nunc lex Iulia? dormis? Cui rei, aliquantulum vt mederer, coactus sum, cogentibus temporis huius angustijs, in lucem intempestiue edere ante habitos sermones: ipso atramento madentes. Vt ne mihi quidem relegere licuerit, tantum abfuit, vt quippiam, post primam manum, vel addere, vel immutare potuerim: ac censura, limaq; seueriori repurgare. VALE Christiane Lector. Atq; te oratum proinde volo, vt non á præfatione, sed materiæ prosequutione, illorum iudicium facias. Et nec damnare, aut accusare incipias, quod prius non legeris, ac ruminaueris, memor illius Iurisconsulti Celsi, lib. nono, digestorum, dicentis, † inciuile est, nisi tota lege perspecta, vna aliqua particula eius proposita iudicare, vel respondere. † Ac Sanctissimi, & Celeberrimi Isidori, inquientis, in erroris Labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant, quam intelligant: ante inculpant, quam iterando lecta perquirant. (Quæ repetuntur verba, in cap. sciendum, 29. distin.) Et iuxta illud Salomonis, (relati, in c. eorum, vndecim. quæst. tertia,) Ante quam scruteris, non reprehendas, intellige prius, & tunc increpa. Antea quam audias, non reprehendas. Quæ tamen cum perlegeris, (qua es charitate) boni Consule: & DEVM pro me ora.

¶LA

LA PRAGMATICA, QVE SV MAGESTAD MANDO HAZER ESTE PRESENTE Año, de mil y quinientos, y cinquenta y ocho, sobre los precios, à que se ha de vender en estos Reynos el pá, trigo, ceuada, centeno, auena y panizo.



ON Philippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de Inglaterra, de Francia, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galizia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias, Islas, y tierra firme del mar Oceano, Condes de Flandes, y de Tirol. A los del nuestro Consejo, Presidente, e Oydores, de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra Casa y Corte, y Chācillerias, y à todos los Concejos, Corregidores, Asistētes, Gouernadores, Alcaldes, y otros Iuezes, y Iusticias qualef-

1 RAtio hæc finalis est præsentis Pragmaticæ, vt vltra alios nouissime, explicant, Quintilianus Mādosius, in regu. 9. Cancel. quæstion. 9. nu. 3. & Francisc. Serra, in sua allegatione pro Don Ioāne de Lanuça, nu. 126. Quæ clarius demostratur in Pragmat. Serenissimorū & Catholicorū Regū Fernandi, & Elisabes. 1 8 0. in uerb. †trigo†. in volumin. Pragmati. infra citata, ibi. †Y esto causa que los labradores quedaron sin pan†. Et ibi, † De manera que todo el pan esta en poder de regatones, o de personas que no tienē necessidad, y an guardado y guardan el dicho pan, è an dado causa, q̄ se suba, á precios muy desordenados†. Quæ ratio diligenter cōsiderari debet: siquidem per hanc, intētio, & voluntas disponentis, facile deprehendatur, vt notauimus, in prima huius operis cōclusione super verbo, †Codicia†. Et respōdet Paul. de Castr. in Consil. 462. colu. fin. part. 1. & Barba. in Consili. 20. colu. 1. volu. 2. & alij per me ibidem citati, & per præallegatū Frāciscum Serrā, in. d. sua allegatio. num.

lesquier de todas las cibdades, villas, y lugares de los nuestros Reynos, y Señorios, y à cada vno, y qualquier de vos, en vuestros lugares, e iurisdiciones, y à qualesquier personas de qualquier calidad y condiciō que seā, A quien lo de yuso enesta nuestra carta contenido toca, y atañe, à quien esta nuestra carta fuere mostrada, o su traslado signado de scriuano publico. Salud y gracia, ya sabeys que como quiera que la cosecha del pan en este presente año, fue enestos Reynos comunmente buena, y que segun lo que paresce por el registro, cala y cata del dicho pan que por nuestro mādado se hizo en todo el Reyno, ay copia, y abundācia, de manera que de razon deuia valer, y vēder se à iustos y moderados precios, toda via por la Cobdicia [a] de algunos de los que lo tienen, y por estar en poder de personas, assi Ecclesiasticas como Seglares ricas, y que no tienen necessidad, el dicho pan ha valido, y vale à excessiuos, e inmoderados precios, y se va (segun somos informados) de cada dia subiēdo, de modo que no solo los pobres, y miserables personas no lo pueden comprar, ni sostener se, pero ni aun los que tienē facultad y hazienda lo podrian sufrir no se poniēdo remedio, y auiendo sobre esto como en cosa tan importante al seruicio de Dios y beneficio publico destos Reynos, mandado platicar en el nuestro Consejo, y visto los pareceres de algunas cibdades y villas y lugares, que por nos les fue mandado embiassen, e oydo otras personas de

2 0 9. Et quæ interpretatio, nostra in specie ꝓ elucidatione p̄sentis Pragmaticæ in foro (quod vocant) consciētiæ, iuri gratissima est: cum per eam diuersæ opiniones, ad cōcordiā reducantur: vt egregie not. Petrus de Ancharr. in Consil. 214. incipien. Franciscus, ad fin. nu. 22. Et quæ etiam hac ex ansa, cū verborum improprietate & subauditione, vt effectum habeat admittitur: gl. in capit. cupientes, §. quod si per viginti, de electio. in. 6. Bart. & dd. in. l. 2. §. cū editum, ff. de reb. credit. & Collegium Bononiēse, in Consil. 50. incipien. præsens cōsultatio, nu. 23. inter Cōsilia Curtij Iunioris. Præsertim cum iuri Diuino & Naturali inniṫatur, vt in. d. conclusio. 1. explicauimus. Et quadi et omnibus Regni per sonis, partibus, & prouincijs, tam abūdantibus frumento quam sterilibus. Et vt Ancharran. in. d. Consil. 214. scribit, illud amplectendum est quod minus captionis in se habet. Et per quod cūctorum læsio tollitur, tanquam iuri conuenientissimum: & Legislatorum, sine stacuentium menti & voluntati conisūctissimum. Illaq, in ambi

experiencia, y zelosas del bien publico siẽdo cõsultado con la serenissima Princesa de Portugal, nuestra muy cara e muy amada hermana Gouernadora destos nuestros Reynos por absencia nuestra dellos, fue acordado que deuiamos mãdar moderar el precio del dicho pã, y poner enel tassa y limite moderado y iusto ansi para los que lo ouiessen de cõprar, como tãbiẽ para los que lo vẽdiessen b. Y que en la dicha razõ deuiamos mãdar dar esta nuestra carta, y nos touimos lo por biẽ. Por la qual ordenamos y mandamos que desde veynte dias del mes

ambiguo eligẽda est interpretatio, & expositio, quæ imperfectæ multitudini, & toto populo quadret: ac satisfaciat. Et perquam nullus contrahentium, dãno afficitur. l. sed & si pupillus, §. sed si plures, ff. de instito. acti. l. 3. §. 1. ff. de recep. arbit. l. 1. §. magistrum, ff. de exercito. actio. & respondet Paul. de Castro, in Consil. 205. incip. ego Paulus, in fine. par. 1. & Aymon, in Consil. 91. incip. nobiles. nu. 11. vol. 1. & in Consil. 245. incipien. Stephanus, num. 2. vol. 2. illudq; item sequẽdum sit, per quod minus præiudicatur partibus. l. tertia, ff. de suspec. tutor. & respõdent Panormitã. in Consil. 7. incip. quæsitum fuit, ad finẽ, vol. 1. & ipse Aymõ, in Cõsil. 35. incipiẽ. nobiles domicellæ. nu. 24. li. 1. Quodq; æqua minus hæc sit interpretatio, & maxima æquitate fundata: vt in d. glo. sup ver. i Cobdicia. Late præostẽsum est. Et quia ea interptatio, omnino admittẽda est, p quã quis magis ab onere & grauamine releuetur: & quãto fieri potest, minus grauatus existimetur. l. apud Iulianũ. §. Seyo, l. si seru. §. qui Margaritã, ff. de leg. 1. l. vnũ ex familia, §. si res & l. Titia, §. qui in vita, ff. de lega. 2. Iason, in. l. serui electiõe, §. cũ fundus, nu. 1. & 29. & in l. si ita scriptũ. nu. 18. 33. & 35. & in. l. siquis à filio, §. siquis plures, nu. 7. & in. l. si res obligata, nu. 5. & in l. si domus, §. si fundus, num. 10. & in. l. quod in rerũ. §. 1. n. 1. notat. ff. de lega. 1. & Soci. in Cõsi. 114. incip. supra scripti, nu. 8. volũ. 1. Aymõ, in Cõsi. 149. incipiẽt. Petrus, nu. 15. vol. 1. omne enim grauamẽ odiosum est, & perinde strissime interpretandũ, vt notatur in l. cũ quidam, ff. de liber. & posthũ. Et in regul. odia de regul. iuris, in. 6. cũ vulgatis. Quodq; omnis dispositio quantũcunq; generalis, siue sit legalis, siue testamentaria, siue inter viuos, secundũ suam causam regulatur: & per ipsam restringitur, limitatur, & declaratur. l. adigere, §. quãuis, ff. de iurepatrona. l. Cãcellauerat ff. de his quæ in testamẽt. delẽ. & dicemus infra, sup Pragmatica taxæ ordei nouissime edictæ. Nec requiritur causam ipsam, vel rationẽ in dispositione expressam reperiri, sed sufficit, eam ex narratis vel dispositis præsumi, & cõiecturari posse, vt effectum prædictũ restringendi generalẽ dispositionem, perinde ac si expressa fuisset, operetur. Vt ibidem tractabimus Et quod ex causa cõcessum, secundũ illã regulari debeat, tradit Ioan. de Neuizanis, in Siluæ nuptia. lib. 1. nu. 199. cũ sequẽ. & post Bulgar. in l. 1. col. 25. ff. soluto matrimo. pallegatus Frãcisc. Serra, in d. allegat. nu. 264. Et quia cũ in dicta Pragmatica taxæ ordei, ipse pientissimus, & potentissimus Philippus, huius nominis secũdus Hispaniarum & noui orbis Rex inuictissimus, preciũ ordei auxerit, ex quo taxatũ, & positũ per præsentẽ Pragmaticã, nõ attingebat agricolarũ expẽsas, & hæ profecto longe maiores essent, sibiq; dãnosa hãc ob causam præsens fuerit huius legis taxatio, ideoq; ad dimidiũ ducati, preciũ ordei sanxerit, satis colligitur ipsum nostrũ noluisse Principẽ quod vẽditor panis, eundẽ panẽ teneretur vẽdere in foro consciẽtiæ pro longe minori quã sibi cõstaret precio. Vt in. d. cõcl. 1. & super ipsa Pragma. taxæ ordei explicuimus. Et licet præsentis Pragmaticæ verba non ita essent clara, ex illis, quæ in dicta ordei Pragmatica dicũtur, & posita sunt, supplẽda sunt: & declarationẽ recipiũt. Accõpertũ, satisq; exploratũ in iure sit quod semper verba, quæ in vno capite dispositionis, ambiguitatẽ aliquã patiũtur, interpretationẽ accipiãt, ex his quæ in alio præsertim cõnexo capite exposita sunt: textus est, & ibi Barto. & omnes in l. talis scriptura, ff. de lega. 1. de quo etiã agemus super dicta ordei Pragmatica, quæ hac in specie (de qua tractamus) maximum lucem & declarationem atulit.

b N dicta Pragmat. 180. in volumin. Pragmati. hoc exponitur, †De manera que los pobres se pudiessen mantener, y los que tienen el pã ouiessen alguna ganancia razonable†. Et ita acci-

de Abril, proximo ſiguiẽte en adelãte. En el qual termino ſe podra publicar en todo el Reyno, y venir à noticia de todos, para que à vn tiempo ſe cũpla, y execute en todas partes, haſta el dia de nueſtra Señora de Septiembre primera venidera, y mas lo que fuere nueſtra volũtad, ninguna perſona ᵉ Eccleſiaſtica, ni ſeglar, de qual quier eſtado, y códició, y calidad, y dignidad que ſea, no pueda veder, ni venda, en todos eſtos Reynos el pá de ningũ genero que ſea, ſino à iuſtos y moderados precios, de manera que el precio de la hanega del trigo à luego pagar, ni fiado, no ſuba ni ſeveda à mas de trezietos y diez marauedis, y la hanega del cẽteno de à dozietos marauedis, y la hanega de la ceuada, de à ciẽto y quarenta marauedis, y la hanega de auena, à cien marauedis, y la hanega del panizo, dozietos y quarenta y dos marauedis. ᵈ Los quales dichos precios, ponemos, y ordenamos generalmẽte, para en todos eſtos Reynos, de modo que dellos no ſe pueda exceder, ni ſubir, ſo pena, que el que vẽdiere el dicho pá à luego pagar, ni fiado, à mas precio de qual quier calidad y condicion que ſea, lo aya perdido, có mas quiniẽtos marauedis de pena por cada hanega, la qual pena ſe aplique, la tercia parte para el acuſador, o denũciador, y la otra tercia parte, para el Iuez que lo ſentẽciare, y la otra tercia parte para nueſtra Camara, e Fiſco. Pero que menos de los dichos precios, ſe pueda vẽder, y vẽda, ſegũ que las partes ſe cõuinierẽ, y cõcertarẽ. Y en quãto toca à lo que ſe vẽdiere en harina, mãdamos, que no ſuba ni exceda, ni pueda ſubir ni exceder, del dicho precio, ſino haſta treynta marauedis por hanega, de manera, que de lo que ſe vẽdiere en grano, à lo que ſe vẽdiere en

accipiẽdũ eſt, quod hic habetur: id nãq; Princeps cauere tenetur, & ita prouidere, ne alicui dãnum, ſeu iniuria fiat. l. 2. §. merito, ibi †Ita oportet permitti, vt ſine iniuria cuiuſq; fiat. † ff. ne quid in loco publi. & in l. ſi quis ſepulchrum, poſt princip. ff. de religio. & ſumpt. funer. ibi. †Ita tamẽ vt iudex de oportunitate loci proſpiciat ne vicinus magnũ patiatur detrimentũ. † Et diximus, in. 5. huius operis cõcluſion. nu. 151 cũ ſequẽt. vbi id Latius explicauimus.

ᵉ NINGVNA PERSONA. Per hoc verbum, mulier etiã cõprehẽditur: Siquidẽ tã fœminas, quam maſculos cõplectatur, l. 1 ff. de verb. ſigni. vbi plene Reb. & idẽ Reb. in. 1. Tom. cõſ. Reg. trac. de Chirogra. & cedularũ recogni. in pfatio. art. 2. in princ. facit. l 6 tit. 33. part. 7.

ᵈ MARAVEDIS: Quos ſi emptor velit ſoluere, in pecunia minuta, & venditor velit, ſibi ſolui, in aurea, vel argentea, electio eſt debitoris: cũ tantũ pecunia minuta valeat. ſicut magna: argumen. tex. l. quotieſcũq;, C. de ſuſcept. præpoſit. & Arch. lib. 10. Et poſt Iacob. Rebuf. in, l. fin. C. de veter. numiſm. poteſt. lib. 11. Petr. Rebuf. eum citãs, notat, in 1. Tom. cõſti. Reg. tract. de lit. obligat. arti. 5. glo. 1. nu. 3. ſcribens creditorẽ teneri recipere ſolutionẽ, in pecunia minuta. Et ita, in Senatu, (Poſt quã fuit valde diſputatũ) iudicatũ fuiſſe anno. 1534. die. 2. Martij, per. l. Paulus. 1. reſpõ. à cõtrario, ff. de ſolutio. vbi creditor non eſt cogendus, recipere nũmos in alia forma, ſi ex ea re, aliquod dãnum paſſurus eſt: vnde ex quo præfata in ſpecie, dãnũ nõ patitur, ſiquidẽ tantundẽ valeat vna pecunia, ſicut alia, iuſte cogitur recipere præſertim, quia poſtquam minuta pecunia, ſicut aurea, approbatur à Principe, recuſari nõ poſsit. Et recuſans, extra ordinem valeat puniri. l. 1. C. de vet. numiſ. poteſt. lib. 11. & tradit idẽ Rebuf. in, l. etiã aureos ff. de verb. ſign. Et Curt. Iunior, in Cõſi. 24. nu. 6. & Socin. in Cõſi. 6. vol. 1. Angel. in. l. ſi ſtipulatus ſim decem in melle. ff. de ſolutio. Et Alber. Brunus, in tract. de augmẽ. cõclu. vlti. limit. 8. dicẽs communem opinionem. Niſi in contractu, moneta certa fuerit promiſſa, nam tunc non poſſet debitor inuito creditore aliud ſoluere. l. 2. §. 1. ff. de reb. credit. notãt Bart. & dd. in. l. cũ quid, ff. eod. tit. Secus tamẽ, ſi pecunia promiſſa non ſit certa, vt aureus, ſed per libram, vel ſolidos pmitteretur, quia in minuta pecunia, etiã in denarijs fiet ſolutio. vt colligitur ex Guidon. Pap. in deciſ. Dalphin. q. 493. incip. ſi fiat monetæ. Et plene p Albert. Brunũ, in. d. tracta. de augmẽto, & Pet. Rebu. in. d. glo. 1. ſubiũgentẽ, non teneri creditorẽ recipere pecuniã tamẽ Angliæ, vel alterius Regni, vt ſcribit dict. Iacob. Rebuf. patruus ſuus, in. d. l. fin. de vet. numiſ. poteſt. Niſi à Principe fuerit approbata ad certũ valorẽ. Nã tũc ad illud valorẽ non debet, nec poteſt recuſari. Et an Numiſmata poſsint pluris æſtimari, quã materia, ex qua fuerint ſignata. & an pecunia poſsit pluris æſtimari, in priuatis cõmercijs, quam publi-

grano, à lo que se vẽdiere en harina, solo pueda auer el dicho excesso, y differẽcia: y en quãto al pã cozido, se tẽga respecto à lo que saliere, y se cõprare el grano, cõ mas alguna justa, y moderada ganãcia. e E por euitar los fraudes f que cerca de la dicha tassa se podrian hazer, prohibimos, e defendemos, que ninguna, ni algunas personas, de los que vẽdieren el dicho pã, sean osados de pedir, g ni lleuar por ello, mas del precio de la dicha tassa, ni por ello rescibã otras dadiuas de oro, plata, ni seda, ni de otra qualquier calidad que sea, ellos ni sus mugeres, ni otra persona alguna por ellos, por vẽder el dicho pã en fraude desta dicha nuestra Carta, ni pidã à persona algũa que quisiere cõprar trigo, que cõ ello cõpre ceuada, ni vino, ni otros bastimẽtos, ni cosa alguna, ni al que quisiere comprar ceuada, se le diga que tome cosa alguna cõ ello, ni hagã en ello otro fraude alguno, so las dichas penas. E porque por experiẽcia se ha visto, que las personas que tienẽ el dicho pã, poniẽdo se tassa, lo asconden, y encubren, e no lo quierẽ vender, de que resulta auer falta, y estrecheza, para que esto se prouea, e no aya la dicha falta. Mandamos à los dichos Corregidores, Gouernadores, Alcaldes, y otras qualesquier Iusticias, e Iuezes, cada vno en su jurisdictiõ, que entẽdiẽdo por los registros h que se hã hecho, y por las otras vias y maneras que conuenga, los que tienen el dicho pã, para lo poder vẽder, tomando (si les paresciere) para esto consigo dos Regidores, e otras personas del lugar, hagã repartimiẽto por las personas de qualquier i calidad, estado, o cõdiciõ, preeminẽcia, o dignidad que sean, assi clerigos, y personas Ecclesiasticas, como Comẽdadores, de qualesquier Orde-

publice sit æstimata. Et quãdo obligatus soluere, in certa numorum specie, an possit in alia soluere, & quomodo promissio solutionis, in certa pecunia, sub certa æstimatione, sit obseruãda. Et an pecuniæ bonitas intrinseca sit consideranda iuxta tẽpus contractus, vel solutionis. Et de numismatum bonitate extrinseca, quomodo sit obseruãda, quo ad solutionẽ debiti. Et quãdo mutatio pecuniæ post morã nocet, vel prosit creditori, tradit late Reuerendiss. Couarru. in suo tract. de veter. collatio. numismatum c. 7. Et in c. 5. quomodo se deuen apreciar los marauedis Castellanos, nueuos y viejos. De quo etiã per Senatorẽ Ioã. Arze, de Otalora, in. 2. part. sui tract. de nobilita. c. 4. nu. 13. cum seq. Et est notand. ad leg. 2. tit. 33 part. 7.

e GANANCIA. Quod ad quintum redactũ est, per leg. 14. titu. 21. lib. 2. ordina. Regia. †De lo q̃ saliere, y se comprare el grano, † vt hic dicitur, † Y de lo que cuesta hazer el dicho trigo harina, y lo massar, y cozer. † Vt habetur in Pragmat. 181. in vol. Pragma & etiam in Pragmat. 182. sequen. quæ tamẽ vt melius exequantur, & obseruentur, normã iudicibus præscribit, & præcipit, vt in sua quisq; iurisdictione. † Fagan luego ensay, à como sale el pã cozido.

f FRAVDES. De quibus meminimus, in. 6. huius operis conclusio. post principium, nu. 4. cum pluribus sequentibus. Et statutum cõmitendæ fraudis occasionem remouẽs, publicam vtilitatem, & fauorabilem dispositionem cõtinet: vt not. Bal. in c. 1. §. si quis per triginta, col. pen. nu. 9. versic. porro si statutũ, si de feud. fuer. controuers. inter domin. & Agna. Vassal. & Corne. in Cõsil. 135. incipien. visis articulis, nu. 24. vol. 1. & Socin. in Cõsil. 97. incip. abũde, & subtiliter, nu. 4. versic. sed si tale statutum, vol. 1. Et facit quia fraus est delictum, & pœna Stellionatus punitur l. 3. §. 1. & per totũ. ff. de crimi. stelliona. publice q; interest delicta coerceri, eorũq; occasiones amputari l. si ita vulneratus, in fine, ff. ad leg. Acquil. l. licitatio §. quod illicite. ff. de publican. l. congruit. ff. de offi. Præsid. l. si operis, C. de pœnis, c. vt fame, de sentent. excommuni.

g PEDIR. Satis ergo videtur esse ad incurrẽdam legis huius tẽporalem pœnam quod vẽditor, vlterius preciũ quã hic taxatum exigat, quamuis reuera iuxta taxã præsentem vendat: Siquidem hæc verba, † Pedir, ni lleuar. † Disiũctim, & seorsim ponantur. Nec maius precium exigi ideo per venditorem possit. Quod tamẽ sano modo intelligi debet scilicet quãdo vendẽs, maius ita exigeret precium, quod iuxta taxatum vendere nolet, & omnino recusaret secus autem, quãdo postquam maius exegisset preciũ, pro taxato tamen vẽderet. Vt est textus, meo iudicio ad id notabilis, in. l. qui cum natu maior, §. accusasse, ff. de bonis liberto, ibi. † accusasse nõ dicitur, qui causã nõ perorauit, vsq; ad sententiã. † Qui in huius quæstionis praxi, dedit mihi honorem. Et ita (me pro quodã qui

qui fuerat de hoc delatus patrocinante (in eius fauorem) fuit determinatũ. optimus ad id etiã est tex. in.l. Papinianus. §. meminisse, ff. de inoff. testamen. & in.l. alia, C. de his quib. vt indig; & glo. in.l.1.C. qui legit. person. Et in.l.13. titu, 7. part. 6. Quod q, verba præsentis Pragmaticæ debent intelligi cum effectu, l.1.§. hæc autem verba, & ibi not. Iason, in num. 6 ff. quod quisq; iuris, l. pen. §. pen. ff. ne quis eum, iunctis quæ late not. idem Iason, in.l. cum quædam puella, §. fin. ff. de iurisdict. omni. iudic. & est tex. in. cap. relatum, de clericis non resident. glo. verbo, si nõ possunt, in.c. super quæstionũ de officio delegati, & diximus latius in. 6. fundament. part. 2. prælection. l.5. tit.3. libr. 7. ordination. Regiarum, num. 12. cum sequentib.

h REGISTROS. Quorũ formam per quos, & qualiter fieri debeãt describitur in Pragma. 182. in vol. Pragmaticarum, infra citata, in versic. +E por que mejor se pueda saber el pan.+

i QVALQVIER. Verba hæc, personas etiã improprias comprehendunt. Et sub eis etiã includũtur personæ illæ quæ improprie dicerentur personæ, quales sunt Vniuersitates, dotationes Concilia, & Cõfraternitates: vt notabiliter tradit Alexan. in Consil. 17. incip. in causa & lite, nu. 5. volu. 6. quẽ citat & sequitur doctissimus Francis. Serra, in. dict. sua allegatione, pro Don Ioanne de Lanuça. nu. 66. subiungens, ex horum verborum vniuersalium vi,

nes, e caualleros, e ciudadanos, e dueñas, e donzellas, que estuuieren en su iurisdicion sin exceptar persona alguna que en la tal cibdad, villa o lugar tuuieren pã de lo que les perteneciere que deuẽ e puedẽ vẽder,[k] e les mãden e apremiẽ ã que louẽdan, segũ les fuere por ellos repartido, e que las personas ã quiẽ se repartiere sean obligados ã lo vẽder luego ãlas personas que lo quisieren cõprar, assi del tal lugar, como de otras qualesquier partes de los dichos nuestros Reynos, e Señorios, sin interponer dello appelaciõ, ni suplicaciõ ni otro remedio alguno, so pena que por cada hanega que dexarẽ de vẽder auiẽdo quiẽ selo quiera cõprar, paguẽ trezientos marauedis. E que quiquiera que quisiere lo pueda sacar, e lleuar por tierra de vnos lugares ã otros, e de otros ã otros, de los dichos Reynos, eno fuera dellos por mar ni por tierra, para otras partes. E que sobre esto se guarden las leyes de nuestros Reynos, que dispone, no se pueda vedar la saca del pã, ni sacar se fuera dellos, so pena que el que vedare la dicha saca, agora sean Iusticias, e Regidores, e los dueños de los dichos lugares, caya cada vno dellos en pena de cinquenta mil marauedis para la nuestra Camara. Y el que lo sacare fuera destos nuestros Reynos, por mar, o por tierra, que incurra en las penas cõtenidas, enlas leyes de nuestros Reynos, en que se defiẽde que no se saque el pã fuera dellos,[l] e que vos las dichas nuestras Iusticias en vuestros lugares y iurisdiciones seyẽdo requeridos para hazer vẽder el dicho pã, no lo quisieredes hazer, o escusa e dilaciõ enello pusieredes, o despues de repartido, no executaredes el dicho repartimiẽto, o escusaredes alguna persona delos que tienẽ el dicho pã para lo vẽder, que

etiam ad absentes porrigi. Quæ ita magna est, vt etiã maiora expressis comprehendat. vt notat glos. ver. quouis modo, in Clemen. ne Romani, de electio. & in cle.1. verb. quibuscunq;, de indic. & in Clement. 2. glo. final, de rebus Eccles. non alienãdis, & in Clem. 1. verb. quauis, & ibi Imol. col. 2. de senten. & re iudica. Alexand. in Consil. 118. incip. in casu, nu. 5. volu. 5. Cepola, causarum criminal. Consil. 14. incip. pro declaratione, num. 11. Andre. Barba. in Consil. 12. incipiẽ. scribitur, col. 8. in fine, vol. 1. & Consil. 23. incip. sapientissimus, colu. 2. in prin. & Consil. 26. incipi. sapienter scripsit, col. 2. ante finem, vol. 2. (dicens, quod illa dictio, alia, iuncta cum vniuersali quibuscunq;, copulat maiora expressis) & in Consil. 87. incipien. illud referam, col. 5. ante medium volum. 3. & in Consil. 18. incip. Clemẽtissimũ DEVM, col. penul. post medium, & Consil. 21. incip. clementissimum, col. 3. ad finem, & Consil. 48. incip. clementissimum, & immortalem, col. 3. in fine, volu. 4. Iason, in Consilio, 147. incipi. per decretum, nu. 3. vol. 4. Decius, in Consil. 486. incipiẽ. visis & consideratis, nu. 2. & multis exẽplis atq; autoritatibus id explicat Hippol. Marsilien. in. l. vnius facinoris, §. cogniturum, nu. 22. & sequent. de quæstio. facit glo. singul. iuncta textui, in. l. 2. verb. alias, C. de quadrien. præscrip. vbi, licet officium iudicis, dicatur improprie actio, vt notat, glo. in princip. instit. de actio. tamen quando in aliqua dispositione diceretur, vel alia quælibet actio propter illud verbũ, quælibet,

pagueys cada vno de vos veynte mil marauedis para la nuestra Camara, e masque os mandaremos priuar de los officios, o proueeremos dellos à quien nuestra merced e volũtad fuere, con apercebimiento que vos fazemos que haremos hazer pesquisa de como guardays y cũplis, y executays e fazeys guardar e cũplir lo contenido enesta nuestra carta. E si vosfallaré culpãtes, mãdaremos executar las dichas penas en vuestros bienes/ La qual dicha tassa queremos y es nuestra volũtad que no se entiẽda enel nuestro Reyno de Galizia ni en las Asturias, de Ouiedo e de Sanctillana, e las quatro sacadas cõ las villas de Cãgas, e Tineo, e los Arguellos, e Merindades de Valdeburon e Babia de yuso, ni al nuestro Condado de vizcaya, Encartaciones e prouincia de Guypuzcoa, ni en la Merindad de Trasmiera, e cinco villas, ni à las otrasvillas e lugares e Merindades e valles, e tierras que estã cerca dellos, hasta diez leguas de la mar/porque estas dichas prouincias e tierras se proueé de acarreo deotraspartes/Y porque el pã que viene por mar de fuera destos Reynos, si ouiessen de guardar los que lo truxessen la dicha tassa podria dexar de venir, de que resultaria gran falta e daño à muchas de las nuestras costas e puertos /Es nuestra volũtad, que en quanto al dicho pan que de fuera destos Reynos viniere por mar no se entiẽda la dicha tassa,/e que los que lo truxerẽ lo pueda libremẽte vẽder segũ se cõcertarẽ, sin que seã obligados à guardar los dichos precios e tassas/E por que lo suso dicho sea publico, e notorio a todos, e ninguno dello pueda pretender

libet, comprehenderetur appellatione actionis etiã officium iudicis, quibus ad stipulatur, quod Andre. Alciatus scribit, in.l. monẽtũ, ff. de verb. signifi. quod licet iura, impropriè inter immobilia computentur, tamen si in statuto fiat mẽtio, de quibuscunq; bonis, siue mobilibus, siue immobilibus, de iuribus etiã ad hosce improprios casus trahitur. Vnde quicũq; hæres, etiam heredẽ impropriè comprehendit. Et cũ de quibuscunq; contractibus dicitur, etiam de abusiuis comprehendi, citãs Roman in.l.id tẽpus §.fi.nu 2 &.3. ff. de vsucap. quod licet legatarius, per illũ tex. in re legata, impropriè dicatur hæres, nihilominus appellatione cuiuscũq; hæredis cõtinetur. Quod multis autoritatibus probant Marsil in d. §. cogniturum & Curtius Iunior, in Consil.1 incip. facti contingentia, nu.2.part.1. Quæ etiam sunt notãda, ad intellectũ & ampliationẽ regulæ Cãcellariæ, nuperrime factæ, & publicatæ per Sanctissimũ, & Piissimũ PIVM Papã quintũ, die noua, mẽsis Martij, Ann.1567. Põtificatus sui, ann. 3. super reseruatione sibi facta beneficiorũ quorũcunq; qualitercũq; qualificatorũ, & vbilibet existentiũ, vacantiũ, & quæ imposterũ vacabũt Sede Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Primitiali, quarũcunq; Ecclesiarũ Cathedralium, etiã Metropolitanarũ, Patriarchaliũ, & Primitialiũ, pro hoc tempore pastoribus destitutarum vacante, ad eorũ Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum & Primatum collationem, prouisionem, præsentatio nem, electionem, seu quãuis aliã dispositionem quomodolibet pertinentia: vt etiam canonicatus & præbendas comprehendat sede vacante vacantes, quarum collatio, prouisio & præsentatio, seu electio ad dictos prælatos ptinebat simultanee cum capitulo illius Ecclesiæ vbi tales canonicatus, & præbẽdæ vacarunt: dicta sede eiusdem Ecclesiæ vacante. Ponderando dicta verba, quæcunq; beneficia, quomodolibet pertinẽtia, &c. Quæ ita ampla sunt, quod huiusmodi prouisionẽ, seu præsentationẽ, & quãcũq; aliã etiã impropriã Episcoporũ, Archiepiscoporũ, Patriarcharũ, & Primatũ dispositionẽ cõprehẽdãt: & maiora expressis in dicta regula cãcellariæ (supra vt diximus) includãt. Quod iã habui in facto, in causa admodũ reuerendi & perquam magnifici & doctissimi Domini Licentiati, Fernãdi de Arenillas de Reynoso, Relatoris in supremo Sãctæ Inquisitionis Senatu, Canonici Hispalẽsis super canonicatu illius almæ Ecclesiæ, qui eius sede vacãte per obitũ bonæ memoriæ, Reuerẽdissi. & illustris. Fernandi Valdes, Archiepis. Hispalẽsis, vacauit per obitũ Domini Antonij de Corral Canonici dictæ Ecclesiæ: & de qua præbẽda per dictũ Dominũ nostrũ Papã, dicto Fernando de Arenillas gratia fuit facta die.25. Iunij, an. 1569. cuius tamẽ pſentatio, ad dictũ Archiepiscopũ (si viueret) ptinebat simultanee cũ admodũ reuerẽdo & illustri dictæ Ecclesiæ Hispalẽsis Capitul. Et est notãdũ ad intellectũ tex. in.c. quãuis plenissima, depræbẽd. lib.6. & eorũ, quæ ibi tradũtur per doctores: & per Felin. in.c. in nostra, de rescriptis.

k VENDER. In Pragm.180. in vol. Pragma. hoc relinquitur arbitrio horum deputatorũ, ibi, † Quæ tuuiessen

